Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

J.D
An


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

c/c/c
KW 199
E14.
C. V
2406.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

P. F. J. ab Halsema
6 V 2406 a
4/142

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

523481.

BATAVIÆ HOLLANDIÆQ. ANNALES:

à IANO DOVSA FILIO
Concepti atque inchoati iam olim;

Nunc verò à PATRE eidem cognomine ac ſuperſtite, NORDOVICI DOMINO, ſupremi Concilij Adſeſſore, tum Archiuorum in Batauis cuſtodiæ Præfecto, recogniti, ſuppleti, nouaque octo librorum acceſſione ad integræ vſque Decadis finem perducti & continuati.

Ad Illuſtres, Nobiles, Præpotentes, ac verè Magnificos

HOLLANDIÆ WESTFRISIÆQVE
ORDINES.

Præmiſſa Libris ſingulis Breuiaria ſua; tum Auctoritates Scriptorum (vnde res ac materies depromta) indicatæ & quaſi digito oſtenſæ: poſtremò Hiſtoriæ illuſtrandæ Lemmata ac Notæ ad paginarum oras adtextæ.

Cum locupletiſſimo rerum Indice.



Ex Officina Plantiniana,
APVD CHRISTOPHORVM RAPHELENGIVM,
Academiæ Lugduno-Batauæ Typographum.
cIↃ. IↃ. CI.

1601

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Ad Illuſtres, Nobiles, Præpotentes ac vere Magnificos

HOLLANDIÆ WESTFRISIÆQVE

ORDINES.

EN tandem vobis (ORDINES Illuſtres) tot iam annis ex promiſſo & quaſi VOTO debitam, vnà cum BATAVIA Succidaneam hancce ANNALIVM noſtrorum DECADEM: quibus ex hoc die primùm, veſtri potiſſimum Nominis Auctoritate atque AVSPICIIS, publicæ lucis tuendæ copiam neque immeritò ſanè, neque illubentes impartimur. Et illa quidem (BATAVIA inquam) DOVSÆ Filij Inſcriptionem fronte præferens, defuncti ipſius Famæ (vti ſpero atque confido) nihil, vel certè parum detrimenti allatura. Ad cuius adeò operis exemplum ſi cætera quoque (de duobus poſterioribus Libris loquor) matureſcente vnà pariter cum annis iu-

dicio, eidem conformare, nouâque ſeuerioris limæ politurâ crepundiorum ſuorum impolitiam leuigare ſimul ac refingere licuiſſet; haberemus vtique hoc tempore, quod Amplitudini veſtræ confidentius offerre; quod communi PATRIÆ gratioſius impendere; quo nobis ipſis denique haud conſolationi modò, ſed & delinimento eſſe poſſemus. Ipſius quidem ingenij etiam hic labor, ipſius quoque induſtriæ hoc ſpecimen; haud nego; ſed crudæ adhuc & veluti fritinnientis primulùm. Eò dico, ne quis fortaſſe ex ſuperficiariâ hac vixdum informati ædificij delineatione DOVSAM noſtrum æſtimandum autumet: vt cuius ætas vix etiamdum decimiſeptimi veris metas exceſſerat; quum Patriis veſtigiis inſiſtens iſtiuſmodi quaſi Tirocinio ſolidioribus maturæ porrò Militiæ exercitationibus præluderet: magis, vt Parenti morigerum ſeſe ac dicto audientem præberet, quàm vllâ virium ſuarum vel fiduciâ, vel oſtentatione. In quo ſi Modeſtiæ ſuæ Arcem ab eo, qui iubere poterat, paſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſus eſt expugnari, ille extrà noxiam; nos autem in Reatu & culpâ, qui Telemachi noſtri humeris Vlyſſei ponderis molem minus cautè nimiſque inconſideratè impoſuerimus. Sed verò & nos pariter, & ipſum, non tam operis ipſius difficultas, quàm PATRIÆ communis Caritas excuſabit: quæ in locum Stili ſuccedens id omne (quodcumque tandem hîc videtis) ab homine adoleſcentulo, ne dicam pene puero exſculpſit expreſſitque. Cui vtinam in hoc vſque Æui tempus durare,& Paternam hanc decurſæ velut Lampadis Hæreditatem cernere fælicitatis copia eueniſſet; faxim, ornamentorum nihil (ad ANNALES Patrios quod attinet) vlterius HOLLANDIA noſtra aliunde deſideraret. At enim ille in quiete, & quidem duraturâ; nos in turbis ac Luctu; quibus etiam ſat reſiſtendis vt ſimus, at certè in hoc HISTORIARVM Circo, inſtar equi ſeneſcentis, anhelare nos interdum iliaque ducere neceſſe eſt: ſed tamen ſpes eſt fore, vt domeſtico huic labori pares aliquando, vel potius ſuperio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

res, Deo adminiculante, vobiſque ſimul in partem adnitentibus, euadamus. Quod quidem ſpiſsè plus ſatis, atque ex Horatianæ Legis Formulâ procedit; ſed tamen nihil eſt, quod vel enixius, vel maiore cum lubentiâ faciamus: in eâque commentatione anni iam compluſculi neque otiosè (vti ſpero) neque inutiliter traducti. tametſi negare non poſſum, deuexo hoc ætatis ſpatio obrepere identidem nobis neſcio quam effæti ingenij laſſitudinem: commune Senectutis malum. Cui ne prætereà blandientis inertiæ dulcedo ſocia ac ſuffragatrix accedat, id verò cauto cumprimis opus. Et verò tanta inchoata res eſt, vt hæc ipſa imbecillitatis noſtræ confeſſio veniâ, vel fauore ſubleuari potius, quàm offenſione veſtrâ onerari mereatur. Neque enim vos fugit, Ordines circumſpectiſſimi, quantum cum maximo beneficio veſtro negotiorum quotidie ſuſtineamus: multùm abſimiles iſtis, qui obtentu Literarum inutile otium & linguæ vitæque tenebras conſectantur.

Quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Quos equidem magis Iberico ſparto texendo, quam Spartæ iſti BATAVICÆ exornandæ habiles cenſeri poſſe, ecquis tam ferreus, vt non miretur pariter, & commiſereſcat? Sed querelarum ſatis: quas vereor vt exhauſerim iampridem & conſumpſerim enormi illâ ac plus quàm Aſiaticâ loquacitate; quâ ante biennium Præfationes meas (veſtro item Nomini inſcriptas) immodicè farcire vltraque Epiſtolarem modum extendere habui neceſſe. Proinde in Præconiis Laudum veſtrarum hoc loco coram apud vos decantandis longus non ero: vſu præſertim, hoc eſt experiundo edoctus, blanditias atque aurium tinnimenta Gynæceorum potius deſidiabulis, quàm PVBLICIS iſtis COMITIORVM Sollemnitatibus conuenire: in quibus veræ Eloquentiæ vis viget, verborum lenocinia ac ſermonum phaleræ ſurdâ aure tranſmittuntur. Cordatè vtique ac circumſpectè. Neque enim ignoratis, quàm res ſit odioſa Circenſibus Pompa. Vnius Cautionis tamen vos hîc

præmonitos velim (ORDINES Magnificentiſſimi) ne, quòd in plæriſque ferè rerum noſtratium Originibus Idiotiſmo noſtro Logiſtoricum quodammodò bellum indixiſſe videamur, idcircò leuior ſit apud vos horumdem ANNALIVM Auctoritas. ad quorum compoſitionem neque ambitio aliqua, neque Municipalis auræ gratia; ſed PATRIÆ nos amor potiſſimum & φιλαλήθεια inflammârunt; bonæ tantum Conſcientiæ pretio inductos: præter morem Aretalogorum quos dixiſſe me ſentio, qui vulgo opus ſuum approbare, & fieri populare poſſe diffidunt; niſi id ipſum Acroamate aliquo aſpergant, & orexim Lectoris (aliud acturi, ſi per quotidiana duceretur) miraculis excitent. Aduerſus quos præſidium etiam nobis in tempore vti commodare dignemini, ne rogandos vos quidem puto. Scio enim, quanto apud vos in pretio VERITATIS ſtudium; fuci omnis ac fallaciæ expertes, MORE MAIORVM. Quibus adeò Aſſertorem me veniſſe haud pœnitet, magis reticuiſſe pigeret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

geret. Cæterùm quid præſtiterimus, tum quantæ per nos primitùs Chronologiæ ac Chorographiæ Patriæ non dico lucis, ſed incrementi pariter ac dignitatis copia acceſſerit; vobis (ORDINES) potius, quàm vulgo (peſſimo VERITATIS Interpreti) diiudicandum relinquo: ſicui veſtrûm modò tantum à REP. otij fuerit, vt ANNALES hoſce noſtros cum nuperis ac nouitiis Chronologiarum noſtratium Centonibus contendere atque comparare animum inducat. Quæ collatio & indefeſſam animi noſtri in PATRIÆ Antiquitatibus ſcrutandis induſtriam atque promptitudinem, & pudendam horum hominum inſcitiam ſimul atque oſcitantiam palam, & quidem euidentiſſimè denudatura. Quæ duo vitia ego, ob compertiſſima eorumdem mendacia ac fœdas adulationes, ſicubi paullò fortaſſe amarulentius inceſſiſſe ac flagellaſſe viſus fuero; cogitare debetis, iſtiuſmodi Tenebrionum vanitati atque imperitiæ alio Medicinæ genere haud facilè ſuccurri potuiſſe. Enim-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

uerò malo nodo malum cuneum quærendum eſſe, quis neſcit? Abſit modò ab Hiſtoriarum mearum ſimplicitate malignus Interpres: néve (quum factorum noſtrorum innocentiam vobis ORDINES Illuſtres, re potius quàm verbis hactenus approbauerimus) Sententiarum acumina vel perperam intellecta, vel calumnioſè detorta fraudi porrò nobis aut noxæ eſſe patiamini. Et hæc quidem in præſens, nominis ex parte minuendi, prò tot tantiſque plenè adeò cumulateque congeſtis in DOVSAM veſtrum beneficiis, in anteceſſum potius quàm in ſolutum tantiſper ſpero accipietis, dum reliqua quæ reſtant ad deſideratam aliquando Coronidem perducantur. DEVS interim vos, omneſque Actiones veſtras atque Conſilia, in hoc tumore rerum, domi bellique impeditiſſima REP. proſperare velit; atque hanc Nauim ex atrociſſimis & plus quam Decumanis tempeſtatibus in optatum malaciæ denique ac SECVRITATIS portum appellere. Quod

vti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vtique indubitatè facturus, dum quidem IVSTITIÆ apud vos amor ac vera Conſilia valebunt. In quo omine (Illuſtres ORDINES, Procereſque ampliſſimi) finem facio. HAGÆ COMITIS, Anno CHRISTI CIↃ IↃ DCI. Pridie Kalendas Sextiles, vel εὐφημίας ἕνεκα AVGVSTAS potius.

Ill. Mag^tiæ V.

cultor & cliens

IANVS DOVSA

A NOORTWIIK.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IN

ANNALES BATAVICOS
V. N. IANI DOVSÆ,
NORDOVICI DOMINI, &c.

SVNT quibus æternos peperit vis mentis honores,
Traiani medio quum nituere foro.
Præmia magna quidem, merito ſed ſimplice, & uno
Hic titulo Hiſtorici, Vatis at ille tulit.
Sed quia Douſiades annalibus eruta priſcis
Imparibus cecinit geſta Batava modis,
Et nunc ille eadem ſæclis miranda futuris
Concepit tereti lege ſoluta pedum;
Vatis & Hiſtorici fuerat quæ ſingula magnum
Accipere, hic vnus præmia iuncta feret.

IOSEPHVS SCALIGER
Iul. Cæſ. F.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IN ANNALES

Nobiliſſimi Ampliſſimique Viri

IANI DOVSAE,

NORDOVICI TOPARCHÆ,

ARCHIVORVM CVSTODIAE PRAEFECTI,

In ſumma Hollandiæ Curia Senatoris digniſſimi,
Illuſtris item Lugdunenſis Academiæ
Curatoris prudentiſſimi.

AC

FILII eiuſdem incomparabilis

MANES SACROS.

LEGES *ſepulchri, cæcaque annorum via,*
Voraxque rerum tempus, & vanæ vices,
Tuque impotentis vis ſuperba ſæculi,
Nouerca magnæ ſæua virtutis; tuas
Vltro laceſſit pectore aduerſo minas
Sublimis ille DOVSICÆ *lucis vigor,*
Cognataque alto mens polo, nec improba
Æui fugacis impedita compede.
At vos edaces temporis magni patres
ANNI, DIESQVE, *quæque paſſibus citis*
HORÆ *beatas panditis* DIVVM *fores,*
Tuque ignei rex & viator ætheris
Sacræque lucis prome conde SOL *pater*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Almæ diei magne dictator; cui
Gens tota vultus noctis auertit ſuos,
Poloque cedit ſyderum fugax cohors,
Curris ſuperbus, qui vagaris aureo,
Victa triumphum dum geris caligine;
Ite ite DIVI; *nunciate cælitum*
Magno SENATV, *dius emergit labos*
Pedemque cælo tollit, atque ingens iter
Viamque tendit; DOVSA *prorumpit meus,*
Secumque in auras nobile HEROVM *genus,*
Et vos BATAVOS *præſideis* NEREI *duces*
Equis magiſtra gens domare ligneis
Ferocientes cæruli regis vias,
Sali potenteſque inclytus rapit patres,
FAMÆ *ſuperbis eminens iugalibus*
Togæque compos Laureæque. Tuque io
Conſors laboris huius atque adoreæ
Illuſtre magnis additum ſtellis caput
O nate DOVSA; IANE IANE; *ſeu procul*
Liber patentem peruagaris aëra,
Mundumque pictis aureum latè notis
PHÆBESQVE *blandis gemmeum ſororibus*
Magnumque inane cernis, & terras ſimul
CHAOSQVE *rerum; ſiue in extremo ſinu*
Auro pluentes propter inſulas Deûm
Canamque THETYN, HERCVLISQVE *extra viam*
PHOEBIQVE *latam circulatoris domum,*

 FASTOS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

FASTOS *paternos ore ſublimi tonas*
Nomenque magnis æmulum QVIRITIBVS
Crudum BATAVI *pectus, & fideî tenax*
Et FACTIONI *cedere indoctum genus,*
Gentiſque magna DOVSICÆ *fundamina*
Auoſque DIVOS, *patriæque ſemina*
Motuſque & auſus, altaque incunabula,
CATTOS & HESSOS *inclytæ prænuncios*
Olim BATAVÆ *gentis*, & RHENVS *pater*
Preſsis vt ægre ſubiugatus cornibus
Nutanſque Iaccho molle flexerit caput.
Qua DIDERICVS *nominis princeps ſui*
Notum GRADIVO *pectus*, & *comata vis*
FLORENTIORVM *cærulas poli fores*
Circumuagatur; & gradu IVNONIO
Virtute paſſas cælitum luſtrat domos;
Et aure voces, & pio ſilentio
Tuas bibitque ruminatque; PARS DEVM
O IANE IANE *cernis hæc? proles tua*
Pupilla patri poſthuma erumpit ſuo;
O IANE IANE *matris auulſe e ſinu*
Patrique furto penè ſublate ab tuo?
Tot ab querelis IANE *tot ſuſpiriis*
Orbiſque conclamate voce totius
Hæc cernis? an te cælitum leges procul
Supraque rerum verticeis, & arduas
Imperuiaſque corpori vano domos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Humanitatis inſcium noſtræ tenent?
Hæc ridet ille: ceu puer crepundiis
Taliſque, patris ante ſubſilit pedes
Ictuque crebro vique turbinem ferit,
Multumque verſat exigitque; & hinc & hinc
Crebris fatigat verberum vibicibus,
Et innocenti delibutus gaudio
Curiſque totis viribuſque rem gerit,
Luſuſque ſeſe paſcit infelix ſuo
Patremque multus intuetur, & ſtupet.
At ille toruus ore ſublato pater
Deſpectat illa muneris memor ſui
Æuique prima negligit ludibria.
IACTAMVR OMNES, ET LEVIS PVERTIÆ
POLVS POLIQVE TVRBA NOS REOS AGIT,
MAGNIQVE CIVES ACCOLÆQVE SYDERVM.
At nos miſelli SVAVILVDII ſumus
Longoque ademptos mox ſecuturi tamen
Luctu ciemus, lachrymiſque; ceu nouum
Et ante nulli cognitum hoc iter foret.
Aſt illa furtim LARVA proſerpit tamen
MORS, & vagatur, & premit veſtigium
Infantiumque adinſtar iniicit manus,
Atroque cunctos pallidoque lumine
EMPVSA noſtra terret, & circumuenit
Omneſque tollit, ſingulos fallit tamen
Et hiſtrionum more palanteis agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Verum ille culmen ingenI, ſanguis tuus
Tuuſque natus, ille ſyderum decor
Beate DOVSA, vindici rurſum ſuo
Et mutuanti ſic redonatus Deo
Mentique miſtus æuiternæ, celſior
Humoque ſeque; veſteque exutus ſua
Amictibuſque ſquallidiſque vinculis
Arctiſque; mundi regna maioris videt
Et ampliores orbis immenſi vias
Effuſus in ſe totus, exundans ſibi,
Vmbratileſque Opinionum deſpicit
Nodos iocoſque; naufragamque inanium
Proſpectat altus ſemitam mortalium,
Magnumque rerum terminum luſtrat Deum
Circumſpicitque tutus, & compos ſui
Exuberatque diffluitque; tota cui
Ingens ſepulchrum patria eſt, cælum domus.
Namque ille rerum machinator ſpiritus
Auriga tardi dux heruſque corporis,
Vanæque molis imperator ſtrennuus,
Suique ſemper (eminus licet) poli
Ciuiſque verus, municepſque, patria
Proſcriptus olim ſede, quam cernit tamen
Telluris huius inquilinus, erroque,
Extorris, exul, carcere impactus ſuo
Ineptientis dexterâ PROMETHEI
Obſes dici purioris; illa pars

Illa illa noſtri pars ſuperba, ventus eſt
Flamenque ſiccis excreandum faucibus
Fatalis horæ cum ciet neceſſitas,
Ingenſque rerum vellit aurem terminus
Dieſque ſumma. Nec minus tamen tamen
In alta pergere ardet, igneaque vi
Surſum reluctans tendit, & cælum ſuum
Procul fatigat prouocatque, & inquies
Æternitati mente præludit ſua,
Dignumque cælo ſpirat in terris opus,
Mortalitatis ferre leges inſolens,
Seſeque verſat, erigitque; dum leuis
Ruptiſque mentis igneæ repagulis
Et his profanis corporis fœdi notis
Pars ætheris ſit vndicunque, & portio
Magno vniuerſo huic imputatus, & ſibi.
Illic coactus ille tot preſſus graui
Annos ruina; vaſa colligit ſua
Coloniamque mutat, exilitque ouans
Rudemque ſentit, pileumque, mancupum
Exlex laboris compedumque, denuò
Prætore nempe redditus liber Deo.
At nos caducæ Sæculi propagines
Puluis miſellus halituſque, quem dies
Cælique lumen viſque nobilis mouet;
Queis fomes imo pectore infuſus ſedet
Ingenſque in altum promouet vires calor,

Extraque vulgi ſemitas ordo vocat,
Munuſque rerum, flammeumque pectus, &
Occulta magnæ æternitatis ſemina,
Originiſque conſcius ſuæ vigor,
Factis ab alto deſtinata gens ſumus
Dictiſque; FACTAQVE *vt priora, ſic prius*
Niſi SVADÆ *mobilis* FAVONIVS
Et dictionum vernus aſpiret lepos.
Inſulſa tabent, litterario ſale
Facundiiſque deſtituta; onus ſibi
Seriſque pondus improbum nepotibus.
At tu ſuperbe pignore hoc tanto pater
Natoque quondam, laude nunc nati tui
Tuaque Diis ſecunde; DOVSA *per tuas*
Muſaſque noſtras, per domeſticas tibi
Et inuidendas mobili vulgo deas
Maneſque nati, perque LVGDVNVM *tuam*
Seruata quæ te præſtitem colit ſuum
Nomenque vaſtum, quod vagas ATLANTIDAS
ARCTONQVE *ſalſis exulantem fluctibus*
PHOEBIQVE *metas luce præuertit ſua.*
Si quid ſuaue, ſi quid optatum tibi
Lauroque dignum, pectore eductum ſuo
Olim Beatus conſecrauit HEINSIVS
Plebis profanæ deſpicator, & fugax
Inſanientis gloriæ pruriginis,
Emerge porro latiuſque verticem

Oſtende

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Oſtende cælo, pectoriſque ignem tui
Totumque DOVSAM, *patriæ expendas ſuæ*
Faſtiſque magnis, ingeniique onus tui
Totoſque neruos gens profana ſentiat
Gematque, mentis luce præſtricti tuæ;
Ah litterarum vana mendicabula
Lixæque inanes, proletarij patres,
Et MALCHIONVM *ſi quid vſpiam eſt; tuus*
Quicquid TRAGOEDVS *ille, quicquid* HISTRIO
Vani BATAVIS *illinunt* ANNALIBVS,
Proſceniumque diſiice Orcheſtræ pater
Præſulque noſtræ, patriamque vindica
Contaminato conditam ſtyli ſitu.
Natique ſi quid inclytum latet tui
Exſolue tandem, mortuuſque denuò
Naſcatur ille, biſque eandem VIRBIVS
Vni parenti debeat lucem; ſimul
PATRIQVE RAPTVS, PATRIÆQVE REDDITVS.

Quod quidem multorum amicorum tuorum nomine poſcit à te tuus ille

Nobilitatis DOVSICAE
admirator

DANIEL HEINSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IDEM EIDEM.

ΔΟΥΣΑ θαλασσοπόρων Νηρήϊον αἷμα Βαταύων
ΔΟΥΣΑ διοτρεφέων ἐκγεγαὼς πατέρων·
Ἦρα Ποσειδάωνι φέρων καὶ τοῖο γενέθλῃ,
Ἦρα φέρων δεινοῖς πατρίδος ἡγεμόσιν,
Σῆμ' ἀρίδηλον ἔθηκε τόδ' ἐσσομένοισιν ἰδέσθαι
Πάμμεγα κῦδος ἑῶν ἀρνύμενος προγόνων,
Λουγδούνου πολιοῦχος ἐῆς, σωσίπτολις, αἰνὰ
Ῥιγεδανῶν σκεδάσας ἔγχεα δυσμενέων,
Πατρίδος ὀβριμόθυμος ἀμυνόμενος καὶ ἑαυτοῦ
Πρὶν φόνον ἠνορέῃ, νῦν φθόνον εὐεπίῃ.

IN

IN
ANNALES
IANI DOVSÆ
Poëtæ & Hiſtorici Principis.

GRANDE *opera pretium Patriæ deſcribere Faſtos,*
Figereque ad Templum, dia Moneta, tuum.
Francigenaſque iſtos Comites tranſmittere Famæ
Codice Lethæos anticipante metus.
Oppida tot Villasque ſuis donare Colonis,
Tot Vada, totque Amnes, Flumina, totque Lacus:
Brachia tot Rheni, Veteriſque tot oſtia Fleui,
Tot Silüas, Saltus, Paſcua, Rura, Domus,
Eruere è tenebris; & publica ferre ſub ora
Omnia nominibus nobilitata ſuis.
Grande operæ pretium; vos vos abſcedite Vappæ.
Hiſtoriæ ſoliti collutulare decus.
Hæc Rhodos. hic ſaltus Douſæ ſuperabitur vni,
Hiſtoricum præter quem dare nemo poteſt.
Doctior Annales nemo illo pangere Clauos,
Belláque apud ſeclum geſta referre vetus.
Ipſe ſuis pollens opibus, non ille pharetrâ
E Gerebrandinâ promere tela ſolet:
Non Hunnibaldi mendacia ponere. Douſæ
Eſt cum Turpino cum Manethone nihil.
Non illum Figmenta iuuant non Friuola Rerum,
Cuncta ſed Hiſtoricâ verba ligare Fide.
Non ille adplauſum Vulgi, Caueæque ſupremæ
Per Nebulas quærit per Phaleráſque ſibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Qui mos Nubigenis iſtis. queis gratia palpo
  Quæritur Heroum, Municipumque fauor.
Scilicet ô ſuâues Cenſores, ſcilicet. atqui
  Tale nihil veterum tot Monimenta probant,
Non Tabulæ Egmondæ; non Exemplaria ſcripta:
  Denique non Faſti de meliore notâ.
O Snoie, ô Tragora; quæ vos dementia cepit
  Commenta in veſtros iſta referre Libros?
Ah ſatis ah ſatis eſt Gerebrandum verba dediſſe:
  Ah quid mendaci vos iuuat ore loqui?
Omniáque in maius augere, & vendere fumos
  Pyxide non vllo deficiente die?
Scilicet vt Satyris vos Douſica Muſa flagellet?
  Garruláque excuſsâ verberet ora manu?
At quantò ſatiùs numquam ſcripſiſſe fuiſſet,
  Quàm toties Douſæ ſuſtinuiſſe notam?
O veri ſteriles Buccones, ſiſtite curſum,
  Siſtite, quò tandem vos Cacoëthes agit?
Quò Ruitis Rapidi Effrenéſque? ô, ſiſtite curſum:
  Hollandus nomen non habet inde ſuum.
Nugarum ſatis eſt. Tragora, tibi dico, tuíſque
  Coliculis; tandem quid ſit amare Fidem
Diſcite ab hoc Douſâ; Patriæ qui Archiua ſequutus
  Exponit Batatui priſtina regna ſoli:
Liber ab offenſis, ſtudio, ambitione, metúque
  Cuncta ſub Hollandâ Simplicitate refert.
Veſtróſque Errores in apricum ducit, & omnes
  Explodit Genij dexteritate ſui
Palpones, Mimos, Paraſitos; denique quotquot
  A teneris Verum non didicêre loqui.
Æſtimet hinc Douſam Patriæ Pater, æſtimet Ætâs
  Poſtuma Douſææ Nobilitatis opes.

*** 2 Agnoſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Tempora, non longos quot Mundus vixerat annos,
Non loca, non toto nobiſcum diſſita Cœlo
Auſtralis plaga ſæua Poli, ceu quidquid vbique
Conſpiceret Sol ipſe ſuo dictarat alumno.
Nec vili contenta ſolo noſtratibus hæſit
Partibus; in patrium ſed Meiis migrauit Olympum,
Cælitibúſque dedit leges, &, vt ordine iuſſo
Sidus in ætherios ſe quódque reuolueret orbes,
Metator Cœli fuit, aſtrorúmque magiſter.
Tandem vbi per paucos Terras contempſerat annos
Spiritus, anguſto nimium ſe carcere claudi
Indignatus, abit. repetit ſua ſidera IANVS
Luſtrorum vix quinque ſenex, quémque antè tenebat
Ingenio, nunc totus habet, nunc liber Olympum,
Fortunæque vices, & rerum lubrica ridet.
Iámque Lyram pulſat fidicen, quæ proxima Nixo
Signa tenet, cantátque Deum, Mundíque figuras,
Antiquúmque Chaos: miratur carmina Delphin,
Atque nouo nuper ditatus ſidere Cygnus:
Succinit ipſe Æther, & ducunt aſtra choreas.
Ipſe supernati ſedem ſibi légit in aulâ
Vnde ſuis vultu Batauis affulget amico,
Quâque poteſt contra Belgarum nominis hoſtes
Fata mouet, nobis felices temperat vrnas.
At vos DOVSIADAE ſaluete ô poſthuma proles
ANNALEIS, fidi quos Patria pignus amoris
Seruat, & hâc totum circum mare nauigat aurâ.
Antiquas Batauûm ſedes, oriundáque Catthis
Nomina, Romulei Socios, Fratréſque vocatos
Imperij, rarámque fidem, cui tempore tanto
Depoſitum vitæ dominorum credidit orbis,
Audiet extremus Ganges, Guineæque colonus
Audiet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Audiet, & iam non vltrà pars tertia Terris
Afer, & Heſperiis ſubiecta ſecuribus omnis
India in occiduum latè quà tenditur axem.
Quæ Didricos tellus noſtros, quæ neſciet ætas,
Et Friſios domitos, & Traiectina Batauûm
Prælia? DOVSIADEN *iam iam,* DOVSAMQVE *Parentem,*
Qui canit Arctöo fuſas ex littore claſſes,
In quo IANVS *adhuc nobis Genitore ſuperſtes*
Viuit, & exſpectat non fruſtrà digna laboris
Supplementa ſui, totus legit orbis, & ambos
Alterno ſuper aſtra vehens dignatur honore,
Ambos laude pares, hunc vitâ, hunc morte priorem;
Poſteritas totidem quos grata remunerat ANNIS,
Quot nobis tribuêre ſuis ANNALIBVS ANNOS.

ΕΠΙ-

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Ad Virum Nobilem, Poëtam & Hiſtoricum incomparabilem,

D. IANVM DOVSAM, D. in Noortwijck: cum Annalium ſuorum opus conderet.

ΟΥΔΕΝ ἄρ' ἀργαλέον γ' οὕτω χαλεπόν τε τέτυκται,
Ἤ τινα τὴν πρότερον συνθέμεν ἱστορίαν.
Ἀλλ' ὅτε τὴν ΒΑΤΑΒΩΝ τάτε πρῶτα τάθ' ὕστατ' ἀγαυῶν,
ΔΟΥΣ', ἔτι νῦν ὀλίγοις γνώριμα, ἱστορέεις,
Πῶς μὲν ἄρ' ἂν οὐ μὴ πάνυ ἀργαλεώτατον εἴη,
ΔΟΥΣ', ἔπος ἀμφί τι σοῦ δὴ κατά τ' αἶσαν ἐρεῖν;
Ἰουνιάδης τὸ πάλαι περὶ τὴν δε ἐφήρμοσε βίβλον,
Οἷά τις ἡμετέρας φωσφόρος ἱστορίας,
(Θαῦματ' ἀεὶ παρὰ πᾶσ' αὕτη μέγα ἔπλετο βίβλος,
Λοίσθιον ὤσθ' ἔτ' ἴσως τοῦδε στόμα ἐκφυγέμεν.)
Ἀλλ' αἰθ' ἡμιτελὴς οὐ μὴ βίβλος ἠδὲ λέλειπτ' ἄν,
Οὐδὲ πρὶν ἐκτελέσαι τήνδ' ἐδάμασσ' ὁ μόρος.
Δοῦσα βίβλους τε χολῆντ', δὴ καίρια πάντα κιχείων,
Ὅσσ' ἄρα λοιπ' ἔτ' ἔην, ταῦτα διεκπεράσας,
Ὅττι ῥα μὲν πρότερόν γ' οὐδεὶς τόλμησέ τις ἄλλος,
Τὴν κείνου μοῦνος πρὸς τέλος ἦγε βίβλον:
Ἐνθάδε μὲν πολλῇ ὄρφνῃ περιειμένος, ἀλλὰ
Οἷά τις ἥλιος πᾶν σκότος ἐκσκεδάσας.
Λήματος οὖν γ' ἐσθλοῦ τοῦδ' ὦ φίλε ΔΟΥΣΑ, Ἀπελλοῦ
Μοῦνος ἀπαρτίζειν οἷος ἔπαθα γραφήν.
Τοὔνεκ' ἀγακλείτοις προσμίγνυτε τόνδε ἀοιδαῖς
Πάντες, ὅσοις πέλεται Βατταβὶ ἠδὲ πατρίς.
Ὅσσα γὰρ ἡμετέρων πόλεων ἐν' ἐσώζετο κρύπταις,
Πρόσθ' οὔπω χρονικοῖς κείμεν' ἐν ἡμετέροις,
Ταῦτά γε, πολλὰ καμὼν, κειμήλια Δοῦσα ἀγείρας
Ἄμμι πρὸ ὀφθαλμῶν ἐνθάδε πάντα τιθεῖ.

Scribebam Meritiſſumè

GVLIELMVS CODDÆVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ERRATA TYPOGR.

EMENDANDA IN ANNALIBVS.

Lector amice; priuſquam lectioni ANNALIVM te accingas; petit à te author; vt ea quæ ab operis commiſſa ſunt menda recognoſcas; quod vt commodius poſſis ea hic συλλήβδην propoſuimus, cum præſertim ex nonnullis commodus orationis ſenſus, totaque rerum ſeries dependeat. Vale.

PAG. 20. *inde* ſcribe *vnde.*
Pag. 30. *debitos* ſcribe *deditos.*
Pag. 97. *Syrtos* ſcribe *Syrtes.*
Pag. 129. In notis marg. *notus* ſcribe *motus.*
Pag. 133. *conniſus. Et,* ſcribe *conniſi. Qui.*
Pag. 192. *luſorij* ſcribe *luſoriis.*
Pag. 150. *nemo examuſſim* ſcribe *nemo ita examuſſim.*
Pag. 170. *redactus* lege *reductus.*
Pag. 171. poſt τὸ *id, item.*
Pag. 174. poſt τὸ *vulgi* comma vtrobique inducendum.
Pag. 183. poſt τὸ *fructu* repone colon.
Pag. 187. lin. antep. *vel* deleatur.
Pag. 223. *determinatam* malim *diſterminatam.*
Pag. 225. *diſſidere* ſcribe diſcedere.
Ibid. *idem* ſcribe *eidem.*
Pag. 226. lege *amne eam interſecante.*
Pag. 227. *exeratum* lege *exaratum.*
Pag. 228. *Chriſtianis aui* lege *eius aui.*
Ibid. *Comitatibus* lege *comitibus.*
Pag. 229. lege *quaſi propriam belli.*
Pag. 230. *patientiuſque* lege. *patentiuſque.*
Pag. 238. in marg. *& ſcio quam* lege *& neſcio quam.*
Pag. 241. *abſimilis* lege *abſimile.*
Pag. 242. ad marg. *ad Bellonæ partem* reſtitue *poſtem.*
Pag. 247. *Rhutonis* lege *Rhutenis.*
Pag. 257. *tanrum* ſcribe *tantum.*
Pag. 282. *magna* lege *magno.*
Pag. 282. ad marg. *qua omnium* corr. *qua.*
Pag. 286. ad oram *noen* ſcrib. *nomen.*
Ibid. in contextu pro *nee nec*, pro *ilius* reſtitue *illius.*
Pag. 287. ad marg. *cenſueta*, *conſueta.*
Pag. 289. SINCFALE lege SINCFALÆ.
Ibid. *mani* pro *magni.*
Pag. 295. FLEHE ſcribe FLEHI.
Ibid. CISELI corr. CIFLI.
Ibid. *noſtrum, noſtram*, item ad marg. *itinere* pro *iteneri.*
Ibid. reſtitue *diuerticulam.*
Pag. 296. pro *illius*, *illis* ibid. ad marg. *nimis* pro *minis.*
Pag. 322. pro *Trecraſino* ſcrib. *Trecaſſino.*
Pag. 330, leg. *appellatione cenſendus notiſſimus.*
Pag. 331. *Braſicanâ* lege *Braſſicanâ.*
Pag. 336. *ex trauerſo* emenda *tranſuerſo.*
Pag. 355. *ſedes* deleatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Pag. 365. lege CAROLI REGIS ætatem (SIMPLICIS.)
Pag. 369. ſupra ARNVLPHÆÆ interpone *nos.*
Pag. 373. lege *ex teſtamento an potius ab inteſtato hæres* DIEDERICVS *ſucceſſerit.*
Ibid. lin. 19. verba illa *Pudenter ac prudenter vtique* inducantur vt quæ è gloſſa marginali perperam in contextum crepſere.
Pag. 393. lin. 18. *omnes Poſtquam* reſcribe atque interpunge *omnes. Poſt quam.*
Pag. 421. ad marg. *Siſrigidi* lege *Siſridi.*
Pag. 458. ad marg. diſiunctim ſcribe *in exoticarum.*
Pag. 459. *Dynaſte* lege Dynaſtæ.
Pag. 477. *obſtinatio* lege *obſtinato.*
Ibid. *deminiſceretur* pro *reminiſceret*, item ad marg. ſcribe *per Hollandiam Friſiamque*, & mox *miſereretur* pro *miſeretur.*
Pag. 478. lin. 2. *circum* lege *circumactum.*
Pag. 480. *frequente ſelectorum* emenda ac diſtingue *frequentem ſelectorum.*
Pag. 499 *ingloria* vna dictione pro *in gloria.*

Paucula hæc etiam mutanda.

PAG. 50. pro verbis illis; (*quorum Maieſtas fines ſuos cum orbis terrarum ſpatiis terminauit*) Reponi malim: *Qui Imperij ſui Limites cum ipſius rerum Natura finibus terminarunt.*
Pag. 99. de Radbodo Rege, *Tam procul abfuit à Principatu, quàm (poſtquàm alterum è Baptiſterio pedem retraxiſſet) à Chriſtiani Principis appellatione.* Vbi reſcribi malim: *à Chriſtiani nominis profeſſione.*
Pag. 203. *ſi dolorem hunc meum*, reſcribi malim, *ſi iuſtiſſimum hunc dolorem meum.*
Pag. 221. in veteris Friſiæ Comitatuum recenſione, *Staurienſem*, *Oiſtergoam*, *Weſtergoam*, *Kunerenſem*, Adde, *Iſtegoam.*
Pag. 457. *Stetere certamina*, Interpone, *huiuſmodi.*
Pag. 500. Prò, *Iuuentutis*, Reſcribendum, *maturæ adhuc ætatis.*

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSÆ FILII
PRÆFATIO.

CVM ſummus ille opifex aliqua veſtigia diuinitatis ſuæ ſingulis rebus à ſe creatis in hoc orbe, tum certam eius imaginem imprimi voluit illi naturæ quæ in cætera dominaretur. Itaque cum hominem intelligentiâ & ratione inſtruxiſſet, addidit orationem velut vtriuſque inſtrumentum, ſine quo homo fruſtrà eſſet id quod vocaretur. Quippe cùm animalium pleriſque tributa ſit vox indicandis affectibus, peculiariter tamen homini (qui animal eſſet non ſolùm ſociale ſed & ſanctum, vt * Poetæ volunt) ſermo datus fuit ad animi communicationem. Diuina enim illa bona Naturæ ipſius à Deo inſita, neque diuina, neque bona dici merebantur; niſi imitata auctorem ſuum, aſſequuta fuiſſent naturam boni, cuius proprium eſt ſeſe diffundere in plures. Ità ſermo, ad ciuilis ſocietatis conſeruationem primò comparatus, extendit ſe ad ſapientiæ neceſſitudines, quæ homini cum homine intercedunt. Sed cùm ſcientiarum præcepta, certo ſacramento per manus tradi initio ſolita; nec tam diu, nec tam fideliter retineri poſſent, & maximorum inuenta ingeniorum ſæpe cum ipſis inuentoribus extinguenda eſſent, id quod in locutione vtiliſſimum erat, vt rerum notiones mente conceptas ſenſibus offerret, idem ſcriptionis

*Ouid. Metam. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vſus & quidem perfectius multò præſtitit beneficio literarum. quarum varia poſitio vocem imitata, ſed maiore efficaciâ, illas ipſas notiones obtulit viſui, vnde poſtea in intellectum ipſum inſinuarentur. Ita, quod ſermo præſtare non poterat, ſcriptio fuit aſſequuta; vt nunquam ſcilicet à memoriâ hominum exirent, quæ non ſoli memoriæ credebantur. Sanè nullâ ingenij facultate, nullâ vi verborum exprimi poteſt, quantum opus ſit paucularum notarum inuentione, quæ dictionum omnium eſſent elementa, voci (quæ fluxile quiddam & momentaneum eſt) formam ita ſtabilem & manſuram impreſſiſſe, vt tempus ipſum loquendi perpetuitate ſuperaret. Cuius quidem rei vt admirationem nobis conſuetudo ſubducit, ita miraculi teſtimonium perhibet confeſſio mortalium, qui reperti in nouiter reperto orbe, quibus ſolo naturæ ductu viuentibus incuſſus ſtupor ad hanc ſine exemplo nouitatem atque etiam religioſa quædam veneratio eorum, quos locorum diſtantes interuallis putabant non aliter quàm infusâ in mutos characteres, animâ communicare poſſe cogitationes ſuas. Et ſanè difficillimè apprehendi intellectione poteſt ab illis qui ignorant, quum ſonus non niſi auribus excipi queat dum per aerem fertur, induſtriam tamen hominis velut ſuſcepto cum naturâ certamine ità vocem, quæ oculis non vſurpatur, pingere potuiſſe, vt & ſemper & vbiuis terrarum audiretur. Neque immeritò excellentiam huius artis* veteres admirati non niſi diuinitus eam mortalibus communicatam prædicarunt, cuius effe-

* *Vt Ægyptij & Plato in Phædro qui inuentionem literarum Theuti dæmoni attribuunt.*

cta

cta ad diuinitatis imaginem quandam quam proximè accedere videbantur. Etenim cùm omne corpus propter terminorum præſcriptionem circumſcribatur loco; anima hominis, quæ neque corpus neque corporis modo circumſcripta eſt, citrà temporis tractum aut mutationem loci, vt innumera loca adire, terraſque ac cælum ipſum volucri cogitatione perluſtrare, ità extrà corporis in quo eſt deſignationem nihil agere nihil aliis communicare poteſt. Cæterùm quod perniciſſimæ mentis agitationi deerat, ſuppleuit ſcriptionis auxilium; quæ diuinæ naturæ propius accedens, totam animæ ratiocinationem, totam hominis cogitationem per tam diſſita terrarum ſpatia tot hominibus eodem momento communem facit. Quumque cætera rerum humanarum ætate obſoleſcant, hæc amplior indies clariorque ad ſequentes tráſmittitur & ſplendeſcit diuturnitate. Quapropter vt ipſa magnum Dei munus, ità maximorum Dei munerum hominibus interpres id præ cæteris conſecuta eſt, vt eâ ſummus ille bonorum omnium largitor myſteria maieſtatis ſuæ voluerit conſignari. Ita enim cæleſtis ſapientiæ riui ab ipſo velut à benigniſſimo fonte manantes diffuſi per adminiſtros ſuos ad humani generis ſalutem. Ità diſſeminata veritas earum rerum, quas edocti fuerant à Veritate ipsâ quæ de cælo deſcenderat. Ità inuentiones artium ſcientiarumque propagatæ: ita incrementa artibus ſcientiiſque iam inuentis iudiciorum communicatione & ingeniorum comparatione acceſſerunt. Nam ex aſpectu orta admiratio inueſtigatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

que ſapientiæ, poſtquam conſuluit huic primæ artium conſtitutioni, conſtitutis iiſdem perpetuitatem compararunt librorum monimenta, quæ per literarum notas ac figuras iterum viſui repræſentarent tam præclara concepta interiore mentis oculo contemplanda, quatenus eæ notæ ſigna rerum ſunt & obiecta intellectûs. Cæterùm cùm in omni negotio longè ſemper à perfecto abſint principia, quæ rudia & inchoata reliquerant primi auctores, acceperunt à poſteritate limam. Multum deinde ad perfectionem ſingulorum contulerunt, qui ampliora eadem quàm acceperāt ſucceſſoribus ſuis tradidere. Ita vt inuentionem ſcientiarum & incrementi ſpem intercepturæ fuerint calamitates temporum & fortunæ viciſſitudines, niſi huic humanæ vitæ breuitati literæ ſuccurriſſent, tot hominū, tot ſeculorum opera continuato tractu & certâ ſucceſſione nectentes, quam nullus bellorum furor, nullæ vrbium ſubuerſiones, nulli interitus populorum penitùs vnquam abrumpere potuerunt. Profectò præclari ingeniorum niſus, & ſtupendi poſteris fœtus ſine hâc literariâ Lucinâ abortiui erant. Neque aut altius creſcere, aut in ſtatu ſuo conſeruari, aut in ſucceſſuros nepotes tranſmitti poſſunt ſine huius auxilio. Vtcunque literarum beneficium in Phædro eleuet Socrates, dum ex Pythagoreo ritu ſapientiæ poſſeſſionem traditionemque hæreditariā & in animos potius quàm in libros transfuſam laudat, velut certiore memoriâ, quæ nullum extrâ ſe ſubſidium habet; diffiteri tamen non poteſt ingeniorum felicitates ſcriptione quàm ſermone latiùs communicari

nicari. Nam tametſi citius altiuſq. imprimantur audita per ſenſum diſciplinæ, fidelior tamen cuſtos repoſitarum notionũ eſt ſcriptura quàm memoria; quòd in hâc ſcilicet aliis ſuper alias inductis ſpeciebus aut occultentur aut exoleſcant aut deleantur priores; illa verò ordine ac diſtinctione admirabili conſtans & difficulter mutabilis memoriæ ipſius ſtatuat æternitatem. Firmiſſima ſunt hæc vincula, quorum viribus cohærent & permanent quæ fluxa & fragilia futura erant propter retinentium imbecillitatem. Vtiliſſimus hic nexus eſt & neceſſarius maximè ad humanæ vitæ perfectionem, quæ quum in ſapientiæ communione conſiſtat, non debuit carere hoc inſtrumento, quod nos ſapientiæ participes faceret, ſine quo ſtudia omnia noſtra & egregia ingenij facinora aut nobiſcum aut ante nos ipſos intermoritura erant. Neque decuit animum qui æternus eſt, quoque ſolo à belluis diſtinguimur, non parere aliquid ex ſeſe quod referret eius immortalitatem. Neque præclariori opere illam teſtari potuit, quàm eo quod eã ipſam immortalitatẽ impartiretur omnibus quibus ſe applicaſſet. Hinc fit vt anquitatis & memoriæ cuſtodes literas ament; illi præcipuè, quorum maximè intereſt ab omnibus noſci. Quippe haud ſine diuino conſilio ingenerauit Natura hominum generi quandam honoris cupiditatem, eamque etiam auxit certo quodam ſtudio laudis ex honeſtis actionibus quam gloriam vocamus. Et quamuis hunc velut fomitem induſtriæ ex æquo mortalibus ferè cunctis ſubiecerit ipſa Natura, tamen quoſdam videas ignicu-

los

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

los illius ita retinere, vt clariſſimum lumen ex omnium virtutum quaſi conflictu aliquo emittant: nonnullos ita confeſtim obruere, vt ſolo habitu corporis & figurâ à belluis diſcerni poſſint. Itaque illi famæ æternitatem ſibi ante oculos proponentes à literarum luce ſplendorem quendam claritudini ſuæ quærunt: hi verò quoniam conſcientiam poſteritatis reformidant, exſtinctis virtutibus exſtingui etiam monimenta virtutum & ſequentis æui memoriã volunt. Id quod Tyrannis omnibus ab omni æuo propoſitum fuiſſe nemo ignorat. Scilicet illis ignorantiæ tenebris opprimere ingeniorum libertatem & generis humani indignationem ſatagebant; vt illi quibus imperitabant, ſublatis è medio exemplis & artibus bonis, ne generoſo quidem gemitu deplorare poſſent impoſitæ ſibi ſeruitutis acerbitatem. At contra boni Principes egregias artes honore & præmiis inuitando imperiis ſuis ornamenta non peritura, ſibi perenne decus pepererunt. Sciebant enim illuſtrium virorum corpus eſſe mortale, animi verò motus ac virtutis gloriam ſempiternã; quando non trabibus, aut ſaxis cinerum cuſtodibus victurum nomen, ſed monimentis æternæ laudis inciditur. Viuunt igitur vigentque poſt fata; eoque magis in ſermone hominum verſantur, quò longius ab oculis receſſerunt.

Reliqua in archetypo deſiderabantur.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE FILII ANNALIVM LIBER SINGVLARIS, cui Titulus BATAVIA.

Inſtituti operis exordium.

PRIVSQVAM maiorum noſtrorum res domi belliq́ue geſtas dicere aggrediar, conſultò facturus videor, ſi ab ipſâ Batauici nominis origine & gentis huius primordiis orſus, quomodò in Romani Imperij ſocietatem fraternitatemq́ue accepta, militaribus artibus egregium nomen ſummamq́ue ſibi gloriam compararit, ſtrictim perſcripſero.

Multi in hoc argumento cum laude verſati.

Nam tametſi hæc ab aliis tentata, atque etiam ſatis excuſſa videantur, nobis tamen quæ diceremus, non pauca eaq́ue optima reliquerunt.

Ità tamen vt nobis etiam non pauca inueſtiganda reliquerint.

Ita vt non tam circumſpiciendum mihi fuerit, quid illi non dixerint, quàm videndum quid dici poſſet in tam ſterili quidem, ſed nondum tamen exhauſtâ materiâ.

Suum cuique tribuimus.

Quapropter vt & iis qui in hanc partem incubuerunt ſuus honos conſeruetur, & earundem rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Breuitati iuxtà, ac Veritati ſtuduimus:

Et vſui, non pōpæ:

ſtudioſis tantum adimatur laboris quantum illi operæ poſuerunt, ad ipſos identidem Auctores, (vbi quid ab illis occupatum) lectorem relegauimus: refutatis ac reiectis iis omnibus, quæ ab ipſis veri ignorantiâ, an incuriâ, præter Hiſtoriæ fidem prodita oſtendimus. Nec quæſitum à me operi lenocinium, ſcrutando omnia quæ connexa noſtris rebus, verùm non cohærentia: ſed quidquid maximè neceſſarium, ſeruato temporum ordine ita digeſſi, vt quantum quidem fieri poſſet, conſtaret ac cohæreret totū corpus noſtratis Hiſtoriæ, iam inde à Iulij Cæſaris ingreſſu in Germaniam; qui remotis ignotiſque ad id tempus gentibus famam dedit, ſi non ſeruitutem. quam ſtrenuè ſemper auerſati Batavi, præſtiterunt vicinis exemplum libertatis, & Romanis multiplex experimentum ſui. Hæc quidem ob oculos poſita nonnihil, vt ſpero, collatura ſunt cùm ad cognitionem antiquitatis, tum ad rerum poſteà geſtarum confirmationem, quum in ipſo operis limine præclara Batauorum facta, velut præludia non degenerantis in poſteritate Virtutis, oſtendentur.

Citrà lenocinium.

Aliena, nec rebus noſtris connexa, miſſa fecimus.

Cæterùm diſtinctè hæc omnia, ordineque temporum ſeruato.

Laus Batauorum à Libertatis ſtudio, nec virtutis minus ac fidei documentis erga Romanos.

Finis huius Scripti.

Bataui antiquitus Transrhenanus populus fuit, & pars Cattorum; quos nunc Heſſos vocari conſtat inter doctos. Cuius rei, præter argumenta ab aliis adducta, memoriam prodit *Catzenfort*, id eſt, Cattorum Munimentum ſitum ad Dilliam fluuium, & fortè

Bataui olim inter Cattos, qui nunc Heſſi.

In eam rem noua argumenta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

& fortè an *Katers*, Hirſfeldo oppido, & *Katerberg* viculus Wanfredo vicinus. Batauorum autem veterum in Haſſiâ ſedes, à nemine hactenus indagatas, liquidò definire ac deſcribere velle, temerariæ diligentiæ ac ſuperuacui laboris fuerit; quum nihil hâc de re ſcriptum poſteris reliquerint vetuſtiſſimi illi, è quorum fontibus deriuandi nobis Antiquitatum noſtrarũ riuuli: Si quis tamen coniecturæ à locorũm nominibus petitæ locus eſt, ſuſpicor eos circa Adranam & Gilſam fluuios in Waldeckenſis Comitatûs confiniis ſitos fuiſſe. Cuius rei teſtimonium perhibere videntur & *Batobergum*, Arx edito in colle Adranæ alluenti adſidens; & *Baddenfeldum*, propè eundem fluuium locus nominatus Auctori Annalium de geſtis Caroli Magni: & Pagus *Batenhauſen*, quaſi Batauorum Domum dicas, inter Varum & Gilſam fluuios. Sed & *Adrana* riuulus, quem *Aram* contractâ voce nuncupamus, haud procul Vltraiecto, veterem Aboriginum noſtrorum nomenclaturam videtur agnoſcere: & *Orcus* (fluuius in Adranâ nomen ſuum perdens apud Cattos) cognomini apud nos Amni aut Lacui fortè appellationem tribuit. Cuius clarum veſtigium exſtat in inſulâ *Orcâ*; & Auſtralis freti parte eâ, quàm *Orci æſtuarium*, ſeu Voraginem nuncupamus. Bataui itaque Cattorum populus ob inteſtinas diſcordias relicto patrio ſolo nouas ſedes quærere co-

Batauorum in Cattis ſedes.

Quo in loco eas habuerint, coniecturâ quæſitum.

Propriæ aliquot vtriuſque Germaniæ locorum appellationes.

Quarum etymologiæ paullò curioſius explicantur.

Batauorum emigratio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

acti, tranſito Rheno, extrema Gallicæ oræ cultoribus vacua, ſimulque Inſulam (quam diuortio ſui Rhenus vtrinque complectitur) ad mare ſitam occuparunt: ac Batauiæ à ſeipſis nomen indiderunt. Quod ſanè inuectum cum Cattis primum; neque notum in hâc inſulâ ante id tempus. vt ex Taciti non vno loco bene intellecto cuiuis perſpicuum eſſe poteſt. Extra autem brachiorum fluminis complexum (quam Gallicam oram Tacitus adfirmat) Batauici Iuris fuiſſe videtur, quantum à diuergio Rheni vſque ad confluentes inter Vahalim & Moſam in modum peninſulæ extenditur: quam Moſavaliam incolæ vocant, ſub qua etiam Bommelia inſula continetur. Huius rei argumentum eſt *Batoburgum*, (vetuſta Arx ad Moſæ ripam) à Batauis, vt videtur, in memoriam genitalis ſoli, & cognominis apud Cattos Caſtelli condita; tum ſupra illam *Catuicum*, in Comitatu Cukenſi, Batauorum terminus. Præter hoc Catuicum, duo Pagi eiuſdem nominis, ad medium Rheni oſtium ab Occidente Bataiam terminarunt. Cæterùm in Zelandiâ quoq. Cattorum memoriam tuentur tum Catzium Oppidum, quod ante aliquot annos aquis obrutum, turrem adhuc è fluctiſtibus prominentem oſtentat; tum è regione eius Vicus propè Goêſam vrbem, *Cattendijck*, id eſt, Cattorum Agger dictus. Quod Zelandos eiuſdem nobiſcum originis

In inſulam Rheni.

Batauiæ nomen vnà cum Cattis huc inuectum primitus.

Quibus finibus Batauorum Ditio circumſcripta antiquitus.

Moſawalia.

Veſtigia nominis Batauorum,

& Cattorum in Batauia,

Item Zelandiâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

nis eſſe, ſatis euidens argumentum eſt: ſiue antiquitus Batauis annumerati fuerint & accenſiti Inſulis illis, quas Rhenum incurſibus ſuis in mare facere teſtatur Cæſar: ſiue *Mattiacorum* nomine Romanis noti, quod plerique opinantur. *Mattium* enim Vrbem, ſiue (vt Ptolemæus vocat) *Mattiacum*, caput Cattorum gentis fuiſſe conſtat ex Tacito. Qui & alibi *Mattiaci* agri à Curtio Rufo quærendis argenti venis recluſi mentionem facit, vt & Plinius *Mattiacos* in Germania fontes trans Rhenum nominat. Quæ omnia ad Cattos referenda, à quibus ortum (niſi fallor) trahunt Mattiaci noſtri, qui in eodem cum Batauis obſequio, non multum ante Taciti tempora, Romanorum potentiæ acceſſiſſe videntur. Hæc enim ſunt eius verba: *Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani vltrà Rhenum vltraque veteres terminos imperij reuerentiam. Ità ſede finibusque in ſuâ ripâ, mente animoque nobiſcum agunt, cætera ſimiles Batauis, niſi quod ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cælo acrius animantur.* Quæ quidem verba faciunt, vt exiſtimem eos à Septentrione potius Batauis finitimos, quàm ad Gallicam ripam poſitos fuiſſe. Quæ ſanè cis Rhenum fuit, intraque veteres Romani Imperij terminos, quod flumine finiebatur. Ac fortaſſe Mattiaci hi circa Swollam, & Campos (quæ *Naualia* olim dicta) circà Iſelam, ſiue Fleuum, tertium Rheni oſtium, ſedes

In quâ an priſci Mattiaci collocandi?

In libello de Moribus Germanorum.

Non videtur.

De eorum ſedibus coniectura, ſed leuis.

ſedes habuerunt. vbi etiamnum caſtellum *Catten* dictum progenitores ſuos teſtari videtur.

Vbi non fuerint, facilius coniectu.

Vtcunque ſe res habeat, frigidiorem, quàm Batauiæ fuit, tractum Mattiacos incoluiſſe Taciti verba non obſcurè innuunt, qui cæli ſolique horrorem in iis locis, hominumque ingenia ad cæli ſui ſimilitudinem horrẽtia deſcribit.

Batauici mores quid à Cattis trahant.

Cæterùm vt ad Batauos noſtros reuertamur, videntur ij in plærâque omni vitæ ratione multum à Cattorum moribus traxiſſe. Inter quos animaduerſione dignus occurrit Ritus ille crinem barbamque ſubmittendi, nec *niſi hoſte cæſo exuendi votiuum obligatumque virtuti oris habitum*, vt Tacitus recenſet.

Libello ſuprà memorato.

Cuius memoria repræſentatur ſimili planè Batauorum inſtituto; quod & apud hos viguiſſe Ciuilis noſter documento eſt, qui barbaro Voto, poſt cæpta aduerſus Romanos arma, propexum rutilatumque crinem patratâ demum cæde legionum depoſuit.

De Cattorum emigratione refutatus quorundam error.

De tempore emigrationis Cattorum è genitali ſolo nihil hîc mihi dicendum putarem, quoniam nihil ab antiquis traditur, niſi eſſent inter doctos, qui manifeſto errore à pugnâ, quâ Catti cum Hermunduris Neronis Principatu infeliciter decertarunt, initia deriuarent Batauæ genti; quaſi victi pulſique eo prælio Catti, loca (quæ diximus) occuparint.

Duobus argumentis.

Sanè vt omittam interna potius mala & ciuiles diſcordias, quàm ab exteris clades, mutandarum ſe-

dium

dium Cattis cauſſam fuiſſe: vel ſola temporum ratio ſatis pro me refellerit hunc errorem. Nam altiores gẽtis radices oſtendit tam crebra Batauorum mentio, atque etiam centum viginti annis, ante hoc prælium, celebratum Cæſari Bataviæ nomen; quod tamen vnà cum Cattis, neque anteà, huc inuectum fuiſſe ſupra oſtendi. Itaque vt diuinando aſſequi eius vetuſtatem, in tanto Veterum ſilentio, fruſtrà tentauerim; ità prò certo affirmare haud verear, longè ante Cæſaris aduentum in Germaniam, accepiſſe à Cattis vacuam adhuc Inſulam nomen, & cultores. Sanè ipſe locuples inprimis teſtis, pleroſque Belgas (in quorum numero Bataui, præſertim quà Gallicam ripam ſpectant) ex Germanis ortos, Rhenumq. antiquitus traductos teſtatur. Non laborandum mihi puto hoc loco, vt accuratius refutem ea, quæ Gerardus Nouiomagus, Commentariis Principum (vt ſcribit) adiutus, ſuper Batone, & Heſſo, & Neomagi Vrbis ſcripturâ contexuit. In tantum non modò à Veritate, ſed etiam à fabulandi conſuetudine abhorrent. Nam antiquitus quidem; velut publico populorum conſenſu; obtinuit, appetere auguſtioris originis famam, quum mentiri clarorum Imagines eſſet aliquis virtutũ amor. Ignota fuit priſcis hæc præpoſtera ambitio, non affectatæ originis claritatem tam obſcuris nominibus obumbrandi. Quid enim aut

Nos, vt in re vetuſtiſſimâ, nihil po-nimus, præter ea quæ per vetuſtiſſimos ſcimus.

Abſurditas aliarũ originum, quæ fabuloſæ, breuiter oſtenſa.

Danda enim hæc venia (ait Liuius) Antiquitati, vt Aboriginum ſuorum primordia faciat auguſtiora.

Catto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Cattorum (quorum pars olim Bataui) nominis claritudo.

Cattorum populo (quibus Auguſtæ Hiſtoriæ * ſcriptor nos inſerit) illuſtrius? aut illis, qui in rerum naturâ nunquam fuerunt, obſcurius? Itaque Bato, & Heſſus, aliaq́ue fingentium ludicra, ne Poëticis quidem decora fabulis, non eſt quod Hiſtoriam (inſiſtentem Veri veſtigiis) interturbent. Potius eſt, vt ad ea inueſtiganda me conferam, vel ſaltem indicanda Lectoribus, quæ nos hactenus latent propter inopiam Scriptorum. Inter quæ & illud eſt de tempore, quo Romanæ Ditioni acceſſit Batauia. Et quidem C. Cæſar eam armis non videtur ſubegiſſe, non omiſſurus in Commentariis ſuis Victoriam tam inſignem apud poſteros claritate gentis. Propior credenti fuerim, militarem & armis exercitum populum per amicitiæ ac ſocietatis ſpeciem conciliatum Romanis, atque inter Auxiliarios ſtatim merere cæpiſſe. Quod ex Lucano colligimus, qui eos primus in exercitu Cæſaris nominatim recenſet. Sequuti deinde Principes, cùm Cohortes è Batauis, tum delectos Equites Legionibus ſuis * permiſtos habuerunt; eorum fide etiam ad corporis cuſtodiam vſi. Socios, & Amicos, atque etiam Fratres Populi Romani appellatos, teſtantur Antiqua monimenta. Libertati vtique & legibus ſuis relictos; nec tributa iis impoſita, aut ſeruitij vllas notas; indicant Scriptores. Cohortibus etiam, quas Romanis ſubſidio mittebant, ipſi popularium

Credat Iudæus Apella, Non ego.

Batauia quando Imperij Romani pars facta, aut quomodo?

Opinio noſtra.

Nec abſurda, neq. vero abſimilis.

Etiam Lucani Auctoritate ſtabilita.

Bataui, Socij & Fratres Amicíque Ro. nominis, Honoris & Meriti ergo, perhibiti antiquitus.

Libero imperio habiti, ac Tributorum expertes.

* *Corn. Tacitus. lib. Hiſtor. IV. & Libello de Moribus Germanorum.*

* *Imò & in cõmilitium aſſumptos, adſcriptosq́ in Legionariorum Ordines, vti poſteà ſub Iuliano Cæſ. demonſtrabitur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pularium ſuorum nobiliſſimos præficere ſoliti (vt narrat Tacitus) raro, neque facilè conceſſo aliis gentibus beneficio, niſi quod de Thraciæ illius, quam montanam vocant, populis idem legitur apud * eundem. Reges hos videtur appellare † Marcellinus, qui in acie præliiſque exemplo & admiratione præerant: vt colligere licet ex cruenti illius prælij euentu, quo à Iuliano Germani ad Argentoratum cæſi. Habuiſſe autem Batauiam Reges ſuos, etiam florente Romano Imperio, ex Marcellini loco (quem inferius producturi) perſpicuè planum. Strabo vtique & Veromyri, Batauorum Regis, (ſi modò ea vera eſt lectio) meminit. Cuius filia, Rhamis nomine, matrimonio iuncta fuerit filio Segimeri (Cheruſcorum Ductoris) poſteà in Triumphum à Germanico Cæſare ducta. Tranquillus Adminium, Cinobellini Batauorum Regis filium, à patre pulſum, à C. Caligulâ in deditionem receptum cõmemorat. niſi quod & Codices eo loco variant, dum nonnulli Britannorum, alij Batauorum nomen præferunt. Sanè Claudium Ciuilem Regiâ Batauorum ſtirpe oriundum fuiſſe Tacitus teſtis eſt. Et hæc quidem dicta in vniuerſum ſufficiant de populi huius ſtatu ſub Imperio Romano. Deinceps, quod propoſiti Operis contextus exigit, ad Rerum geſtarum enarrationem, vel potius enumerationem veniemus. Id vt ordine, & ad tem-

Hiſt. lib. IV.

* *Annal. lib. IV.*

† *Libro XVI. Hiſtor.*

Eius rei commemorationem (Lector) infra es habiturus.

Libr. Hiſtor. IV.

Ipſi Leges patrias, ac Reges ſuos habent, è nobiliſſimis popularium delectos, quos Cohortibus ſuis (quæ Romanis auxiliares) præficere conſueti.

Veromyrus, Batauorum Rex.

Eius filia in Triumphum ducta à Cæſ. Germanico.

Adminius, Cinobellini Batauorum Regis filius.

Varietas ſcripturę.

Claud. Ciuilis Regiâ Batauorũ ſtirpe editus.

Hactenus generatim vniuerſeque;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſigillatim deinceps, ac ſeruato temporum ordine explicaturi,

porum ſeriem aptè fiat, ordiemur à Gn. Pompeij, & M. Craſſi altero Conſulatu, qui incidit in quartum Gallici belli annum, in

QVAE SVB IVL. CAESARE à Batauis, aut in Batauis geſta.

Anno V. C. DCXCIX.

Vrbis conditæ DCXCIX. Tunc enim prima omnium Batauiæ mentio à Cæſare, neque ante id tempus facta ab vllo Scriptorum qui in manibus ſunt, occaſione potiſſimum (vti exiſtimo) Belli, quod contra Ger-

Bellum cum Germanis.

manos eo anno geſſit; quodque in Batauiæ finibus profligatum, locorum deſignatio, (quam apponit) indicio eſt. Eius belli cauſas exitumq. breuiter attingam; nam vberiora ex ipſius Commentariis petere promptum eſt. Erant inter Transrhenanos populos, Vſipetes ac Tenchteri, qui à Sueuis,

Vſipetes ac Tenchteri à Sueuis pulſi.

præpotenti ac numeroſâ natione, patrio ſolo exacti cum magnâ hominum manu, flumen Rhenum haud longè ab Oceano, in quem ſeſe exonerat, tranſierunt. Per mediam Batauiam eos iter feciſſe haud abſurdè colligas. certè contiguos Batauiæ Me-

Menapiorum tractu occupato,

napiorum tractus eos occupaſſe in aperto eſt. Quibus non contenti, quum Eburonum Condruſorumque fines hoſtiliter ac-

Eburonum Condruſorumque fines populantur.

ceſſiſſent, Cæſar expeditionem in eos maturat. Illi legatis miſſis tridui inducias petierunt, impetraruntque. quum intereà Ro-

C. Cæſaris in eos expeditio.

mani equitatus quinque millia pugnæ imparata, & * prohibita laceſſere hoſtem, ab octingentis Germanorum equitibus cæ-

*per cauſſam induciarum quæ interuenerant.

Induciæ tridui,

duntur fuganturque. Errorem ipſi voca-

Non ſeruatæ.

bant; Cæſar in perfidiam, ac contemtum

fæderum

fœderum traxit. Quem vt vlciſceretur pari fraude, Legatos a Barbaris ad ſeſe deprecandi, an fallendi cauſsâ miſſos, in caſtris retinuit, ne quid ſuis indicij facerent. Ipſe cum omnibus ſuis copiis nihil minus cogitantes aggreſſus, non oſtendit prius hoſtibus, quàm intulit bellum. Feſtinato prælio tumultuque pugnatum primò in ipſorum caſtris. Sed commiſeratio imbellis turbæ, quam fugientem ab equitatu Cæſaris paſſim cædi videbant, ac deſperatio ſalutis effecerunt, vt abiectis armis ſeſe caſtris eiicerent vniuerſi. Sequutus perterritos victor, donec ad Confluentes Moſæ ac Rheni, haud procul ab eo loco, vbi nunc Worcomium oppidum eſt, perueniſſent. Ibi timor etiam fugam perdidit, quum & hoſtis à tergo, & à fronte flumen vrgeret. Ità, magno numero interfecto, reliqui præcipitati in flumen, & oppreſſi vi aquarum, aut mutuâ conflictatione.

Sic ars deluditur arte.

Vſipetũ ac Tencterorum ſtrages & fuga.

Anno V. C. DCCII.

Annus V.C. DCCII. ſolum Cõſulem Craſſum habuit, inſignis coniuratione Gallorum, quos Vercingetorix cõtraxerat. Tunc Cæſar in oppugnatione Biturigum, quum equeſtre prælium commiſiſſet, nutantem aciem reſtituiſſe Batauorum virtute creditur à viris doctis, quos quidem communi Germanorum nomine appellauerit. Ait enim ſeſe Germanos equites circiter quadringentos, quos ab initio ſecum habere inſtituerat, laborantibus ſuis auxilio ſub-

Bellum Gallicum, duce Vercingetorige.

Biturigum oppugnatio. Equeſtre prælium.

In quo inclinata acies Batauorum virtute reſtituta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

miſiſſe. Nos id tanquam non ſatis compertum in medio relinquemus. Sanè Cæſar in eodem bello, quòd hoſtes equitatu præualerent, & intercluſis itineribus nullâ re ex Italiâ atque è Prouinciâ ſubleuari poſſet, in Germaniam miſit, ad eas ciuitates quas ſuperioribus annis pacauerat; equiteſque ab his accerſit, & leuis armaturæ pedites, qui inter eos præliari conſueuerant. Hos eſſe eoſdem planè exiſtimo, quos Hirtius propterea à Cæſare Rhenum tranſductos ſcribit, vt equitibus interpoſiti pugnarent. Haud multò poſt prælium cum Vercingetorige commiſſum, diu anceps, donec Germani ab dextro latere inuecti hoſtem iugo, quod occupauerat, deiecerunt; fugientémque vſque ad flumen, vbi Vercingetorix cum pedeſtribus copiis conſederat, magnâ ſtrage editâ compulerunt. Pari ſubinde audaciæ gloriæq. euentu ad Gergouiam Alexiamque ab iiſdem pugnatum; ità vt, quocunque ſeſe intuliſſent, haud dubiam ſecum victoriam traherent, & Cæſar ipſe, & Dio Græcus Hiſtoricus teſtes ſunt. ne quis miretur, ſi Germanorum virtute confectum profligatumque præcipuè Gallicum bellum * Oroſius ſcribat. Hæc de Germanis vt ad ſolos Batauos haud temerè trahenda, ità nec omittenda duxi; quoniam & noſtri inter illos. Illud vtiq. (quod Oroſius ait) hos à Cæſare iampridem in amicitiam receptos, de Batauis potiſſimum capienda

Cæſar equitatum è Germaniâ accerſit.

Germanorum leuis armaturæ peditatus equitibus interpoſiti præliantur.

Vercingetorigis ſtrages.

Quãtum ad victoriam momentum Cæſari Germanorum auxilia.

Eorum virtute bella Gallica potiſſimum confecta.

Germanos ſubinde pro Batauis ſumere, ſolenne illius æui Scriptoribus.

* Lib. VI.

pienda

pienda quæcunque de Germanis dicuntur, maximè euicerit. Siquidem reliquos Cæſari infeſtos, aut armis ad obſequij fidem compulſos manifeſtum eſt, Batauos autem ne ſemel quidem bello laceſſitos, loquuntur atque indicant Scriptores ſilentio ſuo. Sed & alterum argumentum ex eo deduci poteſt, quod in prælio quodam contrà Bellovacos, quod interiectâ palude fiebat, Germani vniuerſi conſtantiùs paludē tranſiiſſe ab Hirtio traduntur, quâ audaciâ ingentem terrorem cædemque ac fugam vſq. ad caſtra hoſtium fecerunt. Et quidem in acie præliiſque tranſmittere paludes ac flumina, velut propriam ac peculiarem Batauis laudem tribuunt Scriptores. Exarſit poſt hæc Ciuile Cæſaris ac Pompeij bellum, in quo inter auxilia Cæſariana Germanici delectus recenſentur à Floro, Batauí etiam nominatim à Lucano, cui in his talibus ea fides habenda, quæ Hiſtorico debetur. In Pharſalicâ autem acie Germanorum cohortes vnicum ad victoriam momentum fuiſſe, Florus teſtatur. Quod referendum ad illas, quæ in quartâ acie à Cæſare collocatæ. Eæ quippe infeſtis ſignis tantum in Pompeianos equites impetum fecerunt, vt omnes in fugam compulſi, eâque inclinatione Pompeij vniuerſæ copiæ ſtratæ ſint. Sequutum mox Alexandrinum bellum, in quo Germanorum etiam non incelebris mentio. Quum enim Rex ab

Prælium contrà Bellouacos.

Anno V. C. DCCIV.

Bellum Ciuile.

In eo Cæſari auxiliares Batauí.

Pharſalicæ pugnæ Victoriam Germanis potiſſimum deberi.

Anno V. C. DCCVI.

Bellum Alexandrinum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

alterâ fluminis parte, quod Cæſari tranſeundum erat, caſtra metatus, obiecto equitatu ſuo Cæſarianos tranſitu arceret,

Germanorum Equitatus Nilum nando tranſmittit.

Germani equites demiſſioribus ripis flumen tranando ita perculerunt hoſtes, vt non auſi ſubſiſtere, in pedibus ſalutis ſpem collocarent.

Cauſſa conſternationis & fugæ Alexandrinis.

Quod noſtris eò confidentius vindico, quia, vt dixi, iuuentus Batauа

Id ad Batauos referendum videri.

nandi ſtudio inſignis, & tranſmittendis amnibus etiam rapidiſſimis, more patrio exercita.

Bellũ Africanum.

Anno V.C. DCCVII.

Africano deinde bello in Scipionis partibus etiam Germani meruerunt, qui Labienum partim è Gallia ſecuti, partim pretio adducti, partim ex Curionis prælio capti conſeruatique, adhæſerant Pompeianis. Verùm hi vniuerſi in prælio quodam interclusi ac circumuenti ab Cæſaris equitatu, haud inulti tamen occubuerunt. Nihil poſt hæc tempora de Batauis Germaníſve apud auctores legitur, vſque ad Ciuile Octauij Cæſaris cum Antonio bellum.

QVAE SVB OCTAVIO.

Anno V. DCCX.

Eius contra Antonium Bellum.

Tunc enim ad ſumẽda arma contrà Antonium euocati, quorum fideli ac ſtrennuâ operâ pater Iul. Cæſar vſus fuerat. Inter quos haud poſtremi Bataui, vt & modò oſtendimus, & Dionis verba declarant hoc loco.

Ab eo delecti è Batauis Equites ordinibus adſcripti, ſeruatique in poſterum.

Igitur Octauius Cæſar ſub id bellum delectos è Batauis equites adſcripſit ordinibus, ſeruauitque in poſterum. Eos verò peculiare atque impermiſtum agmen conſtituiſſe, conceſsâ illis *Honoris ac Meriti ergò*, Virgularum geſtatione, ad modum

Quibus & Centurionatus Inſigne, Honoris & Meriti

Centu-

ergò, Vitis geſtamen conceſſum.

Centurionum, idq́ue etiam ſuo tempore obtinuiſſe, auctor eſt Dio. Eoſdem in cuſtodiam corporis ſui legit Auguſtus,* dimiſſis, vt videtur, Calaguritanis, quibus vſque ad deuictum Antonium vſus fuerat. Quod quidem facit vt exiſtimem eos multis ſtrenuis factis demeruiſſe gratiam Auguſti, ad delendam labem prioris perfidiæ ac defectionis, quâ primo cõtrà Antonium bello victoriam hoſtibus in manus tradiderant, vti narrat Dio, communi Germanorum nomine eos appellans. Aliquot annis poſt, Druſi, Tiberiiq́ue, ac Germanici expeditiones illuſtrarunt Batauiam, ſed ità vt ſeculorum caligo magnâ ex parte oppreſſerit hoc lumen, quod ſeruatæ * C. Plinij Hiſtoriæ, quas propriè dicauerat his Bellis, ſolæ nobis ſeruare potuiſſent. Nunc tanti Scriptoris narratione, temporum iniuriâ, maximâ noſtrarum rerum iacturâ, deſtituti, colligemus tamen reliquias huius naufragij, quæ ab aliis ſparſim prodita, in vnum locum conferendo. Anno v. c. DCCXLII. Druſus profectus in Germanos, mota per abſentiam Auguſti arma repreſſit. Ac primò quidem in * Vſipiorum regionem, iuxtà ipſam Batauorum Inſulam tranſgreſſus, mox etiam Sicambros perdomuit. Inde ſecundo Rheno in Oceanum deuectus, Friſios ſubegit. Sub idem ferè tempus Foſſam, cui Druſianæ nomen, militari manu perfecit, quæ aliquot paſſuum millibus

* *Colligo ex Suetonio in Octauio cap.* 49.

Anno v. c. DCCXXIII.

Iidem ad corporis cuſtodiam delecti ab Auguſto, in locum Calaguritanorum.

Et mox AVGVSTO. Druſi, Tiberiiq́ue ac Germanici Cæſ. expeditiones.

* C. *Plinij Rerum Germanicarum Cõmentarios intelligit, quorũ amiſſione quantã iacturam fecerit vniuerſa Germania, hinc æſtimemus licet.*

A. v. c. DCCXLII.

Druſi in Germaniam expeditio.

* Vſipetarũ, *legitur apud Dionem lib.* LIV. *quo loco plura item ad Batauos pertinentia es reperturus.*

Quâ Sicambri ac Friſij perdomiti.

Foſſa Druſiana.

millibus continuata, Rhenum, tertij oſtij
Fleui nomine auctum, deducit in mare.
Cuius rei preſſius explicandæ laborem ad-
emit nobis curioſa * Hadriani Iunij dili- *In Batauiâ ſuâ cap. IIX.
gentia. Aliud eſt ab hac Foſsâ (vt rectè mo-
nent viri docti) agger à Druſo inchoatus

Agger coërcendo Rheno inchoatus à Druſo,

coërcendo Rheno, quem in Gallicâ ripâ
fuiſſe indicant non obſcurè * Taciti verba. *Lib. Annal. II.

Sed inchoatus tantùm:

Interruptum id opus crediderim Druſi
morte, quæ in annum V.C. DCCXLV. incidit.
Sane poſt tres ac ſexaginta annos abſolu-
tum denique à Paulino Pompeio * idem *Lib. Annal. XIII.

A Paulino Pompeio abſolutus denique.

auctor eſt. Nec cōtentus his Druſus, quin-
quaginta amplius Caſtella impoſuit Rheni

L. amplius caſtella per Rheniripam à Druſo militari manu diſpoſita.

Doesburgum.

ripæ, ſubſidio Prouincialibus, & terrori ad-
uerſus ingruentes. Inter ea etiam Doesbur-
gum fuiſſe haud abſimile vero eſt, ipſo no-
minis ſono præferente conditoris ſui ap-
pellationem, extritâ caninâ literâ ad emol-
liendam concurrentium conſonantium
aſperitatem. Anno V. C. DCCLIV. Cani- *A. CHR.* V.C.DCCL

Caninefates à Tiberio ſubacti.

nefates, qui partem Batauicæ Inſulæ co-
lunt, à Tiberio intratâ protinus Germaniâ
ſubactos, refert Paterculus. Quod quidem
an adulandi ſtudio, vt cætera, in maius au-
ctum, an verò Hiſtoricā fide ſcriptum ſit,
quoniam nulli alij Auctores ſunt, in me-
dio relinquemus. Sequuta poſt paucos an- *An.* CHR. V.C.DCCL

Clades Variana.

nos coniuratio cōtra Quintilium Varum,
traxeritne etiam Batauos in partes, haud
facilè dixerim. Certè ſuſpectos eos ſibi
fuiſſe oſtendit Auguſtus, quum Armigeros

Quâ auditâ Batauos à corporis ſui cuſtodiâ remouit Auguſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ex ea gente, quos circa ſe habebat, dimiſit, auditâ clade Varianâ. vt mirari haud ſatis queam hallucinationem *viri docti hoc loco, qui illa Tranquilli verba; *Certum numerum in custodiam ſui allegit*, refert ad Batauos, quos tamen dimiſſos tunc clarè indicatur eodem capite. Recepit autem eos mox ſiue Auguſtus, ſiue Tiberius. Vtique hic eos habuit ſub initia Principatûs.

*Had. Iunij, in Batauiâ ſuâ, cap. v.

Qui mox in priſtinum iterum reſtituti.

Anno. CHR. XVII. V. C. DCCLXVII.

QVAE SVB TIBERIO.

Partem enim eorum addidit proficiſcenti Druſo filio ad ſedandam ſeditionem militum in Pannoniâ. Anno V. C. DCCLXIX. Germanicus Cæſar, quum bellum in Germanos agitaret, idque nouâ ratione, mille nauium claſſe fabricatâ, Batauorum Inſulam ſibi delegit, in quam eæ conuenirent, propter faciles adpulſus & opportunitatem loci ad tranſmittendum bellum. Poſtquam eò venere, ingreſſus foſſam Druſianam, Lacus inde, & Oceanum, vſque ad Amiſiam flumen copias peruexit, relictis nauibus læuo amne: vnde factum, vt in tranſeundis æſtuariis, Batavi qui in poſtremo agmine, accreſcente vndâ, dum inſultant aquis artemque nandi oſtentant, turbati; & quidam hauſti ſint. Ventum inde ad Viſurgim flumen, quem Romani vado tranſeunt; Batavi, quâ rapidiſſimus erat, perrumpunt. Ibi Carioualda eorum dux, in planitiem ſaltibus circumiectam, hoſtium aſtu & locorum fraude pertractus, ſuſtentatis diu irruentium cateruis, hortatus

A. CHR. XIX. V. C. DCCLXIX

Germanici Cæſ. in Germaniam expeditio.

Eiuſdem mille nauium Claſſis.

Bataviæ Inſulæ opportunitas ad tranſmittendum bellum.

Carioualdæ Batauorum Ducis fortitudo.

C

tus ſuos, ut collecti in orbem globo frangerent aciem, dum inter confertiſſimos hoſtes inſigniter dimicat, ſuffoſſo equo, & telorum nube obrutus cum Nobilitate aliquâ haud inultus cecidit. *A.CH.XXXI. V.C. DCCXXCI.* Anno V. C. DCCXXCI. in bello contrà Friſios excutientes Romanum iugum, quod à L. Apronio, inferioris Germaniæ Proprætore, quamuis infeliciter geſtum, Caninefatum ac Batauorum opera clara atque illuſtris eſt. *A.CHRIST. XXXIX. V.C. DCCXXCIX.* Aliquot annis pòſt, Tiberij Principatum excepit Caligula, cuius ingentes contrà Germaniam ac Britanniam apparatus in ludibrium verſi, merentur tamen hîc breuiter referri ad noſtratis Hiſtoriæ lucem. *A.CH.XLII. V.C.DCCXCII.* Cauſa expeditionis fuit Batauorũ numerus, quos circa ſe habebat, ſupplendus ex eâdémne gente, an è vicinis Germanis, difficile coniecturâ aſſequi. Poſtquam in Germaniam venit, deficiente belli materiâ, paucos de cuſtodiâ ſua Batauos, ſeu Germanos, traiici occuliq́ue trans Rhenum iuſſit; ac pranſo ſibi quàm tumultuoſiſſimè hoſtem adeſſe nuntiari. Inde velut ad pugnam proripuit ſe cum amicis & parte equitum Prætorianorum in proximam ſiluam. Poſt multa ſimilis ſtultitiæ documenta, ad extremum, quaſi tranſlaturus in Britanniam bellum directâ acie, in littore Oceani ipſe conſcenſâ triremi paululum à terrâ prouectus confeſtim rediit; datoq́ue militi pugnæ ſigno, velut ad conflictum *Vide Suetonium in Caligula cap. XLVI. Item Dionem lib. ...*

Bellum cũ Friſiis.

QVAE SVB CALIGVLA.

Eius contra Germaniam ac Britanniam apparatus.

Bataui ad cuſtodiá corporis Ro. Imperatoribus additi.

Caianæ expeditionis ludibrium.

animatos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

animatos tubarum ſonitu, iuſſit conchas marinas colligere. In cuius Victoriæ (vt videri volebat) indicium, altiſſimam turrim excitauit, è qua velut ex Pharo, dirigendo nauium curſui, nocturni ignes emicarent. Eam haud obſcura ſuſpicio eſt ad Veteris Rheni oſtium ſitam, & à Seuero Cæſare poſteà in Armamentarium conuerſam fuiſſe: vt iampridem monuerunt * viri docti. Cæterùm idem Caligula ità ſibi obnoxios ac deuinctos crebris largitionibus habuit Batauos corporis cuſtodes, vt auditâ Principis ſui nece, perciti atque amentes nonnullos ex percuſſoribus, mox obuium quemque, ac Senatores etiam quoſdam innoxios interemerint. Anno V.C.DCCXCIII. Claudius imperium adeptus eſt: ſub quo in Britanniam profectus A. Plautius, aſſumtis legionibus auxiliiſque, magnam Inſulæ partem perdomuit. Auctam per ea bella Batauorum gloriam, Tacitus auctor eſt. neque abnuit Dio, quamuis communi Germanorum nomine eos diſſimulans. Nam ad amnem quendam, inopinato Germanici militis aduentu, (cui rapidiſſima etiam flumina tranare ludus erat) hoſtes cæſos, aut in fugam actos commemorat. Inde poſtero die diu ambiguè decertatum; donec Sidij Getæ virtute victi hoſtes, atque vlterius acti, vſque ad Thameſis fluuij oſtia peruenerunt. Ibi facilè tranſmiſſum flumen à peritis locorum, quod (tentantibus

Pyrgus in Batauico littore exſtructus à Caligulâ, in ſignũ Victoriæ:

Quem poſteà in Armamentarium conuertit Seuerus Imp.

* *Vide Hadr. Iunij Batauiam, cap. x.*

Batavi largitionibus deuincti à Caligula, cædem eius vindicarunt.

Vide Ioſephũ lib. XIX.

QVAE SVB CLAVDIO:

*A.*CH.XLVI. V.C.DCC-XCIII.

Cuius auſpiciis magna Britanniæ pars ſubacta.

In quo bello Batauorũ auxiliarium præcipuè Virtus enituit,

Grande vtiq. Romanis ad victoriam momentum.

Sidij Getæ fortitudo.

Aduerte hîc (Lector) quantũ nandi peritiâ Romanis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

præſtiterint noſtrates.

fruſtrà Romanis) Germani ſtatim imitati ſunt. Qui circumfuſi barbaris terga fugientium cædunt, reportantque victoriam lætam ſuis, verùm non incruentam, multis amiſſis, propter inuias paludes, & itinerum ignota. Anno v.c. DCCC. Chauci inferiorem Germaniam incurſant duce Gannaſco, qui natione Caninefas, edoctus primò Romanam militiam in ipſorum caſtris, mox transfuga leuibus nauigiis Gallorum præcipuè oram infeſtabat. Domitius Corbulo ingreſſus prouinciam, adactis triremibus alueo Rheni (inde per Batauiam eum inuectum conſtat) haud magno negocio deprimit hoſtium lintres. Quibus actis, diſciplinam apud ſuos perquàm ſeuerè firmat. Ita infracta Barbarorũ ferocia: etiam Friſij exultantes Apronij clade, compreſſi contentique fuerunt, deſcriptis à Corbulone agris. Inde conuerſus ad Chaucos, miſit qui eos ad deditionem pellicerent, ac ſimul Gannaſcum, velut fidei violatorem, fraude aggrederentur. Cùm ſucceſſum habuiſſent inſidiæ, motæ eius viri cæde Chaucorum mentes, rebellionem ſpectabant; niſi ingentes Corbulonis apparatus, reuocante Claudio, fruſtra cœpti, infregiſſent ardorem animorum. Intereà tamen, vt à milite iners otium prohiberet, trium & viginti millium ſpacio * Foſſam perduxit, quâ incerta Oceani vetarentur. Inter Moſam Rhenumque eam collocat Tacitus.

Cauchorum, Duce Gannaſco Caninefate, in Inferiorem Germaniam incurſiones.

A. CHR. L. V. C. DCCC.

Repreſſæ à Corbulone.

Etiam Friſij.

Cauchi ad deditionem pellecti,

Gannaſcus ſuorum inſidiis ſublatus.

Corbulo à Cæſare reuocatur.

Foſſa Corbulonis.

* Vide Tacitum lib. XI. Annal. Item Iuniũ na Batauia caput 11.

In infe-

In inferioris Batauiæ parte fuiſſe, adiuuat ratio locorum, & periculum ab æſtu, quod illîc præcipuè metuendum. Anno V. C. DCCCIIX. Nero Cæſar Agrippinæ matri infenſus, excubias militares & Germanos, prius quidem vt coniugi Principis, mox vt matri, cuſtodes additos deduxit. Batauos eos fuiſſe nemo negauerit, qui vel pauca Veterum Scriptorum in eam rem teſtimonia non oſcitanter inſpexerit. Anno V. C. DCCCXIV. poſt memorabilem illam Britanniæ rebellionem, recuperatamque vnius prælij ſucceſſu prouinciam, inſigni Suetonij Paulini conſtantiâ, ſummâ quartadecimæ legionis virtute, auctæ victrices copiæ; à Cæſare miſſis è Germaniâ duobus legionariorum millibus, octo auxiliorum cohortibus, ac mille equitibus. Has cohortes è Batauis conſtitiſſe, clarum ex multis Taciti locis. Eas bello Neronis digreſſas à quartadecimâ legione, quæ Principi maximè fida, Vindicis ac Galbæ partibus robur & vires auxiſſe, colligo ex * eodem. Quò magis mirum, Galbam rerum potitum diſſoluiſſe Cohortem illam Batauorum, ſeu Germanorum, quæ à Cæſaribus ad cuſtodiam corporis inſtituta erat. niſi id factum ingenitâ auaritiâ, ne Donatiuum præſtaret; an metu à Dolabellâ, in quem inclinare videbantur prono fauore. Eodem anno ea ſunt inſecuta Reipublicæ tempora, quæ ſileri Batauos non ſinerent. Quum enim occiſo

Left margin: *A. CH. LVI. V.C. DCCCIIX.* — *A. CH. LXII. V.C. DCCCXIV* — * *Lib. Hiſt. 1.* — *A. CH. LXIIX V.C. DCCCXX.* — *A. CH. LXIX. V.C. DCCCXXI.*

Right margin notes:

Eam in Inferiore Batauiæ parte fuiſſe, oſtenſum.

QVAE SVB NERONE.

Is Agrippinæ matri infenſus, ſatellites Batauos, cuſtodiæ eiuſdem additos, deducit.

Suetonij Paulini de Britannis victoria.

Cuius copiæ validis Legionariorum acceſſionibus auctæ, miſſo inſuper à Cæſare è Batauis octo cohortium ſupplemento,

Quarum acceſſione poſteà Vindicis ac Galbæ partes firmatæ.

QVAE SVB GALBA.

Qui mox rerũ potitus, Cohortẽ Batauorum, qui Cæſaribus ad cuſtodiã addi ſoliti, diſſoluit;

Quo conſilio, incertum.

QVAE SVB OTHONE AC VITELLIO.

occiſo Galbâ, Otho ac Vitellius paribus vterque votis ac viribus Imperium agitarent; non quieuerunt in hoc concuſſi orbis motu Batauî. Eorum octo Cohortes à Quartadecimâ Legione digreſſas, quæ in Lingonum ciuitate conſederant, adiunxit exercitui ſuo Fabius Valens, conciliatas Vitellianis partibus, propter exemtum periculo Iulium Ciuilem, præpotentem inter ſuos. Quæ copiæ quamuis exiguæ magni momenti locum obtinuerunt. Ita vt qui eorum res geſtas per ciuilia Othonis ac Vitellij bella conſideret, & illius penè æui, & Populi Romani Hiſtoriam diſcat. Quapropter vt inſtituti operis ratio non permittit eas hîc recenſere, ità ſtudioſus Lector petet ex Taciti* libris, in quibus ſparſæ toto opere & innexæ illius ſæculi rebus. Proprius nos tangit Germanicum bellum, quod Ciuili Duce motum propè afflixit rem Romanam. Eius initia, cauſas, progreſſuſque compendio ediſſeram. Iulius Paulus, & Claudius Ciuilis fratres, Regiâ ſtirpe ceteris illuſtriores erant. Paulus falſo rebellionis crimine à Fonteio Capitone circumuentus, & interfectus; Ciuilis oneratus catenis, miſſuſque ad Neronem; & à Galbâ abſolutus; ſub Vitellio rurſus ab exercitu ad ſupplicium flagitatus, ægrè coërcitam iram diu premebat; donec diſtractis Romani Imperij viribus, & diſcordiâ Ducum in audaciam accinctus, arma ſumſit; non apertè,

ne vt

Octo Batauorum cohortes in Vitellianas partes tranſgreſſæ.

Claud. Ciuilis operâ Fabij Valentis periculo exemptus.

Initium Belli Germanici, moti à Batauis Duce Claud. Ciuili.

Iul. Paulus falſo rebellionis crimine damnatus.

Claudij Ciuilis captiuitas ſub Nerone, abſolutio ſub Galbâ.
Eidem iterum capitis periculũ creatum ſub Vitellio.

Vnde cauſſæ irarum in Romanos.

*ſ. Historiarum.

Totum ho[c] Bellum IV. & V. Hiſto[ri]arũ libris copioſiſſimè perſequitur Tacitus. Vi[d.] & Ioſephu[s] ἁλωσ. VII. Tangitur & à Frontino Strateg. li. I[V] cap. III. Item à Ioa[n.] Sarisberien[ſ.] Polycrat. li[b.] V. cap. VIII.

ne vt hoſti obuiam iretur; ſed Veſpaſiani amicitiam prætendens, & Bellum (quod iniuriis ſuis præſtabat) partium ſtudio imputaturus. Placuit in occaſionem dilectûs acerbitas, quem grauiorem reddebat miniſtrorum auaritia, aut libido. Motam ex eâ re inter populares inuidiam accendit Ciuilis interpretando; conuocatoſque in Sacrum Nemus, vbi vino incaluerant, incitat oratione; exorſuſque à laude & gloriâ gentis, edocet cōcuſſam diſcordiis rem Romanam, quo minore metu & paratiore veniâ peccaretur. Tracti ſtatim in conſiliorum ſocietatem Caninefates, duce Brinione, & è Britannicis auxiliis Batauorum cohortes. Ciuilis primùm dolo graſſatus; mox apertâ vi, Aquilium primipilarem, & pòſt Mummium Lupercū ſingulis præliis vincit. Sub idem tempus Batauorum & Caninefatum Cohortes Italiam petituræ; ſed ex itinere reuocatæ Ciuilis literis, ad eum tendunt. Quas tranſitu arcere Herennius Gallus conatus, prælio funditur. Ciuilis Veterani agminis acceſſione auctus; ſed belli molem, & Populi Romani potentiam animo reputans, vniuerſos dare nomina Veſpaſiano, ſacramentumque dicere compellit: miſſis Legatis ad duas Legiones, quæ priore acie pulſæ in Vetera Caſtra confugerant, vt eâdem religione ſeſe obſtringi paterentur. Quæ petitio contumelioſè reiecta, Ciuilem irâ incendit, vt vniuerſam

Dilectus Batauorū, Occaſio rebellādi.

Ciuilis oratione eos exſtimulat,

Et impellit ad arma.

Caninefates quoq. in ſocietatis partem accedunt,

Quibus Dux Brinio.

Ciuilis ſolertia,

Iterata eius de Romanis victoria,

Nouâ Veteranarū Cohortium acceſſione firmatur.

A. CH. LXIX. V. C. DCCCXXI.

Callidè Veſpaſiano iurat.

QVAE SVB VESPASIANO.

Batauorum gentem in arma raperet, adiunctis Bructeris Tencteriſque; & excitâ ad belli proſperè geſti famam Germaniâ. Cum hoc exercitu Caſtra Vetera dum obſidione premit, oppugnatque magno conatu, ſeditio militum Romanorum contrà Hordeonium Flaccum accenſa, ignauiâ Ducis, & defectione Gallorum. Itaque ſumma belli Voculæ permiſſa. Interea Ciuilis ſucceſſu rerum ferocior obſidium Legionum vrgebat. Ibi nocturnum prælium cæco tumultu, & eruptio à Romanis proſperè facta. Hæc ferè in Germaniâ geſta ſub id tempus, quo ad Cremonam Vitelliani bis profligati. Et Montanus, Præfectus cohortis è victis, miſſus ad Ciuilem cum mandatis, vt abſiſteret bello; Legatione non ſolùm irritâ, ſed & ipſis noxiâ, Montano occultè corrupto, & referre iuſſo meliora, ſed falsa. Ciuilis interim, parte copiarum retentâ, Iulium Maximum, & Claudium Victorem, ſororis ſuæ filium, cum Veteranis Cohortibus contrà Voculam mittit: qui improuiſò pene oppreſſus, ſuperueniẽte mox auxiliariâ Vaſconum manu, fortuitò vicit. Pugnatum deinde aliquoties ancipiti euentu. Donec renouata ſeditio in Romanis caſtris contrà Hordeonium, qui & interfectus. Vulgata mox per Gallias Germaniáſque Vitellij mors duplicauit bellum. Nam Ciuilis poſitâ diſſimulatione apertè iam in Populum Romanum ruere. Ad eum Treuiri

Copias contrahit, & auget.

Vetera obſidet, oppugnatque.

Seditio militaris contrà Hordeoniũ. Cuius præfecturæ, ipſo permittente, ſuccedit Vocula.

Ciuilis ad Vetera ſatagit. Prælium nocturnum.

Montanus ad Ciuilem pro pace.

Occultè ab eo corrumpitur.

Ciuilis in Voculam mittit. Quem improuiſò penè opprimunt.

Caſus Romanos adiuuit.

Hordeonius per ſeditionem à ſuis interficitur.

Nuntius de Vitellij morte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

uiri ac Lingones palam deficiunt, nutantibus Gallis. Ipſæ Legiones, Cohorteſque Romanæ parùm fidæ, in Voculæ necem conſpirarunt, adiuuante Claſſico. Eoque flagitij ventum, vt Romanus exercitus Sacramẽtum diceret pro Imperio Galliarum, quod ſecutæ Legiones, quæ in Veteribus diu obſeſſæ. Verùm haud multò poſt Galli deliberant ſuper ſummâ rei, & pluribus ſanioribuſque cum ſeruitute pax placuit. Intereà ſucceſſu rerũ ſocordius agentes (dum non pro magnitudine periculi in commune conſulunt,) victi Treueri; perculſiſque eâ clade, mox tamen iterum animos & arma recipiunt. contrà quos profectus Petilius Cerialis fuſam penè ſuorum aciem mirâ conſtantiâ & felici temeritate reſtituit. Ità cæſis Treueris, defectores plerique ad Romana ſigna rediere. Paulò pòſt acre iterum certamen cum Ciuili & Claſſico exortum; cuius initio ambiguo lætus Romanis finis fuit. Rurſus inde prælia aliquot inter Ciuilem & Cerialem. quæ denique pax (vt ex Taciti narratione, quamuis mutilâ, apparet) conſecuta eſt. Sub Veſpaſiano deinceps, ac Tito, quamuis rara mentio Batauorum, in Romanis tamen auxiliis eos iterum meruiſſe credibile eſt. Sub Domitiano certè ad priſtinã gloriam, (quam ſibi ſæpè eâ in inſulâ pepererant) eniſi Britannicis bellis. Iulius vtique Agricola, in vltimâ illâ celebrique contrà Britannos pugnâ,

Treuirorum ac Lingonum ad Ciuilem defectio.

Vocula Claſſici operâ occiditur.

Romani Gallis iurant.

Eodem in Veteribus obſeſſos adigit Ciuilis.

Gallorum inconſtantia, Ro. iugum præferentium periculoſæ Libertati.

Interea noſtri ſegnius rem gerunt. Treueri vincuntur.

Arma tamen reſumunt.

Petilij Cerialis felix temeritas.

Victores vincuntur.

Rurſus prælia inter Ciuilem, & Cerealem.

Quibus Pacis interuentu finis tandem impoſita.

A.CH.LXX. V.C.DCCCXXII aut ſequentibus.

QVAE SVB DOMITIANO.

Batani Britannicis bellis clari, iam inde ab antiquo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Iul. Agricola virtute Batauorum potiſſimum de Britannis Victoriam adeptus.

pugnâ, cohortatus tres Batauorum, duaſq. Tungrorum Cohortes; vt cominus conſertâ manu rem ad mucrones adducerent; præcipuâ eorum virtute Victoriam ſuis peperit; ac debellatâ Britanniâ impoſuit tot annorum præliis vltimum diem. Sub ſequutis deinde Principibus, Neruâ ac Traiano, longum de Batauis ſilentium apud Scriptores. Sub Hadriano autem Imperatore Equitatum Batauicum ità more militiæ exercitum tradit * Xiphilinus, vt Danubium tranſiret armatus. Cuius rei fidem de milite quodam *Batauo tranſmiſit ad poſteros ipſe Imperator, carminis haud ignoti Elogio. Id quidem ità Barbaros obſtupefecit, vt non modò nihil mouerent hoc imperante, ſed & inteſtinas diſcordias non alio arbitro quàm Hadriano Principe tranſigi paterentur. Exhinc vſque ad Imperium Seueri, nihil de rebus Batauicis, quod ad noſtram memoriam peruenerit, literis conſignatum. A Seuero autem exſtructum Armamentarium, fortè an ſub expeditionis Britãnicæ tempus, ad oſtium Veteris Rheni, indicio ſunt lapides è ruinis extracti, quorum Inſcriptiones videre eſt in Iunij * Batauiâ. Nouíſne meritis obſtrinxerint rem Romanam, & tunc primum Fraterni nominis dignationem acceperint Batauí, in tantâ temporum caligine haud quaquam liquet. Sanè antiquius teſtimonium nullibi exſtat eius rei, quàm in lapidibus

QVAE SVB HADRIANO.

Batauí Equites Danubium cum armis tranant.

A.CH.CXVII. V.C.DCCC-LXIX.

*in Vita Hadriani.

* Sorano, de quo Suidas. Vide Iuniana Batauiæ caput VI.

Spectaculi nouitate obſtupefactis barbaris.

A.CH.CXCII. V. C. DCCCC XLV.

QVAE SVB SEVERO.

Armamentarium à Seuero exſtructũ.

* cap. X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

lapidibus, aut ex Armamentario erutis, aut deſignantibus expeditionem Seueri Britannicam. Eorum vnam Inſcriptionem (quoniam non protrita eſt, & ad hiſtoriam facit) hîc adſcribam. Exſcriptam eam à Carolo Langio è Ludouici Viuis ſchedis, repræſentauit nobis Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, his verbis:

Inſcriptio Vetus.

FORTVNAE AVGVSTI SAC.
PRO SALVTE ITV AC
REDITV DD. NN.
M. AVRELI ANTONINI PII
AVG. ET P. SEPTIMII
GETAE NOBILISS. CAES.
CIV. BATAVI
FRATRES ET AMICI P. R.
V. S. L. M.

Atque hactenus quidem ea pertexuimus, quæ florente Romano Imperio, aut contrà illud, aut pro illo à Batauis geſta. Cæterùm fuit illa Reipublicæ fortuna fatalis, ut contrariis ſtudiis diſtracta traheret ſecum quicquid firmum validumq́ue toto orbe. Hinc tot incognita antè gentium nomina, tot barbarorum incurſiones, dum in motu labantis Imperij aliena mala ſuam putant occaſionem. Itaque velut noui operis initium ducendum ab hac nouâ tot populorum confuſione, quos Romana arma victos ſimul victoreſq́ue per alienas terras diſſiparent. Inter eos haud poſtremi Franci, natio Batauis Friſiiſque contermina: &,

Adi Iunianæ Batauiæ Caput IX.

Franci Batauis Friſiſque contermini.

 dum

Iidem iugis belli materia Romanis.

dum Gallias peruagantur, perpetua belli materia Romanis fuerunt; & antequam Batauiam penitus occupatam ſui iuris facerent, aſſidui præualidique hoſtes infeſtabant has oras. Quapropter ſi eorum initia progreſſuſque paulò altius repetam, non videbor tamen propoſiti mei immemor, quo ſtatui non vltrà attingere externa, niſi quà noſtris cohærent rebus. Quippe externi penè non videntur, qui tam longi temporis vſurpatione facti Bataui: ità vt à Procopio priſca Francorum regio circà Rheni paludes & oſtia delineetur. Neque pœnitenda nobis ea natio, quam tantum

Francorum pietas.

ab humanitate, pietate, & veræ Religionis ſtudio commendant Scriptores. nam militarem virtutem facta ipſorum loquuntur. Hæc de barbaris gentibus prima omnium Batauiæ ſe infudit; ſed & ſecutis ſæculis

Francia Principes prima dedit Batauiæ.

prima Principes dedit: ne non erepta tantùm ſæuitiæ Normannorum, ſed & rediiſſe ad priores Dominos videretur Bataua: cui occultâ vi fati & opportuno remedio, vnde

Haſta Pelias.

primum vulnus, inde in vltimis rebus medicina quæſita. Francorum autem nomen

A.CH.CCL[illegible] V.C.CIↃV[illegible] *Vide Iunij Bat.cap.IX.*

Quando primùm innotuerint.

ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus primum innotuit. Iam tum enim imminente excidio rei Romanæ, ſtruebantur in diuerſa parte terrarum initia cauſæque tantæ ruinæ. Itaque Barbari cùm torrentis

Barbari cuncta torrentis more proſternunt.

moræ cuncta proſternerent, Valerianus Imperator animaduerſo periculo, quod vni-

QVAE SVB VALERIANO; eiuſque

uerſis

uerſis imminebat, Gallienum filium Imperij conſortem fecit. qui Rheni ripam à Germanorum inſultibus ſibi defendendam deſumpſit. Igitur adſidens traiectibus Rheni, fatigandis magis quàm opprimendis hoſtibus intentus eſſe. Sed quum multitudine vinceretur, fœdus cum quodam ex Germanicæ gentis Principibus coactus eſt facere. ſatis exiſtimans ſecuritati proſpectum, ſi cæteros barbaros fluminis tranſitu arceret, aut ingruentes paulatim carpendo profligaret. Haud multò poſt, Valeriano à Perſis capto, ſolus Gallienus rerum potitus eſt. Cuius initia (quod ſatis conſtat) laudatis Imperatoribus conferenda, fædauit ſequutæ vitæ ignauia ac luxus. Tunc Imperium maximè concuſſum eſt, ſocordiâ Principis colliſo inter ſe orbe terrarum. Eò audentius Franci magnâ ſpe in Galliam primò, ac deinde in Hiſpaniam irruperunt; vaſtato direptoque Tarraconenſium oppido. vbi pars eorum nauigia nacti, in Africam penetrarunt. Interea eorum qui ad eum locum quo mare Rhenus influit, hoc eſt, in Batauis conſederant, arma ac ſocietas Poſtumo (Galliæ Præſidi, ac Transrhenani Limitis Duci) auxiliorum non minima pars fuerunt. Hic Poſtumus, adiunctis ſibi (vt diximus) Francis (apud quos idem decennium continuum rerum ſummam obtinuit) Rheni limites dicitur acerrimè muniuiſſe contrà alios Germanos,

[Margin notes:]

filio IMPERII conſorte GALLIENO.

Qui Rheni ripæ præpoſitus,

Fœdus cũ quodam Germanicæ gentis Principe coactus facit.

QVAE SVB GALLIENO IAM PRINCIPE.

A. CH. CCLIII. V. C. CIↃV.

Eius ſocordia.

Frãcorum in Galliam, Hiſpaniam, Africamque irruptiones.

A. CHRIST. CCLXII. V. C. CIↃXIV.

QVAE SVB POSTVMO.

Qui, auxiliaribus ſibi Francis adſcitis, Rheni limites munit.

Vide Trebelliũ Pollionem in vita Poſtumi, Item

Eutropium lib. IX. Zonaram Annal. Tomo. II.

Poſtumus interficitur.

QVAE SVB LOLLIANO.

A. CHRIST. CCLXIIX. V.C. ∞ XX.

nonnulla etiam caſtra ædificaſſe in ſolo Barbarico. Quæ quum, interfecto Poſtumo, ſubitâ Germanorum irruptione direpta & incenſa fuiſſent, à Lolliano ſucceſſore (qui prouinciam ſibi aſſeruerat) cum pleriſque Galliæ ciuitatibus bello vaſtatis, in ſtatum veterem reformata ſunt.

QVAE SVB AVRELIANO.

A. CHRIST. CCLXX. V.C. CIↃXXII.

Franci Galliâ pelluntur, eandem acrius repetituri.

Francos Aurelianus Imperator (qui Claudio Quintilloque ſucceſſit) expuliſſe Galliâ ſcribitur à Victore. Sed ea quies non in longum: & Taciti, Florianique Imperio repetitam mox acriùs ab iiſdem, manifeſtum eſt.

QVAE SVB TACITO & FLORIANO eius fratre.

A. CHRIST. CCLXXV. & CCLXXVI. V.C. ∞ XXVI & ∞ XXII

QVAE SVB PROBO.

A. CHRIST. CCLXXVI. V.C. ∞ XXI & ſequent.

donec exortus Probus, velut ſalutare ſidus, Imperio fluctuanti calamitatem regionis ingentibus expiauit Victoriis, & Galliam omni hoſte purgauit.

Præclaræ eius de Germanis victoriæ.

Ab eo quadringenta hominum millia diuerſis præliis cæſa ſeptuaginta nobiliſſimæ ciuitates receptæ cum omni prædâ, quam hoſtes abſtulerant: reliquiæ cladis vltra Albim remotæ. Tum vrbes & caſtra à Romanis in ſolo barbarico poſita ſunt, collocatis inibi militibus, quibus horrea, agros, domos, aliaque quibus vita ſuſtentatur humana, largiter aſſignarunt. Nec ceſſatum pugnari, donec Reguli nouem ex diuerſis gentibus Transrhenanis ad Imperatoris pedes ſuppliciter ſeſe proſternerent.

Nouem Transrhenanæ gentis Reguli ſupplices facti Imperatori Rom.

quibus obſides, frumentum, ac poſtremò etiam pecudes imperauit. in præſens vſui, in futurum terrori.

Res eius circa Rhenum geſtæ.

Præterea ſedecim Tyronum millia armata tradere coacti ſunt, quos

quos omnes in Cohortes deſcriptos, inſertoſque Limitaneis militibus per diuerſas prouincias ſparſit. Non omittenda hîc bella quæ ab eodem Imperatore ad Rhenum geſta referuntur à Zoſimo: quæ in his locis potiſſimum accidiſſe haud abſimile vero eſt, quum captiuos in Britanniam miſſos idem referat, præſertim tam opportuno traiectu.

Captiui Barbarorũ in Britanniã tranſmiſſi à Probo.

Initio belli grauiſſimâ fame à Romanis laboratum. quâ tandem liberati, eo miraculo, vt fides rerum commento fabulæ adumbrata videatur. Quippe magna vis aquæ cælo miſſa vnâ cum imbre frumentum detulit, cuius acerui ſponte ſtructi multis locis.

Ro. exercitui, fame laboranti, cælitus miſſus imber frumentum detulit.

Obſtupefactis ad rem nouam atque incredibilem omnibus qui aderant, initio quidem, Religione quadam obſtrictis mentibus frumentum attingere non audebant. Verùm tandem, vbi neceſſitas metum vicit, panes ex eo cocti ità ad vſum ipſis ſuffecerunt, vt pulſâ fame alacriores ad belli munia animos adferrent: atque ad extremum virtute ſuâ, atque Imperatoris Fortunâ ſuperiores diſcederent.

Hinc incredibilis animorum alacritas, rei primum nouitate ſtupentium; mox ſaturitas, atque ex ſaturitate Victoria.

Huius prodigioſæ pluuiæ meminit quoque Cedrenus, nullâ tamen aut belli, aut loci, (vbi id accidit) factâ mentione. Cæterùm idem Probus alia acerrima tria prælia commiſit: primum contra Logionas gentem Germanicam, quos ipſe edomuit; alterum contra Francos magnâ gloriâ, per duces ſtrenuos & ſcientes rei militaris,

Res belli geſtæ à Probo contrà Logionas,

Contrà Francos,

taris,

taris, confecit; tertium contra Vandilos Burgundoſque & ipſe exſecutus eſt. In hoc, quoniam ſuorũ paucitate contra magnam vim hoſtium artificio magis quàm viribus decertandum videret, diſtrahere Barbarorum copias, vt non ſuffecturus vniuerſis, aggreſſus eſt. Quâ in re conſilio Principis fortuna non defuit. Quum enim exercitus in vtrâque fluminis orâ conſtitiſſent, Barbaros in aduersâ ripâ caſtra metatos ad pugnam Romani identidem prouocabant. Hac re irritati Barbari, quotquot poterant, traiicere feſtinabant: vbi ſignis collatis, partim cæſi, partim capti. Reliqui, qui in vlteriore ripâ remanſerant, quum pacem eâ lege petiiſſent, vt prædam cum captiuis quos habebant reſtituerent; impetrato quod poſtulauerant, non omnia reddiderunt. Inde Imperatori ira & indignatio. Itaque adortus diſcedentes merito ſupplicio multauit; ipſis trucidatis, & Igillo duce capto. Quotquot autem viuos in poteſtatem redigere potuit, in Britanniam miſit; qui ſedibus eâ in Inſulâ fixis, quoties deinde ſeditio illîc mota, Imperatori vtilem operam præſtiterunt. Circa idem ferè tempus paucorum ex Francis captiuorum memoranda eluxit audacia; qui poſt acceptas à Principe ſedes, defectione factâ, magnam nauium prædatoriarum copiam vſque à Ponti faucibus corripuerunt. quibus Græciæ Aſiæque oram vniuerſam depopulati, Syracu-

Poſtremò contra Vandilos Burgundoſque.

Strategemate vtitur.

Non ſine ſucceſſu.

Victi pacē ab Imp. Ro. pacti, à ſuis conditionibus fugiunt.

Magno ſuo malo.

Superſtites cædi trans mare in Britanniam relegati.

Quorum fidelis opera bono deinceps vſui Romanis aduerſus Inſulares.

Incredibile felicis temeritatis exemplum editum à Francis.

Vide Pan[e]gyricũ Ma[xi]miano Au[g.] dicatum.

Syracuſas, naualibus victoriis inclytas, magnâ clade editâ ceperunt. atque inde pleriſque Lybiæ littoribus non impunè adpulſi; tandemq́ue reiecti à copiis quæ Carthagine veniebant, Gaditani freti anguſtias perruperunt: ac ſine vllo ſuorum detrimento in patriam reuerſi ſunt. Quod hîc, ex collatis in vnum Zoſimi ac Panegyrici Scriptoris locis, referre viſum eſt, vt iam tum maritima huius populi potentia, ac nihil intentatum relinquens audacia cognoſcatur. Interfectus interim à militibus Probus, Francorum ac Saxonum animos auxit, vt proxima quæque prædandi libidine infeſta redderent; ac præcipuè Batauiæ Britanniæque littora. Ad quos coërcendos miſſus à Diocletiano Carauſius quidam humili loco natus, ſed ſtrenuus bello: quam gloriam illi res proſperè in Galliâ geſtæ ſub Herculio addiderant. Hunc Menapiæ Ciuem appellat Victor, & Hibernum fuiſſe coniicit accuratus Britannicæ Antiquitatis veſtigator * Cambdenus. Menapia enim vrbs non in Belgicâ, ſed in Hiberniâ à Ptolemæo ponitur. Non tamen pœnituerit me eorum eſſe ſententiæ, ſi qui Menapiam pro vniuerſâ Menapiorum Ciuitate accipiendam cenſeant. Hic ergò, (quòd conſilio & manu promtus eſſet) parandæ claſſi, ac propulſandis latrociniis præficitur. Verùm ſegnius ſeſe contra hoſtem gerens, quum rapinis potius

Græciæ Aſiæq́ue littora depopulantur.

Syracuſas Metropolim Siciliæ, expugnant.

In Africam hoſtiliter appellunt.

In patriã per Herculei freti anguſtias, cum prædâ incolumes reuertuntur.

Probus interficitur.

A. CHRIST. CCLXXXIII. V.C. ∞XXXV.

QVAE SVB DIOCLETIANO.

De Carauſij nominis Etymo conſulendus Iunius Batauia ſua cap. 23. pag. 388.

Carauſij res proſperè in Galliâ geſtæ.

* *in ſuâ Britanniâ.*

Menapia Hiberniæ.

Quo videlicet Belgicam Armoricam ab incurſionibus Francorum & Saxonum defenſitaret.

Carauſius conſilio pariter ac manu promtus.

Principi ſuſpectus. quàm prælíis intentus, prædam atque omnia bello parta ſibi retineret, * Herculij metu (à quo ſe interfici iuſſum compererat) Eoq. occidi iuſſus. Purpurâ ſumptâ Britanniæ imperiũ inuadit. Britãniam ſumto imperio capeſſiuit. Quâ per ſeptennium fortiſſimè vindicatâ ac retentâ, fraude Allecti ſocij ſui interemtus Quo ſeptennium potitus, ab Allecto ſocio occiditur. eſt, qui & ipſe ereptam Carauſio Inſulam per triennium tenuit. Sed & eum Aſclepiodotus, præfectus Prætorio, oppreſſit: Britannia, decimo quàm defecerat anno, Romanis reſtituta. Britanniamque, poſt decennium ex quo Romanis erepta fuerat, recepit. Paulò diffuſius hanc rem narrat * Matthæus Weſtmonaſterienſis, Anglorum Chronologus: nempe Carauſio contra Romanos in Britanniâ rebellante, miſſum Senatus decreto Allectus contra Carauſium à Senatu miſſus. Allectum, qui quum in Inſulam appuliſſet, pugnâ commiſsâ Carauſium cecîdit; defectionemque Britonum, qui eidem adhæſerant, magnâ & memorabili clade caſtigauit. Eum conſertâ manu & Diademate & vitâ exuit. Ipſe deinde ſumto Regni diademate Inſulam tenuit per triennium, donec Ius Regni in ſe transfert. Qui & ipſe ab Aſclepiodoto, ſuopte exemplo circumuentus, punitur. ab Aſclepiodoto, Cornubiæ Duce, trahente ſecum auxilia Britannorum, dum Londini Diis Patriis ſacrum faceret, improuiſò ad pugnam prouocatus, & mox prælio victus eſt. At Leuius Gallus Allecti collega, collectis Romani exercitus reliquiis quæ in vrbe ſupererant, Aſclepiodoto reſiſtere cupiebat; quod ſi non ſuccederet, ſpem in pedibus poſiturus, direptâ prius Vrbe, vt Panegyricus ad Maximianum Scriptor innuit. Britanni facto agmine mercenariam Leuij Galli verſipelle conſilium. illam

*Maximiani ſcilicet, quem conſortẽ Imperij ſibi legerat Diocletianus.

* Florileg[…] vulgò dict[…] quem plur[…] nec protrit[…] de Carauſ[…] narrantem[…] operæpret[…] fuerit con[…] lere, pag. […] & 123.

A. CHRI[…] CCXCIV.

I. Li[…] lib. I[…] nal.

illam barbarorum manum, quæ ſub Alle- *Memorabilis Frãcorum clades.*
cto merebat, inuadunt. Quibus omnibus
vſque ad internecionem cæſis, torrens iux-
ta quem pugna commiſſa memoriam cla-
dis retinuit, dictus Britannicè Nantgal-
lum, quem Saxones poſteà *Walbroke* ap-
pellarunt. Quæ eo ſtudioſius ex Mathæo
Weſtmonaſterienſi excerpta hîc inſerere
viſum eſt, quòd in eodem prælio Franco-
rum haud exigua manus cæſa, vt Panegy-
riſtes idem (quem dixi) indicat. Qui vnà
cum aliis eiuſdem argumenti Scriptori-
bus in ſequentibus quoque, quæ de Maxi-
miano, Conſtantio, Conſtantinoque nar-
raturi ſumus, ſcribendi materiam magnâ
ex parte nobis ſubminiſtrauit. Quippe ea,
tametſi fortè interpretatione gloriæ in ma- *Quatenus Panegyricis illis fides tribuenda.*
ius accepta, tamen Hiſtoricâ fide ab illis
dicta eſſe, ex Auctorum collatione depre-
henditur. Circa hæc tempora à Batauis tu-
multus in Gallia concitatos, nemo non ſu-
ſpicari poſſit ex Eumenij Oratione: qui *Ba-* *Corrupta in Eumenij Rhetoris ad Conſtantium Oratione lectio.*
tauicâ rebellione obſeſſam Auguſtodunum
refert. vt quidem libri omnes præ ſe fe-
runt, ſed corrupti. Quod * vir doctiſſimus *I. Lipſius ad lib. III. Annal. Taciti.*
iampridem rectè monuit in Corneliano
Commentario, &, *Bagaudicâ*, illîc legendum *A Lipſio integritati ſuæ reſtituta.*
oſtendit. Sanè Batauia id temporis toties
repetitis cladibus afflicta, & ad propulſan-
das iniurias alieno auxilio indigens, non
videatur ſuffeciſſe laceſſendis extra ſolum
ſuum Romanis, quibus fida tunc, & ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

QVAE SVB MAXIMIANO, DIOCLETIANI in IMPERIO Collegâ.

A. CHRIST. CCLXXXIII. V.C. ∞XXXV.

noxia. Turbato interim, qua Imperium patebat, orbe terrarum, Maximianus Cæſar pro collegâ à Diocletiano in curarum partem adſcitus eſt. Hic ſuſceptâ expeditione Batauiam, exactis aut deletis funditus Francis, purgauit: gentemque paludibus ferè, aut ſiluarum fraude graſſantem, ex illis latebris ſuis ad deditionem compulit. Rex ipſe ferociſſimæ nationis, captúſne ſit à Romanis, an ſponte ad petendam pacem cum ſuis venerit, haud affirmauerim, nam vtrumque traditur. Ipſi certè (quod conſtat) cum coniugibus ac liberis ad loca deſerta olim, atque exhauſta latrociniis ſuis, tranſire coacti ſunt, vt quæ antea deprædando vaſtauerant, culta redderent ſeruiendo. Iam peractum cum Francis videbatur bellum; ſed incendit ea res potius quàm fregit feroces animos. Quippe haud multò poſt, nacti anni tempus ad furta belli peridoneum (quũ hyems aſpera atque ſæua Rhenum gelu duraſſet) haud mediocris Francorum populus cum Regibus ſuis Batauiam iterum occupauit. Quos fatali cæli mutatione adiutus Conſtantius Cæſar veteri patientiæ reſtituit; quum laxata ſolutaque repentè glaciei compago reditum intercluſiſſet: neque nauigia ad manum eſſent quæ fugientes exciperent. Temperauit tamen ius crudelitatemque Victoriæ, nec ſæuitiam in debitos exercuit, quos contentus occupatis ſedibus penitus

Is ad deditionem Francos compellit.

Incultos iiſdem agros aſſignat.

Francorũ ferocia.

Batauiam iterato Marte repetunt.

QVAE SVB CONSTANTIO.

A. CH CCCI V.C. ∞LV.

Francis laxata derepente glacie, ſpes reditus hinc ab hoſte, inde à flumine intercluſa.

Conſtantij Cæſaris clementiæ exemplum.

depu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

depuliſſe, in deſertis Galliæ regionibus collocauit: vbi non ſolùm arma, ſed & feritatem armorum obliuione deponerent. Sed nec quies illa ſolida aut diuturna fuit; & vt idem quaſi in ſingulos Imperatores orbis volueretur, Conſtantino adhuc admodum iuueni inter prima imperij ac militiæ rudimenta quæſita gloriæ occaſio. Nam Franci contemtâ eius adoleſcentiâ; & Conſtantij patris armis alibi peregrinantibus, Batauiam rurſus inuaſerant. Verùm ille ſalubri feſtinatione (quando impetum & ſubita belli non abnuebat locorum ſitus) exercitu repentè traiecto, & occaſione captâ inuadendi incurioſos, latè ferro & igne graſſatus, immenſam ſtragem edidit: captiuos etiam plurimos cepit, vnà cum ferociſſimis Regibus, Aſcarico, & Radagiſo. In quos (quum cætera eius laude non careant) vindictam impotenti ac pluſquam Regiâ irâ exercuiſſe fertur: in tantum à laudata Patris lenitate degenerans, vt quibus ille vitam donauerat, hic etiam mortem, quæ quidem vſitata eſſet, inuiderit. Nam & ipſos (præcipua victoriæ pretia) & puberes quotquot in manus venerant, (quorum magnus numerus) affectos vltimis cruciatibus, & famoſo ſupplicio beſtiis obiectos, Panegyrici eius æui Scriptores adulantes extollunt: tanquam crudelitati eius detracturi inuidiam, ſi etiam publico præconio laudaretur. Verùm idem

Batauiam denuò occupant Franci.

Eorum ſtrages.

Francorum Reges beſtiis obiecti.

Vide Nazarium & Eutropium.

aliâ

aliâ in re Batauiæ ipſi conſultum voluit in poſterum, quum conſtratis armatiſque nauibus Rhenum obſtruxit; & omnem illam ripam Oceanum vſque diſpoſito milite, ad prohibendas hoſtium incurſiones, muniuit. Itaque quieta fuit ſub Conſtantino, & ſine motu Batauia; vt colligitur ex ſilentio Scriptorum circa hæc tempora. Nam conflictatam rurſus iiſdẽ malis Conſtantij filij Principatu, clarum eſt: quum Franci, Alamanni, & Saxones (veluti erecto publicè licentiæ vexillo) omnia peruagati hoſtiliter, quadraginta ſitas ad Rhenum vrbes ceperunt: nec vllum in victos immanitatis genus omiſit barbarorum ira ac ferocia. Ad quos compeſcendos Imperator Conſtantius (Euſebiæ vxoris impulſu) Iulianum fratrem patruelem ablegauit. Hic barbaros ad Argentoratum (vbi frequentes conuenerant) magno & memorabili prælio vicit; ſexaginta millibus hominum in ipſo conflictu cæſis, totidemque in flumen demerſis; & capto Chonodomario Rege. Et hæc quidem magnâ cum gloriâ Batauorum, qui in Romano exercitu militabant. In quibus tunc præcipuum momentum Victoriæ fuit, ſi *Ammiano credimus. Ij quippe nutantem iam peditum aciem, propter perruptam ab hoſtibus teſtitudinem, in extremæ neceſſitatis articulo cum regibus ſuis ſuperuenientes, erexerunt confirmaruntque. At Iulianus haud

Naues conſtratæ Rhenum tuentur.

Caſtella Rheno impoſita à Romanis.

QVAE SVB CONSTANTINO MAGNO.

QVAE SVB CONSTANTIO & IVLIANO.

XL. ad Rhenum Vrbes hoſtiliter occupatæ à Francis, &c.

Eorum infinitæ copiæ ad Argentoratum deletæ.

Cuius Victoriæ præcipuũ momentum Batauí, Romanis auxiliares. Quibus tunc quoque Reges ſuos cũ imperio præfuiſſe, vel ex hoc Ammiani loco perſpicuè planum.

Adi Panegyriſtam ad Conſtantinũ.

A. CH. CCCIV. V. C. ∞LVI.

A. CHRIST. CCCXXXVI. V. C. ∞LXXXIX.

A. CHRIST. CCCLVII. V.C. CIↃCI

**Quem vide lib. Hiſtor. XVI. prope ſub finem.*

ſegniter victoriâ vſus, recuperatis vrbibus quas ceperant barbari; receptiſque captiuis, in annonæ curam incubuit: cuius inopiâ cùm & vrbes hæ premerentur, oppreſſæ tot cladibus, & ſuppeditandæ non ſufficerent vicini, haud expertes & ipſi damnorum; nouam quandam rationem ipſis ſubueniendi excogitauit.

Prudens Iuliani Imp. conſilium.

Ad extremos Germaniæ Limites (vbi ſeſe in mare Rhenus exonerat) ex ſiluis flumini adiacentibus cæſâ materie, octingentas naues lembis maiores exſtrui curauit, quæ allatum è Britanniâ frumentum aduerſo Rheno ſubueherent.

Octingentæ naues onerariæ, ſubuehendo è Britanniâ commeatui, in Batauiâ fabricatæ.

Atque itâ & præſenti neceſſitati largo commeatu, & futuræ meſſi ſubuectâ ſemente conſuluit. Ex quibus, à * Zoſimo narratis, cuiuis perſpicuum eſſe poteſt, in hac Batauiâ noſtrâ ad Rheni ripam magnam ſiluarum ſaltuumque frequentiam olim exſtitiſſe.

* Hiſtor. lib. III.

Quæ res ſaltuoſam antiquitus ac nemoroſam fuiſſe arguit regionẽ quam hodie incolimus.

Quod quidem teſtimonium fidei causâ addi poterit iis quæ ab Hadriano Iunio in hanc rem accuratè collecta iampridem in * Batauiæ ſuæ deſcriptione.

* Capite XIII. pag. 173.

Interim Germani (qui ſuperſtites tantæ internecioni erant) memoriâ vulnerum aciem ac tela horrere: & abiectâ locorum vnde expulſi erant ſpe, nihil niſi extrema omnia exſpectare; quum Saxones (barbarorum omnium ferociſſimi) Quados, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. A Francis finitimis, victoris iram metuentibus, tranſitu

Hac omnia à Zoſimo paullo diffuſius referuntur lib. Hiſt. III.

Saxonũ inter Germanos exiſtimatio præcipua.

Qui Quados ad Batauiam occupandam emittunt.

Sed à Francis tranſitu prohibentur.

ſitu prohibiti naues ædificant, quibus per Rhenum amnem præteruecti regionem Francis parentem, in Batauiam exſcenſionem fecerunt. Ea quum Romanis diu paruiſſet, hoc tempore à Saliis (Francorum gente) occupata tenebatur, qui ſuis ſedibus pulſi vi Saxonum, in alienâ terrâ armis ſibi ius fecerant. Verùm Quadi, quum hos ipſos totâ Inſulâ (quam iampridem vſu ſuam fecerant) pellere inſiſterent, Iuliani Cæſaris iram prouocarunt. qui eos acerrimè agreſſus, à Saliis vim omnem hoſtilem abſtineri iuſſit, non prohibito quoquam tranſire in Romanorum fines; quos non vt hoſtes, ſed vt exules petebant. Hac Cæſaris humanitate permoti Salij, clementiam quàm vim experiri Romanorum maluerunt: ac ſponte Cæſari ſupplices facti, ſeſe ſuaque eius fidei permiſerunt. Quadi autem non amplius aperto Marte hoſtem laceſſere, ſed furtim potius ac per latrocinia graſſando, populari ac vaſtare omnia. Quas eorum artes pari dolo Iulianus eluſit. Erat quidam inter Barbaros vaſto ſupra cæteros corpore, ingenti robore armorumque ſcientiâ, Charietto nomine, qui (more gentis) ex prædâ viuere conſuetus, relictâ patriâ ad Celtas, Romano imperio ſubiectos, ſeſe contulerat. Ante aduentum Iuliani aliquamdiu Treuiris commoratus, Tranſalpinarum Vrbium maximâ, quum à Tranſrhenanis Barbaris Vrbes in aduersâ

Quorũ regionem mox nauibus exſtructis præteruectĩ, eiectis Saliis Batauiam tandem occupant.

Quados aggreditur Iulianus.

Salij in fidem Ro. ſe tradunt.

Quadi furtim & per inſidias rem gerunt.

Iuliani Strategema.

Charietto, rapto viuere aſſuetus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

aduersâ ripâ ſitas quotidianis incurſionibus vexari videret; nec illos vaſtandis agris vrendiſque tectis finem facere intelligeret, defendere quidem ab iniuriis oppidanos ſatagebat, ſed ad exſequendos tantos conatus nihil præter ferocem animum adferebat. Itaque (quod vnum potuit) noctu plerumq. ſolus in denſiſſimas ſiluas abditus; vbi ſomno & temulentiâ victi paſſim ſtratis humi corporibus iacerent, capita (vtcunque fors obtuliſſet) Barbaris abſcindebat, quæ poſtridiè in vrbem adlata ciuibus oſtentaret. Hac re ſæpius iteratâ, terror admotus eſt hoſtibus, facilè ex quotidianâ ſuorũ cæde ſentientibus damnum, ſed ignorantibus cauſam. Interim Charietto adauctus iam plurium latronum globo, qui ad illum confluxerant, quum haud pœnitendam manum effeciſſet, Iuliano Cæſari re indicatâ, operam ſuam cõtra latrocinantes Quados obtulit. Cæſar cui haud facile eſſet iuſto cum exercitu nocturnum dolum, & locorum fraude fidentem hoſtem coercere; dum nullo ſatis digno moræ pretio tempus terit, ad eam neceſſitatem redactus eſt, vt non iuſti more belli, ſed latronum quodam globo latrones ſibi perſequendos putaret. Receptus ergo Charietto cum ſuis, & adiunctus è Saliis ferociſſimus quiſque, carpendo paullatim hoſtem nocturnis inſidiis (quum diſpoſitæ interdiu militum ſtationes, vt

Quotidianæ Quadorum graſſaturæ ac latrocinia.

Chariettonis in Quadorum incurſionibus coërcendis ſollertia.

Cuius operâ aduerſus latrocinantes Quados vtitur Iulianus.

Honeſta latrocinij ſpecies ac ratio.

Quadi in ordinem rediguntur.

quemq. obuium excepiſſent, trucidarent) ad eas anguſtias redegit Quados, imminuto quotidianis damnis ſuorum numero, captoque inter alios ipſius Regis filio, vt cum Duce ſuo ad Cæſarem ſupplices pacem oratum venirent.

Atque ad genua Cæſ. ſupplices prouoluti, faciunt deditionem.

Cui quum ſe mæſta turba ad pedes prouoluiſſet; ac tradendorum obſidum neceſſitatem Regis Barbarorum fletus eiulatuſque miſerabilis exciperet (multis cum lacrymis deierantis inter alios & ſibi filium periiſſe) dolorem paternum miſeratus,

Veniam præteritorum ac pacē pacti,

lamentis eum parcere iubet Cæſar, filiumque ei commonſtrat haud plebeio cultu victuque vitam agentem; ſimulque ſignificato, ſe illum obſidis habere loco (præter eum de numero Nobilium aliis quoque obſidibus acceptis) pacem hac conditione dedit, ne vnquam contra Romanos fidem exuerent.

Datis prius obſidibus, adactique ſacramēto, fidos porrò ſe nomini Ro. in perpetuum māſuros.

Quibus ità conſtitutis, & Salios, & nonnullos è Quadis, & Batauorum partem legionibus adſcripſit.

Salij, cum nonnullâ Quadorum ac Batauorum parte, in Ro. Legionum Ordines adſcripti.

Quorum Ordines vſque ad Honorij tempora in exercitu permanſerunt, communi Batauorum nomine, quantum quidem ex Scriptoribus eius æui intelligi datur, appellati.

Lupicinus, armorum Magiſter,

Sub idem ferè tempus Lupicinus, armorum Magiſter, ad cohibendos Scotorum Pictorumque inſultus cum Batauorum auxiliaribus copiis miſſus eſt à Iuliano; qui ipſe eos aggredi verebatur, ne, relictis ſine rectore Galliis, per abſentiam ſuam creſceret animus ferocientibus Barbaris.

Ad cohibēdos Scotorum Pictorumq. inſultus cum auxiliaribus Batanorū copiis mittitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Intercedit, Parthicę expeditionis obtentu, Cõſtantius.

baris. Cæterùm Conſtantius (inuidens Iuliani ſucceſſibus) abſtrahere ab eo auxiliares, quas dixi, copias (Parthicæ expeditionis prætextu) ſatagebat. Quæ nondum in Britanniam tranſgreſſæ, quum iniquiſſimis animis ferrent ſeſe tam procul à genitalibus oris velut longinquum in exilium deportari; ſequi recuſarunt. Atque hinc Iulianum omnes Auguſtum, diſſoni fremitûs clamore, & (more patrio)* ſcuto impoſitum, declararunt. Poſt elapſum biennium (cæſo apud Parthos Iuliano) Iouianus ſummum nactus Imperium, ad exercitus in Pannoniâ Lucillianum generum ſuum cum Procopio & Valentiniano poſteà Imperatore facto ablegauit; vt illos & de Iuliani interitu, & de ſua electione certiores redderet. Verùm Bataui (qui Sirmij ad oppidi præſidium relicti fuerant) incenſi irâ ac dolore, Lucillianum, nullâ Imperatoriæ adfinitatis reuerentiâ (vt inauſpicatum tanti mali nuntium) trucidarunt. Procopium, reſpectu & memoria cognationis quâ Iulianum attingebat, illæſum dimiſerunt. Valentinianus autem, vix fugâ elapſus, imminenti periculo ſe ſubduxit: reſeruatuſque eſt maioribus ac melioribus fatis. Vnde fides & amor Batauorum erga Principes ſuos ſatis clara atque in aperto eſt, quâ iam inde ab antiquo celebrati. Nam & olim in Caij Caligulæ nece auditâ, ſimile exemplum ab iiſdem proditum narrauimus

Nequicquam, Tranſrhenanis Batauiſque Cohortibus Conſtantium in Parthos ſequi recuſantibus.

Iulianus in Galliâ Auguſtus à militibus ſalutatur.

*De hoc ritu Petrus Pitheus conſulendus Aduerſ. Subſ. lib. II. ca. VI.

A. CHRIST. CCCLXII. V.C. ∞CXIV.

Eius mors.

QVAE SVB IOVIANO.

Bataui Lucillianũ, generum Imp. interficiunt, ob nuntiatam Iuliani mortem.

Studium & fides Batauorum erga Principes Ro. multis magniſque experimentis comprobata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rauimus ſuprà. Defuncto deinde poſt ſe-

QVAE SVB VALENTINIANO, ET VALENTE.

A. CHRIST. CCCLXIII. V. C. ∞CX

meſtris Imperij ſpacium Iouiano, Valentinianus ſummũ Rei Romanæ Ius adeptus, Valentem fratrem in pari ſibi faſtigio collocauit. Interea Germanorum pleroſque Iuliani mors (ſub quo variis cladibus attriti) ad nouæ fortunæ cupidinem erexerat; vt rurſus ſublato metu regiones Romano nomini aut ſocias aut ſubditas peruaſtarent. Augebat illis animos anni tempus, horridum gelu, & ad furta belli peridoneum. Erat enim Ianuarius menſis.

Germani, morte Iuliani auditâ, fręnum mordent.

Aduerſus quos Charietto delectas è Romanis atque eorum Sociis copias educit.

Contra hos Charietto (quem eundem eſſe ſuſpicor cum illo de quo ſuprà multa ex Zoſimo memoraui) vtriuſque Germaniæ Comes, adſcito in ſocietatem laboris Seueriano (itidem Comite) lectos exercitatóſque in audaciam milites eduxit. Qui initio ſagittis ac leuioribus telis laceſſere pugnam, ac paruæ rei diſcrimine, ſummæ rerum euentum experiri.

A pugnâ velitari ad manus ventum.

Vbi verò congreſſi vtrimque ſtrictis mucronibus, magnâ mole certatum.

Romani labaſcunt.

Iamque (impetu Barbarorum concuſſis Romanis) eò ventum erat, vt aut viam vincendo facere, aut turpi fugâ ſeſe recipere cogerētur; quum Seuerianus equo deturbatus, ictuſque telo, ſuorum animos conſternauit.

Cadit Seuerianus fortiter præliando.

At Charietto naturâ ferox, vehemens manu, prælium quod elanguerat ſolus accendere, obiectuque corporis, & vocis increpatione retinere cedentes aggreſſus, & ipſe telo confixus interiit. Quo

Idem Chariettonis fatum.

cæſo,

cæſo, Erulorum Batauorumque vexillum direptum: quod ſublatum altius tripudiantes Barbari oſtentabant, ægrè & magno cum periculo tandem receptum. Sub idem tempus aliud bellum à Valentiniano ipſo contra Germanos geſtum narrat * Zoſimus: in quo quum Romani inferiores fuiſſent, Valentinianus cladis acceptæ auctores perquiri iuſſit, vt à quibus fugæ initium factum fuiſſet pernoſceret. Quum (quæſtione peraccuratè inſtitutâ) Legionem Batauorum in culpâ fuiſſe comperiſſet, aſperâ oratione inuectus in Batauos; ſimul, quantum dedecoris eorum ignauiâ adiiſſet nomen Romanum, acerbè deplorans; iuſſit omnes depoſitis armis publicè productos, pretium offerentibus vendi. Quo audito in terram prolapſi omnes, ne tantam ipſis ignominiam imponeret obſecrant. Culpam à ſeſe commiſſam, cui aut morte ſatisfaciendum, aut egregiâ victoriâ eſſet. Daretur modò animis ad contumeliam inexpertis locus obliterandæ ignauiæ, ac dedecoris in gloriam vertendi. Quod quum ille ſe factis potius eorum quàm verbis crediturum diceret, egreſſi extra vallum aptauere ſe pugnæ. Neque miles Imperatorem, neque fortuna fefellit militem. Nam & conſcientia contractæ ſuâ culpâ ignominiæ, & recuperandi decoris ardor, eam illis hoc prælio alacritatem indiderunt, vt de infinitis hoſtium copiis,

* Hiſtor. lib. IV.

Aliud Valentiniani Bellum contra Germanos.

Romani vincũtur.

Acris de fugitoribus habita quæſtio à Principe.

Pœna Batauorum, ob fugæ factum initium.

Quam ſupplices deprecantur.

Et impetrant.

Parati fugæ prioris dedecus factis potius quàm dictis emendare.

Quâ fiduciâ in pugnam egreſſi memorabilem illam de Germanis Victoriam Romano Imp. peperere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

piis, qui prioris pugnæ ſucceſſu feroces occurrerant, pauciſſimi domum incolumes redirent. Hos eſſe puto illos Batauos, quos paullò ante memoraui cum Saliis & parte Quadorum à Iuliano in commilitium adſcitos, ac Legionariorum nomine inſuper cohoneſtatos fuiſſe. Videtur autem hac in re Valentinianus imitatus Iulianum Cæſarem, qui ſexcentos Equites in Bello Germanico (deſertis ordinibus) in veſte muliebri per caſtra diſtrahendos traduxit. Quâ contumeliæ recordatione tantum profecit, vt iterato prælio ſoli propè Victoriæ cauſſa fuerint.

Quod quidem exemplum Valentinianus à Iuliano Cæſare mutuatus videtur.

Eodem tempore Picti & Scoti Britanniam, Franci autem & Saxones Galliarum extima peruaſtabant. Ad quos motus compeſcendos miſſus Theodoſius, vir militaris, & multis bellicis facinoribus inſignis, Herulorum Batauorumque auxiliis ſuffultus, Londinum felici audaciâ hoſtibus eripuit.

Noui Pictorum Scotorumque in Britanniâ: Francorum Saxonumque in Galliis motus.

Quibus primùm in Britanniâ comprimendis miſſus Theodoſius.

Qui Herculorum ac Batauorũ auxiliis ſubnixus Londinum Britannis eripit.

At * Valentinianus Auguſtus, poſt fractos magnâ ex parte Alamannos, edoctus ſuperiorum temporum experimentis, Barbaris vires deeſſe poſſe, voluntatem inuadédi Romanas Prouincias nunquam defuturam; Rhenũ omnem à Rhætorum finibus ad Oceanum vſque magnis molibus communiuit. flumine (qua Galliarum extenditur longitudo) armatis nauigiis; ripâ præſidiis militum firmatâ, diſpoſitis per interualla caſtellis, vnde quotidianæ in Barbaros eruptiones opportunè,

* Vide Mar- cellinũ Hiſt. lib. xxvii & xxx.

Dum ipſe Valentinianus interim Alamannos frangit.

Qui Rhenum omnem, diſpoſitis ad arcendum hoſtem caſtellis præſidiiſque communit.

hoc

hoc eſt, cum minimo Romanorum ac prouincialium detrimento, fieri poſſent; aucto identidem & corroborato haud ſpernendis ſupplementis exercitu, quo videlicet ſuperiorum temporum damna ac noxas, Ducum culpâ contractas, emendaret, ſimul Barbarorum iniurias vlciſceretur.

TROCHAICI.

HVC *quidem vſque* DOVSA *noſter* RES
BATAVAS *texuit:*
Cætera interrupit ordo Fati ineuitabilis.
Iamque nil præter querelas, lachrymas, ſuſpiria
Relliquum nobis tremendi fecit ira Numinis.
Vlla nec tanti offerunt ſe vulneris ſolatia,
Vſquè ſed deſiderI vis auctibus ſurgit nouis,
Et mage indies magiſque gliſcit ægrimonia.
Cùi pares nos eſſe iam non poſſumus diutius.
Ergò quid? præiuit ille, nos ſequemur, tædio
Vitæ ad incitas redacti, quùm DEO *videbitur.*
At iubar quando hoc video? quando Lux venit
mea?
Lux, Salutis nos cupitæ reddituræ compotes.
Portus hic veræ quietis: quid moramur ingredi?
Iam parens auere, Fili DOVSA, *te iubet tuus.*
Ecce me tibi ecce praſto, copulemur dexteras.
Cæteri ô Valete nobis Liberi ſuperſtites,
Fata dum ſinent, Valete, nam nepotes nil moror.

EPITA-

EPITAPHIVM,

ex meris Iämbis.

VTERQVE DOVSA, VTERQVE IANVS HIC CVBAT,
PATERQVE FILIVSQVE: MORTE QVA, ROGAS?
PATER DOLORE, NATVS ASTHMATE, E VIÆ
SIBI LABORE QVOD CREARAT, OCCIDIT.
PRECARI AT IPSE NE GRAVARE MORTVIS
NEGATA VIVO VTRIQVE QVÆ FVIT QVIES.

EPITA-

IANI DOVSÆ NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER PRIMVS.

BREVIARIVM LIBRI.

BATAVICÆ gentis ab armorum tractatione, animorum robore, tùm equeſtris diſciplinæ gloriâ commendatio. Normannorum, quibus Hollandi pariter ac Zelandi appellationum ſuarum originem debent, ingenia ac res geſtæ paulò altius repetitæ. Primæ eorumdem in Gallias ac Britanniam irruptiones. Sollennes gentium migrationes; & velut publica quædam, non ſine occultâ lege Fati, aduerſus Romanos conſpiratio; iteratis in eoſdem expeditionibus teſtata. Hinc res Imperij inclinari cœptæ; ſimul alienatæ Prouinciæ, ſolitis Veteranorum præſidiis deſtitutæ. De variis Septemtrionalium populorum Nomenclaturis quæſitum. Eorumdem miſſu deductæ per vniuerſam ferè Europam militares Coloniæ; non ſine nationum quæ in medio poſitæ, Friſonum cumprimis atque Hollandorum, n nifeſtâ fraude ac noxâ, ne dicam capitum diminutione. Id euidentiſſimis rationibus argumentiſq; commonſtratum. Batauiæ limites coarctati. Compendioſa rerum ab Aquilonaribus populis geſtarum recenſio. Inter auxiliares Engiſti copias etiam Danos meruiſſe, oſtenſum. Curioſa Crantzij in Hiſtoricarum narrationum œconomiâ, & diſcrimine gentium faciundo induſtria laudata. Fulminei Normannorum impetus Caroli Magni demum auctoritate atque armis compreſſi. Ventoſa Godefridi Regis inſolentia & iactatio vſque ad Imperij affectationē prouecta; deq; Friſiis ac noſtris hominibus quæſitæ victoriæ. Eius cæde iuxta ſeditionem ventum, & Paganorum claſſis domum regreſſa. Vnde ab incommodis belli in his locis reſpirari cœptum, interuentu Pacis maximè, quæ

deinceps ſequuta. Chronicorum Municipalium paßim fabuloſitas detecta; ſimul Veritatis Patrocinium Vindiciarum Iure ſuſceptum contra Aretalogos noſtrates: non ſine commiſeratione eorum, qui ſub tam lentis maxillis edunt.

Exordium. A laude gentis.

BATAVI, Cattorum progenies, Populus inter Germanos nobiliſſimus; nec in Societatem Imperij modò, ſicuti * cæteri, ſed & in Fraternitatem nominis aſſumptus: rebus domi ac militiæ geſtis, dum Romana res ſtetit, egregium nomen ſummamq́ue ſibi gloriam parauerunt. Ità vt Principibus ipſis, (quorum MAIESTAS fines ſuos cum Orbis terrarum ſpaciis terminauit) ad corporis cuſtodiam adlecti ob fidem: ob præclara rei militaris facinora grati accepti q́ue: & (ſi quid mouerent) formidini eſſent. Neque id mirandum: quippe qui, ſuper ſolitum bellorum decus, procerâ corporum mole perinde animati, & Equeſtris diſciplinæ arte, & patrio nandi vſu longè cæteras nationes antecellerent. Ità videlicet à pueris aſſuefacti, vt intrepido natatu rapidiſſima fluminum * integris etiam turmis perrumperent. Cui audacis adeò induſtriæ experimento, non ad voluptatem ſpectantium comparata inanis velut ludicri oſtentatio, ſed certa victoriæ fiducia ex inſperatâ hoſtium oppreſſione propoſita erat. Vnde honeſtus Imperatorum fauor; meritæq́ue gloriæ atque honoris præmia ex veræ virtutis æſtima-

Et in armis gloriâ.

Equitandi natandique peritia.

Vſui potius, quàm oſtentationi ſeruiens.

Militiæ decora ex verâ Virtute quæſita.

* *Præter H[…] duos, quos ſ[…] los Gallorū[…] ob fidei co[…] ſtantiā Fr[…] ternitatis n[…] mēcum P[…] Ro. vſurp[…] ſe, auctor[…] Tacitus.*

* *Vide T[…] tum lib. [..] IV.*

æſtimatione citra ambitionem quærebantur. Quæ omnia, quantum ex tam lacunoſis ac paſſim interruptis Vetuſtatis Monumentis erui potuit, à DOVSA Filio ſingulari opere ſuperius tractata, partim idoneis Teſtimoniis ſtabilita, partim argumentis & rationibus defenſa ſatis ſuperq́ue confidimus. Cæterùm quæ à labente Imperio vſque ad hæc tempora aut fecere, aut pertulere Maiores noſtri, tot tamq́. varia ſunt, vt, niſi obſtaret incurioſa ſuperiorum temporum oſcitantia, quamquam ex vnâ eâq́. tam exiguâ gente, liceret perſpicua in omnes partes humanorum caſuum documenta in illuſtri poſita intueri. Ità Fortuna in his modò læta, modò aduerſa, vtraſque vires ſuas domi militiæq́ue oſtendit. Siquidem Quadorum primò Saxonumq́. incurſionibus fatigati, mox Wiltorum Slauorumq́ue rapinis exhauſti, ad poſtremum ab Normannis languidi ac exangues oppreſſi ſunt. Quod genus hominum inquies atque indomitum, cœloq́ue ac ſalo ſuo acrius animatum, quàm cæteræ ſubiectiores Auſtro nationes, exuberante multitudine, quum eos non caperent terræ quæ genuerant, claſſibus comparatis, per omnia Gallici ac Germanici maris littora, quà acceſſus nauigiis patebat, ad nouas ſibi ſedes quærendas, velut quodam furoris æſtu conciti ferebantur. Neque illos procelloſi Oceani vaſtitas ab incepto deterruit: per

Supina noſtratium in Memoriis Rerum, à Principibus geſtarum, conſignandis cõſeruandiſq́ue incuria.

Crebræ ac ſolennes gentium, procul iuxtaq́ue ſitarum, inundationes.

Normannorum latrocinia & graſſaturæ.

Fundi noſtri calamitas.

Migrationis gentium ac claſſium inſtruendarum cauſſæ.

inuia, per incognita verſauit ſe piratica deſperatio. Auaritiæ luxuriæque materia per bella & raptus quærebatur; odium Chriſtiani nominis obtentui erat. Auxerat fiduciam rei gerendæ crudus militaris ætatis feruor; neque deerant incentores, turbatis rebus alacres, & per incerta tutiſſimi; leuiſ-

Inops audacia tuta eſt.

ſimus quiſque Danorum & inopiâ audax, quamcumque mundi partem occupaturus quam venti ac Fortuna demonſtrarent. Sci-

Neque id ſine exemplis maiorum,

licet ne à Maiorum ſuorum inſtitutis migrare, aut à virtute illâ priſtinâ in ſocordiam degeneraſſe poſteri cenſerentur: ità ab iiſdem iam inde à primâ pueritiâ educti edoctique, vt prædatoriæ hoc vitæ genus

Apud quos in ſtudio ac laude militari Piratica.

optimum Iuuentutis exercendæ Tirocinium, iuſtæque & honeſtæ militiæ loco ducerent: extremæ prorſus ignauiæ arbitrati, ſudore acquirere quod ſanguine parari poſſet. Super inſitam ferociam, diu Van-

Septemtrionalium populorum ſpectata virtus, ac res fortiter geſtæ.

dalicis armis exerciti, mox auctâ aduerſus Obotritos gloriâ, ipſorum quoque Saxonum confinia aut fœderibus amplexi aut bello. Verſabantur ante oculos tot gentium ſpolia, tot Regum manubiæ, tot bellorum victoriæ ac Trophæa de * Orientalibus Eſtonibus iam olim, Sembis, Curonibus, Ruſſis, Hunnis, quæſita. Domi tranquilla omnia: nullus ex ſociis vel vici-

** Adi Cra- zij Norw- giam.*

Eorundem in claſſibus moliẽdis alacritas ac promtitudo.

nis metus. Nec arduum naues viris, armis, commeatu inſtruere, cùm vniuerſis tùm ſingulis pariter adnitentibus: detre-

ctante

ctante imperium nemine: præſertim quum Duces ſiue Præfecti claſſibus, auſpiciis Regiis mare ingreſſuri pleroſque ſeruitio ſubiectos, partim obnoxios, alios Fiduciario Clientelæ Iure addictos ſibi, vel auctoratos haberent: patriæ conſuetudinis haud immemores, quâ apud gentes illas Boreales ſollennitus obſeruatũ fuiſſe tradit Crantzius, vt Rege aliquo defuncto Liberi Regij ità inter ſe Regnorum iura partirentur, vt altero per terras rerum potiente, alter mari dominaretur. Quæ Poteſtas haud vllis certis legibus aut limitibus circumſcripta omnibus maritumis populis periculum intendere; ſeu potius vaſtitiem quandam interminari videbatur; iis præſertim, penes quos aurum & opes; præcipuæ bellorum cauſæ. Hinc Inſularum omnium portus tentati, excuſſi ſinus, penetrata maria, inque Gallias & Britanniam vſque tranſmarinorum armorum exauditus clangor. Siquidem ex* Gregorio Turonenſi, non incelebri Rerum Francicarum compoſitore, obſeruaſſe videor, Danorum Regem Chochilaichum, cum non inualidâ popularium ſuorum claſſe Galliarum littora inuectum, exſcenſionem feciſſe in eam Regni partem quæ poſt Clodouei Regis exceſſum Theoderico liberorum eius natu minimo, Mediomatricum, ſiue verius Auſtraſiorum Regi, ſorte ducta obuenerat, æquabili cum fratribus facta Regni partitione: non quidem

Regnorum apud eos ſucceſſio bipartita.

In bello enim iis ferè maximum diſcrimen, quibus victis ſpolia maxima ſunt.

Qui floruit circa annum DL. ſub Rege Childeberto.

Chochilaichi, Danorum Regis, hoſtilis in Auſtraſiæ littus exſcenſio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſedis inibi conſtituendæ, ſed ſpolia ca-
piundi tantùm; incolaſque nihil tale de
ipſis meritos, (odio Chriſtiani nominis)
in ſeruitutem pluſquam barbaricam ab-
ſtrahendi; atque ità in patriam regrediun-
di cum prædâ. Initio quidem læto, ob
pagi cuiuſdam cui vaſtitatem induxerant
direptionem: ſed verò exitu improſpero.
Theodericus enim, audito Ditionis ſuæ
partem externorum incurſionibus vaſtari,
nihil príus habuit quàm Theodebertum
filium illuc ſtatim acceleratis itineribus
(& verò Danicæ graſſaturæ violentia nihil
languidum aut remiſſum patiebatur) cum
valido & copioſo exercitu mittere, ad pri-
mos ipſorum impetus retundendos. Qui
quum ex inopinato ſuperueniſſet, Regem
Chochilaichum otioſè in litore reſiden-
tem offendit, eo animo atque conſilio, vt
dum pars claſſiariorum cum nautis myo-
parones ſuos prædâ ac captiuis onuſtos à
terrâ in altum molirentur, vaſis mox con-
clamatis poſtremus ipſe cum ſuis receptui
ſignum dare; ſeque actuariolâ in tutum,
hoc eſt, in Prætoriam nauim remis veliſq́ue
recipere poſſet. Cæterum ea ſpes fruſtrà
fuit. Ità pariter vndique & terrâ & mari
(quum Francorum etiam claſſis ſubſidio
ſuis miſſa hoſtem à fronte acerrimè vrge-
ret) commeatu intercluſo, Rex improuiſò
oppreſſus, ipſi naualis prælij fortunam au-
ſi, occidione occiſi; recepta cum captiuis
præda,

Inconſultâ prædandi cupidine,

Minus proſperè tentata.

Theodebertus, Theoderici Mediomatricum Regis filius,

Bipartito terrâ mariq́ue exercitu in hoſtem nihil tale exſpectantem properabundus contendit.

Chochilaichi Regis ac Danorum clades.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Vtili ac ſalutari in publicum cũ præſentibus tum poſteris documento.

præda, claſſis in Francorum poteſtatem redacta, poſtremò in prædones, & qui per vim malo publico diteſcere aſſueti, ſalutare exemplum ſtatutum. Vnde Galliarum Regno quies aliquamdiu à Danicis populationibus fuit, magno cum Prouincialium bono: donec altera illa (cuius in Britanniâ ſuâ meminit Cambdenus noſter) à Septentrione incubuit tempeſtas. Quam idem circa annum Salutis DLXX Iuſtino Imperante contigiſſe ex Auctoritate Dudonis (Scriptoris necdum editi) verbis eiuſdem in medium productis oſtendit. In hoc ſolo humanitus deceptus, quòd Danicæ gentis nomen non ante Iuſtiniani tempora Orbi innotuiſſe perſuaſus fuerit; perperam; vti paullò antè demonſtratum. Sed & * Matthæus Weſtmonaſterienſis, Rerum Britannicarum Scriptor, hanc opinionem palam conuellens, narrat, inclinante iam in occaſum Imperio Romano, coniurato in vnius Vrbis exitium vniuerſo propè terrarum Orbe, Brittones per ſe infirmos, ſimul Legionariorum præſidio deſtitutos, opportunos vndequaq. atque expoſitos validiorum iniuriis, & hoſtium pariter & Sociorum incurſionibus patuiſſe: nec Scotorum modò, vel Pictorum è proximo, ſed verò & * Norwegenſium & Dacorum (ſic enim vbique Danos idem Chronologus appellat) tranſmarinæ vexationis vim atque inſolentiam identidem perpeti coactos. Qui populi

Cur adeò lõgam hanc de Danis narrationem inſtituerimus, cauſſas in tẽpore inferius reddituri.

Altera Danorum in Gallias irruptio.

* *Florilegus vulgo dictus, qui claruit circa annum Dominicum 1387.*

Fatalis omnium quaſi gentium aduerſus Ro. Imperiũ conſpiratio.

Quam Prouinciarũ, per Legionum abſentiam ſolitis præſidiis nudatarum, defectiones ſequutæ.

* *Circa annum Salutis 434. qui Imperij Theodoſiani octauus fuit, quindecennio ante Engiſtum in eam Inſulam appulſum.*

Rurſus ingruunt Dani, ſiue Normanni, initâ cum Scotis ac Pictis ſocietate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

populi haud dubiè è Balthico Iſthmo egreſſi, ac ſpe opimioris prædæ illecti, conſociatis viribus (incertum, an acciti) Pictis ſeſe ac Scotis aggregauerant. Hinc deiecto præſidio, cæſis vel diſſipatis propugnatoribus, * vncatarum Lancearum vi, * Muri demolitio ſequuta, quem Romana Legio (quam Ætius ſub Gallione Rauennate Britannis in ſubſidium miſerat) ſubmotis barbaris, quùm ad Galliam tutandam reuocaretur, è ſolido lapide ſecundum Seueri Vallum haud procul Bodotriâ, ab Itunæ æſtuariis vſque ad Tinæ oſtium per tranſuorſum Inſulæ vmbilicum, directâ ab occidente in occaſum lineâ, interpoſitis paſſim Caſtellis turribuſque obiectâ foſsâ communiuerat, ad barbarorum impetus ac latrocinia coërcenda. Quo (vt dixi) diruto, non erat qui ruentibus obſiſteret. Pauor internus occupauerat animos, præſertim quum cogitarent, auxilij à Romanis impetrandi omnem ſpem ſibi in perpetuum præciſam. Quid mirum? intento id præcipuè temporis ad Attilæ motus Ætio, omiſsâ rerum externarum curâ; vt cui vacuum non eſſet, periclitante Imperij ſede, de Brittonum ſalute ſatagere. eâ præſertim tempeſtate, quâ Auguſtiſſimi illi Imperatores vix tutandis Vrbis * ROMAE Pomœriis, nedum Sociis aut Prouincialibus defenſandis pares videbantur. Ideoque Veteranorum præſidia atque exercitus omnes è longinquioribus Prouin-

Murum, contra Pictos militari operâ exſtructum, pariter cum præſidio expugnant diruúntque.

* *Ita Iſid[...] rus; Beda* vncinata t[...] la *appellat, quibus è v[...] lo detract[...]* ruinæ mo[...] præcipitabantur.

* Pictici; [...] *accuratiſſ[...] mè nobis [...] Britanni[...] delineauit Cambden[...] noſter.*

Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Ætij, magni illius Ducis, pro Rom. Imperij incolumitate anxiè excubātis ſolicitudo.

* *Quipp[...] ſemel Al[...] cho duce [...] pugnat[...] Gothis: [...] norio & Theodoſi[...] II. Imp[...]* A.D.41[...]

Legiones è Prouinciis ad Vrbis & Italiç defenſionem domum retro reuocantur.

Prouinciis ad patriæ incolumitatem reuocauerant. parum penſi habere viſi, ſi extrema Imperij dehoneſtarentur. Vnde per abſentiam Legati ac Legionariorum, remoto vindicis Imperij metu, terga occaſioni patefacta, ac reſerati carceres effrenæ Barbarorum libidini atque impotentiæ.

Hinc Prouinciales omnes ac Socij quaſi in prædam dati Barbaris nationibus.

Illud mirandum potius, nullam vel expeditionis huius, vel Societatis Danicæ per ea tempora cum Scotis pariter ac Pictis initæ, apud aliquem mediæ ætatis Chronologorum (qui quidem in meam notitiam peruenerit) mentionem vel tralaticiam ſaltem vſpiam occurrere, præter vnum quem dico Florilegum iſtum Weſtmonaſterienſem. In hoc æſtuum ſalo fluctuabam, quùm nos de magni illius Apollinis (BVCHANANI inquam) Oraculo conſulendo & res & locus admonuit. Conſului, inſpexi. Quid multa? Inueni quod quærebam: de Weſtmonaſterienſi quidem verbum nullum; ſed de Edicti cuiuſdam (& quidem capitis pœnâ ſanciti) per vniuerſam Scotiam promulgatione, quo, poſt funeſtiſſimum illud Eugenij Scotorũ Regis cum Romanis, Britonibus ac Pictis ad Dunum amnem commiſſum prælium; Scotos ad vnum omnes cum vxoribus ac liberis intra certum diem totâ Britanniâ decedere atque emigrare publicitus iuſſos; mox in diuerſa terrarum diſparſos exſulatum abiiſſe, fidem nobis facit relatio * eius quem dico. Dederat hoc

Mirum verò in re adeò atroci Scriptorum eius ſæculi ſilentium.

Vnde ſcrupulus nobis anxiaque ſanè hæſitatio iniecta,

Niſi ſubueniſſet Florilegus, conſultumque in tempore Buchanani noſtri Oraculum.

Proſcriptio capitalis Ro. Edicto ſancita,

Quo Scoti vniuerſi totâ Britanniâ decedere, ac patriam exſilio commutare publicitus iuſſi.

* *Conſule & Marianum Scotum, & Ioh. Maiorē, nec non Polydorum Vergilium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

odioſiſſimis Pictorum querimoniis (quos domeſticæ hinc diſcordiæ, inde perpetuæ cum Scotis vicinis ſuis de Agrorum finibus concertationes vſque ad exitium fatigabant) quotidianis ipſorum conuiciis victus* Legatus Romanus, prædiaque ac fundos belli iure Scotis ereptos Brittonibus & Pictis attribuerat. Sic nouæ Britannorum Coloniæ in poſſeſſionem Agrorum miſſæ, quos Scotorum diſceſſu vacuos capitalis fecerat Proſcriptio. Quorum iam alij ad Aborigines ſuos Hibernos, partim in Hæbudas Inſulas, plærique* Ethodio duce in Scandinauiam, ſiue Cherſoneſum Cimbricam, quò quemque ventorum arbitrio tempeſtas tulerat, diſſipatos, patriâ extorres, procul à Laribus, omni ſpe reditûs (vti videbatur) in perpetuum præciſâ, exſilio ſibi locum circumſpexerant. donec Picti, Regibus antea ac Legibus ſuis regere conſueti, ac tunc primùm in Prouinciæ formam redacti à Victorino (qui Legati nomine Britanniam id temporis adminiſtrabat) noui imperij iugum ac Tributorum acerbitatem pertæſi: odio tandem in miſericordiam verſo, flexiſque ad pœnitentiam popularium animis; ſerâ quidem, ſed tamen ſeriâ ad Ferguſium Eugenij Regis nepotem miſſâ in Scandinauiam Legatione, Scotos ad Patriam armatâ claſſe repetendam, & communem hoſtem communibus viribus debellandum, eiurandum:

Quorum agri Pictis ac Britonibus, & quidem immetatis iugeribus, militari perticâ tributi ac diſpartiti.

Diſparſis interim in diuerſa terrarum Scotis;

Omni ſpe reditûs ac vorſoriæ porrò capiūdę interclusâ.

Neque finem, niſi poſt XL. annorum toleratas exſilij ærumnas, habituris denique.

Eius boni initium ab iis ipſis, quos hoſtes anteà ac diriſſimæ illius Proſcriptionis auctores habuerant.

Mobilitatę ingenij humani, noua amātis ſemper, præſentium faſtidio.

Scoti extorres in patriam reuocantur à Pictis,

* Maxim[...] ſcilicet, [...] poſteà p[...] puram [...] ſit.

* E[...] Regis [...] ctis frat[...]

randúmque in perpetuum Romanum nomen; vltrò per ſecreta colloquia inuitare, ac tantum nō precibus exambire inſtiterunt. Quo nuntio haud alius ſanè optatior, vel in tali fortunâ opportunior venire potuit: ante alios primoribus gentis, & vindictæ cupidine & diuturno apud Arctoos popūlos exſilio efferatis. Igitur nauium, militum, armorū paratu ſtrepere Cherſoneſus Cimbrica. Sed nihil æquè animos incitabat, quàm promta erga hoſpites atque obuia Danorum Regis munificentia, commeatus, ſtipendia, & auxiliorum quantum nouo Principi in Regnum reducendo ſatis foret, Regiâ fide polliciti; prono popularium fauore, ſolam futuræ prædæ magnitudinem ſpectantium, nullâ partium curâ. Atque ità tandem Scoti, quadrageſimo poſt anno quàm patriâ profugerant, accitu eorum per quos antea pulſi, aſſumptâ ſecum infinitâ Danorum ac Noruagiorum multitudine, quos ipſis diuturna in locis illis commoratio, & hoſpitalis menſæ comitas conciliauerat, in patrias ſedes & auitos agros, iure velut poſtliminij ſollennitus reducti ac reſtituti. Ferguſij auſpiciis maximè, quem* auitæ virtutis memoria, tum fortunæ commiſeratio, iam deſiderabilem ac magnum Principem fecerat. Hinc primùm cum Legione Romanâ, quæ paullò ante è Galliâ Brittonibus ſubſidio miſſa fuerat, ad Carrontem amnem

Furtiuâ cū iiſdem tacitâque aduerſus Romanos initâ coniuratione.

O nuntium lætificum ac voluptabilem, in tali præſertim tempore ac rerum ſtatu!

Danorum Regis in auxiliis repræſentandis largitas ac promptitudo.

Scotorum exſulum in publicatos prius agros inque auitas poſſeſſiones reſtitutio.

* *Erat enim Eugenij Regis ex filio nepos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

atrox pugna pugnata, haud procul Seueri Vallo: cui mox, regreſſis ad ſua tutanda Legionariis, à Pictorum ac Scotorum Regibus eorumque auxiliariis vaſtities facta: parte militum trans vallum lembis expoſito, ac cuſtodibus inopinato oppreſſis; vti Buchananus narrat. Atque hoc illud eſt, quod à Weſtmonaſterienſi illo non vanè ſcribitur, Murum à Romanis ac Brittonibus aduerſus Pictorum incurſiones exſtructum Norwegienſes ac Dacos (Pictorum Scotorumque Socios id temporis & fœderatos) coniunctis animis ac viribus demolitos fuiſſe, ac ſolo tenus æquaſſe. In quâ narratione illud quoque inſolens non nemini videri poſſit, quânam ratione Balticæ illius Cherſoneſi incolæ, & aduentitij iſti Hibernicæ originis è Britanniâ Scoti, inter ſe conuenire, & quaſi in vnum corpus coöleſcere tam facilè vel tam ſubitò potuerint; diſſonæ ſermone gentes & moribus; neque vllis anteà neceſſitudinum vel connubiorum vinculis inuicem connexæ; & (quæ ratio maxima eſt) in tanto Religionum diſſidio: quod vel ſolum ſatis cauſæ eſſe poterat, ad aquam & ignem vniuerſæ Scotorum nationi interdicendum; nedum vt ipſos patria extorres, inopes, mutuæ Societatis compotes ad hoſpitalis menſæ Sacra admitterent, vel Regiæ largitatis in auxiliis decernendis, ac iuſtâ claſſe inſtruendâ participes fieri paterentur: quùm Septemtrionales

Scoti & Picti adiunctis ſibi Noruagienſibus ac Danis in Inſulam Romanis præſidiis vacuã impetum faciunt.

Muri illius, de quo paulló ante memorare inſtitueram, Pictici demolitio.

Quæ vincula potiſſimùm gentes adeò inter ſe linguâ ac moribus diſcrepantes deuincire & quaſi conglutinare potuerint:

In tantâ præſertim Paganiſmi veteris cum noſtrâ, hoc eſt, Chriſtianâ Religione controuerſiâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Conſule Alb. Crantzij Prologũ, quem Sueciæ ac Gothorũ Hiſtoriis præmiſit.

trionales illi, nihil præter * Tonantem ſuum, an Martem crepantes, Hermetémque ac Ithyphallum, hoc eſt, merum adhuc Paganiſmum ſpirarent; Scoti contrà Deum Opt. Max. Fidemque Chriſtianam, cui iam anteà * nomen dederant, palam ac ſimpliciter profiterentur. Sed dicendum, Scotos, genus hominum militare, necdum plenè ſatis Chriſtianis Myſteriis initiatos, præſertim ſub cruda illa tunc primùm in Scotiâ herbeſcentis Diuini Verbi incunabula, fatali neceſſitati humanitùs obſequutos, rebus ſeſe præſentibus accommodaſſe, hoc eſt, ad ingenia ac Ritus Paganorum conformaſſe ſe ad tempus, notâ velificandi arte: hoſpitium alioqui apud capitales Religioni noſtræ aduerſarios neque liberale nimis, neque ſatis (vti ego opinor) tutum aut fidum habituros. Quamquam haud ſum neſcius, eſſe qui Bedæ auctoritate moti contendant, hunc primum fuiſſe Scotorum in Britanniam aduentum. quùm anteà per incerta vagantes (vti refert Ammianus) diu Britanniam & condicta Limitibus loca diuexaſſent. Cæterùm ego me huic controuerſiæ neque immiſceo, neque interpono: illud ſolùm ad Danicæ huius expeditionis Scotorum cauſsâ ſuſceptæ ſtabilimentum adſtruere contentus, omnia ea quæ ſuper hâc re ex Matthæo Weſtmonaſterienſi paullò anteà fidei cauſsâ produximus, quamuis in ſpeciem pugnantia, nullo

Id verò factũ ſub Diocletiano Auguſt. regnante apud Scotos Fincormacho Rege XXXV. Vide Buchanani Hiſtoriam Scoticam.

Super eâdem re paullò curioſius anquiſitum.

More fit hoc hominum, his præcipuè temporibus, quibus plæraque ferè omnia quaſi ſub perſonâ geri videmus.

De primo Scotorum in Britanniam appulſu,

Chronologi certãt, & adhuc ſub Iudice Lis eſt,

Nec noſtrum, hos inter tantas componere rixas.

Superiores Buchanani ac Florilegi illius Britanni narrationes, quamuis ſpecie inter ſe diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſentaneas, conciliatu tamen haud difficiles videri.

nullo pænè negotio componi poſſe atque conciliari; ſi modò confuſionem illorum temporum, & communem vndique ab Aquilone erumpentium populorum eluuiem preſſius aliquantò cõſideremus. Quo facto, inueniemus plærumque nos Nomenclaturæ vitio à rectæ Rationis curſu deuiare, atque in errorum inextricabiles Labyrinthos noſmet ipſos induere. Cuius rei potiſſimùm Ætatis mediæ Scriptores culpam ſuſtinent: quibus in tam confuſâ gentium multitudine, in tanto Barbaricorum agminum conflictu, accuratè delectum aliquem inſtituere, aut diſcrimen ſingularum facere, operæ non fuit. Vnde factum, vt eoſdem populos non iiſdem ſemper nominibus inſigniuerint. Verbi cauſâ: Gothos eandem cum Vandalis, qui toties tamen infeſtis inter ſe ſignis concurrerunt, gentem fuiſſe; affirmat Paulus Diaconus. Vnde Burgundiones propagatos, gnarum omnibus; à quibus Gaidelos, id eſt, Scotos, vti ſtirpem, ſic & nomen traxiſſe, Giraldus Cambrenſis eſt auctor; citante Camdeno. Eoſdem (Gothos inquio) alij Getas, nonnulli Iutas, ſunt qui *Gutas indigitant. Quod genus idem * Cambrenſis ille quem dico, à Gratiano & Valentiniano Auguſtis à Scythiæ vſque finibus euocatos, in Aquilonares Britanniæ partes ad Britones infeſtandos nauibus tranſmiſſos nos docet. Etenim hi quùm Inſulam, diſceſſu Maximi (qui

Nomenclaturâ populorum vel indiſtinctè traditâ, vel intellectâ perperam, in fraudem facilè impellimur.

Gothi iidem cum Vandalis.

His Burgundi originem ſuam debẽt,

Etiam Scoti, ex ſententiâ Giraldi Cambrenſis.

Gothi ab extremis Scythiæ finibus Ro. Principum accitu in Britanniam nauibus trãſgreſſi.

*Vide ſuprà.

(qui * ſumptâ purpurâ cum Veteranorum ac delecto Britannicæ Iuuentutis robore in Galliam, Imperij inuadendi gratiâ, traiecerat) vacuam atque exarmatam omnibúſque præſidiis nudatam inueniſſent, *Boreales eiuſdem partes ac Prouincias non modicas, ex prædonibus accolæ facti*, ſuas vſu faciundas *occupauere*. Eos non Gothos, ſed Scotos è Gothis, vel Scythis ortos hariolatur Camdenus. Ego verò ex Scandinauiâ illâ Plinianâ, hoc eſt, Cimbricâ Cherſoneſo prodiiſſe, quouis pignore contendere haud dubitem: cupientiſſimis (vti modò oſtendimus) Romanis in eas ſedes tranſuectos, in quibus Scotici Regni pars aliquandò fierent. Quo exemplo conterranei eorumdem, hoc eſt, Dani ac Norwegienſes (quos Florilegus nominat) poſteà incitati, Fergusij ductu regreſſi in eas oras videntur, vnde per iniuriam eiecti; ac vindictæ memores eò miſeriarum miſerrimos Britones adegerunt, vt Hengiſti ac Saxonum fidem implorare coactis, per eos ipſos qui præſidio eſſe debebant, primùm (Optimatibus per ſummum ſcelus iugulatis) Ciuitates direptæ exciſæque, mox nomen vnà cum Regno ademtum, poſtremò ſeruitus impoſita ſit. Opinioni noſtræ ſtabiliendæ mirificè locus Procopij facit, apud quem Gothis acriter expoſtulantibus, quòd Siciliæ conceſſione Ius ſuum Romanis remiſiſſent, in hanc ferè ſententiam reſpondet Beliſarius.

Hæc poſtrema ipſiſſima propemodum Cambrenſis verba, leuiter modò à nobis interpolata.

Bonam Inſulæ partem, Romanorum diſceſſu militaribus præſidiis vacuam, populabundi inuadunt occupantque.

Camdeni opinio;

Ea refutata.

Sic tamen, vt aſſeueratione nihil quidquã affirmem;

Verißimilem modò rei geſtæ coniecturam candidè profiteri, eamque in medium Lectori proponere contentus.

Opinio noſtra Procopij auctoritate confirmata.

Et nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Siciliæ acceptio inter Romanos & Gothos Britanniæ cõceſſione penſata.

„ *Et nos item Britanniam Gothis habendam permittimus Siciliâ longè fructuoſiorem, Romani Iuris ac ditionis Inſulam, iam inde ab antiquo. Æquum enim eſt, vt qui priores beneficia accepere, pari hoſtimento benefactores ſuos demereantur.*

Vandali ac Burgundi à Probo Aug. in Britanniam ablegati,

Qui agris inibi acceptis mox benefactoribus ſuis par pari referunt hoſtimentum, in Inſulariorum motibus comprimendis.

Addamus huc licet, quod apud * Zoſimum ſcriptum inuenio: videlicet Probum Auguſtum Vandalos & Burgundos prælio abs ſe victos in Britanniam ablegaſſe, qui & ſedes & agros inibi adepti, ſæpe poſteà operam Imperio Romano fortem atque ſtrenuam perhibuerunt: dum animos Inſularium rebus nouandis pronos in fide continent & officio. Neque huic aſſertioni alienum, quòd Genſricum Vandalorum Regem in Britanniam & Scotiam tranſiiſſe ex Irenico cognoſcimus. Poſtremò nobis ex Scotorum Annalibus compertum, Ferguſium illum (quem Borealium, in quibus & Gothi, nationum virtute potiſſimum in Regnum reſtitutum retulimus modò) per cauſſam Danici exſilij odio Romani nominis accenſum, Alarico Gothorum Regi adhæſiſſe, eique in * direptione Vrbis operam ſuam commodaſſe ſedulò: cum Francis deníque aduerſus Gallos depugnaſſe, maiore gloriâ quàm fructu. interim dum populi illi Aquilonares, cœli ſui horrorem ac duritiem referentes, multis ac variis ſimul aduerſus Imperium Romanum ſuſceptis expeditionibus, alij in Gallias, alij in Pannoniam irrumpunt. Quarum adeò potiorem partem

* Lib. Hiſt.

Ferguſius, Rex Scotorum, in direptione Vrbis Romæ Socius atque Auxiliaris Alarico Gothorum Regi.

* Quam D. 414. niſſe nota mus ſuprà

Septemtrionalium populorum complures ſimul eodem tempore contra Imp. Ro. cæptæ expeditiones.

partem ſæculi ferè ſpatio interiecto ante ſupradictam illam ab Rege Chochilaicho improſperè tentatam in Gallias exſcenſionem, contigiſſe, ex annorum computatione haud difficulter deprehendimus. Et verò res Septemtrionalium populorum altius repetere, ipſa nos operis inſtituti ratio, ne dicam pene neceſſitas compulit. primùm, vt hallucinatione nonnullorum detectâ lucem aliquam mediæ ætatis Scriptoribus de noſtro largiremur, deinde vt primis iſtis Normannicæ velut militiæ Tirociniis, (quæ nunc ſpiſſiſſimâ obliuioſæ Vetuſtatis caligine obſepta) ex alto accerſitis, Lectorem præpararemus ad vlteriora quæ deinceps narraturi, admotâ quaſi Logiſtoricâ Face, clarius commodiuſque percipienda. Et quidem eò confidentius, quòd fatales regioni noſtræ Danorum ac Normannorum incurſiones meliorem prioris huius voluminis partem occupaturæ. Neque verò cuiquam ſuperuacanea hæc diſputatio, vel à Patriæ noſtræ rebus aliena cenſeri debet; qui quidem illorum temporum conditionem paullo preſſius exigere ſecum ac conſiderare voluerit. Mihi profectò dubium non eſt, quin quotieſcumque prædatoriæ iſtæ in Gallias, ſiue etiam Britanniam excurſiones factæ, toties eas regiones aliquanto ab ipſorum finibus remotiores non niſi per noſtrum latus petitas fuiſſe. Nam cui obſecro veriſimile fiat,

Cauſſæ, quæ potiſſimum nos impulerint, vt longam adeò ac diffuſam de Danorum ac Normannorum rebus narrationem patriæ Hiſtoriæ intexeremus.

Temporũ illorum conditionem propius inſpici oportere:

Quæ eiuſcemodi fuit, vt Regna longius ab ipſorũ plagis diſſita non niſi per noſtrum latus petita fuiſſe, vero maximè conſentaneum videatur:

Paganos illos rei adeò naualis ſimul ac lo-
corum gnaritate famoſos, à nobis tanquam
ſacris atq. inuiolatis vim hoſtilem ac pro-
fanas manus abſtinuiſſe? in tantâ præſer-
tim portuum ac maritimi ſitûs opportuni-
tate? aut cui perſuaderi poſſit, non niſi in-
frà ſupraque continentis habitatores, ſiue
etiam trans mare poſitos inſulares Cim-
brorum incurſionibus patuiſſe; nos contrà,
vicinorum naufragia, an incendia dicam
neſcio, otioſè & placidè è littore proſpe-
ctantes in his locis Halcedonia agitaſſe?
An idcircò minus iniuriæ opportuni, quo-
niam medio in curſu inter Britanniam Gal-
liamque & illorum genitales terras iace-
mus? Potius crediderim, * Abietinos illos
& piceis in ſyluis eductos homines, è Bal-
tiâ ſuâ equis ligneis per vias cæruleas Fri-
ſiæ ac Batauiæ oſtia inuectos, hîc quaſi in-
teriungere, vel potius ſtabulari ſolitos hanc
parochis ſiue hoſpitibus ſuis pro aduenti-
tiâ mercedis gratiam repoſuiſſe, vt ab ipſis
harpagandi initium facerent. Cæterùm
quùm vtriuſque Friſiæ pomæria, atque ex-
tremus hic Germaniæ angulus profundæ
ipſorum auaritiæ explendæ vix milleſimâ
ex parte ſufficerent, ad vlteriora porrò, vnde
vberioris ſpes prædæ, non ſenſim, neque pe-
detentim, ſed turbinis in morem pernici-
bus velorum alis peruaſiſſe, atque in vni-
uerſum terrarum orbem cædes, incendia,
vaſtitatem inuexiſſe. Sic rupto fædere ge-
neris

Adeò præſertim locorũ gnaris, portuumque ac pelagij ſitus opportunitatem periculo ſuo edoctis anteà haud ſemel.

Haud adeò ſtolidè credula corda mihi.

Probabilior opinio.

Stratioticum in morem.

Pecuniæ ſtudium inexplebile.

Non ignota ſæculo noſtro mala.

* Hoc ... ſermonis ... naculo D... nemans ... gnificat. ... Iunij B... uiam c. ...

neris humani res negotiationis & commercia ſublata; cunctaque maria bello, quaſi vi procellarum vel turbidis tempeſtatibus, ab omni commeatu penitùs intercluſa. Ac primò quidem (id quod initiò operis dicere occœperamus) proximi maris ſpoliis contenti, Vandaliæ ac Saxoniæ littora fuerant depopulati; mox gliſcente audaciâ in Friſiam, Bataviam, Rheniqúe ac Scaldis Inſulas exſcenſiones fecere: & quamvis acriter ſubinde nec ſine magnâ ſuorum clade repulſi reiectique; poſteaquàm reperti ſunt ex indigenis, qui ſe ſuáque armis defendere præoptarunt potius, quàm & prædæ pariter & pænæ eſſe Barbarorum impotentiæ: non tamen illis graſſandi finem facere libuit, donec tandem continuis vexationibus fatigati incolæ in ipſorum nomen ac ditionem conceſsêre, tributo victis ex victorum libidine impoſito. Manſit ſua tamen Friſiorum genti ſarta tecta antiquæ appellationis dignitas: Batauis nomen pariter cum re imminutum, atque in confinem, ſed mediterraneam magis, Sicambrici iuris Inſulam (quæ inter Wahalim & Leccam, vtrumque Rheni elicem poſita iacet) anguſtioribus quàm anteà terminis concluſum & coarctatum. Neque Normannorum hac fine aliena vſurpantium ſtetit Dominatio, hinc Britanniæ extima primùm, inde Galliarum littora claſſibus inquietare, mox vtrobique ſibi

Nemo repentè fuit teterrimus.

Per numeros veniunt iſta gradúſque ſuos.

Reſiſtunt indigenæ, communi iure gentium ſubnixi.

Normanni contra pertendunt.

Hollandia (quemadmodum & Zelandia) Normannorum colonia, in ius pariter ac nomen victricis gentis tranſiit.

Vnde Batauiæ Limites coarctati.

Normannorum indomita regnandi libido,

In Galliæ tandem ac Britanniæ poſſeſſionem erupit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Regni ſedem conſtituere auſa: miſſis in Aquitaniam, Northumbriam, & extremam vſque Scotiam coloniis. Cæterùm hæc poſterius geſta. Medio autem tàm longi æui ſpatio, ante, aut poſt ea quæ ſuperius à nobis explicata, quid rerum geſſerint, aut vbi terrarum peregrinati, ſi quis requirat, is verò ipſemet ſeſe pudendæ nimis in re Hiſtoricâ imperitiæ, vel madidæ certè memoriæ manifeſtum facit. Ipſi vtique omnẽ ignauiæ abs ſe opinionem amoliti, multis ac præclaris militaris audaciæ facinoribus demonſtrarunt, dum quidem in his regionibus verſati, non de nihilo, neque imaginarium ſibi aduerſus brutum pelagus, ſed verò aduerſus homines & rationis & armorum potentes bellum ſuſceptum; neque ridendo Caligulæ militum exemplo pro ſpoliis hoſtilibus vmbilicos atque conchilia, ceu Oceani victores, in galeas collecta lætos ac triumphantes in patriam reportaſſe: notabili ſtultitiæ documento. Eius rei teſtimonio fuerint, Galliarum prouinciæ ſubactæ; Romani Imperij Maieſtate ſubuerſâ Vrbs ipſa capta ac denaſtata; In Italiâ, in Hiſpaniis non vnius Regni poſita fundamenta; In Galliâ Ciſalpinâ Longobardorum Regnum à Vinnulis, ſiue (vti Crantzio placet) à Danis Scaniâ egreſſis conditum, & ſupra C C. annos inuitis Pontificibus & Græcorum Exarchatu poſſeſſum: Pannonia Romanis armorum

deductis vſque in Scotiam coloniis.

Verâ non adumbratâ virtute magni facti.

Caligulæ Ro. Imperatoris ridicula ſtoliditas, ac σκιομαχία.

Compendioſa rerum à Septemtrionalibus populis geſtarum enumeratio.

rum virtute erepta, atque in Victorum ius pariter ac nomen mutatâ veteri appellatione tranſgreſſa. Quæ ſingula diffuſius explicare, non eſt huius operis, à clariſſimis Europæ noſtræ ingeniis literis iam olim conſignata. Neque me mouet, quòd Danorum nationem circa * Ecberti Regis tempora primùm Britanniæ littora infeſtare cœpiſſe, credi ſibi poſtulet Camdenus. quùm mihi dubium non ſit, quin poſt ſuprà memoratâ illam Fergusij in Regnum reductionem, poſt receptos à Pictis agros; reſque Scotorum ac ſuas iam ſemel in Britanniâ ex vtriuſque gentis ſententiâ conſtitutas ac ſtabilitas; alij quoque complures ex Danis, ſiue Normannis, popularium ſuorum exemplo ac ſucceſſu ſtimulati, nihil prius habuerint quàm ex eodem (quod dicitur) muſtaceo laureolam ſibi quærere; atque ex opulentiſſimæ Inſularum ſpoliis diteſcere, eâque ratione apud ſuos & virtutis pariter & potentiæ ſibi parere exiſtimationem. Et quid ſi probem, inter Saxones illos qui Hengiſti & Horſæ ductu in Britanniam tranſuecti, auxilium in perfidiam & crudelitatem mutarunt, Sociis pariter atque hoſtibus ſeruitute impoſitâ, auxiliares etiam Danos numerari, nónne rem factam habiturus? Atqui claſſem illam vniuerſam è tribus Germaniæ nationibus & quidem validiſſimis conflatam fuiſſe, Beda atque illorum temporum Scriptores

*A. C. DCCC.

Docti viri hallucinatio,

In apricum prolata, ſimul probabiliter diſcuſſa.

Inter auxiliares Engiſti copias etiã Dani nomen ſuum profeſſi,

Cæterum ſub Iutarum (quos Iutlandos vulgò hodie indigitamus) perſonâ ac ſchemate occultati.

diſertè nos docent. In his præter Saxones (quos dixi) Angli & Iutæ. Quorum poſtremos Danici generis fuiſſe atque etiamnum eſſe: & * Cherſoneſum illam quæ Cimbrici primùm, dein Saxonici, poſtremò Danici iuris ac ditionis facta, incoluiſſe, inficiari poſſe opinor neminem. Latuerunt igitur tot ſæculis ſub Iutarum vmbrâ ac ſchemate, quaſi ſub perſonâ, occultatæ Danorum copiæ; & patratam in hoſpites ſuos contumeliam, popularibus ſuis intermiſta natio, alieno nomine velauit. Atque hanc eſſe cauſſam certò ſcio, quare Florilegus noſter, poſteaquam eos aliquot annis ante Saxonum in Britanniam aduentum bis in Theatrum produxiſſet, totis deinde ſæculis tribus, & quod excurrit, à Danorum ſiue Norwegienſium mentione penitus abſtineat: neque de alterutrâ natione vllum vlterius verbum, donec poſtremi illi nomen ſuum commutent denique, atque ex Norwegienſibus fiant Normanni. Vides, nominum inuerſio quid faciat: neque enim aliunde læta ac fæcunda illa in Hiſtoriis paſſim propagata errorum ſeges. Nec tamen ita mihi Suffenus ſum, vt in tantâ conuenarum vndique gentium turbâ, atque (vt ita dicam) colluuie, diſcrimen aliquod me facturum profiteri auſim; recenſione illâ ſemel à Crantzio rectè atque ordine inſtitutâ contentus: qui in Chronico ſuo Regnorum Aquilonarium inter

* Cimbricâ, *à primis olim habitatoribus ità appellatam. Vide Crantzij Daniam lib. 1. cap. 1.*

Cauſſa ſilentij de Danis ac Norwegienſibus per tria amplius ſæcula cõtinuati apud Florilegum.

Ex mutatione nominum quæ quantaque proſeminata errorum ſeges.

Crantzij in dilectu gentium Septemtrionaliũ induſtria ac curioſitas.

inter Scandinauios reliquoſque Arctoös populos iampridem omnem hanc litem curioſa ſanè fælicitate compoſuit: & hanc diminuit nobis quotamcumq. laboris partem: primus recentiorum (quod ſciam) ex Wittikindi, Helmoldi & ſimilium Scriptorum ſentẽtia, Normannos à Danis, à Sueonibus Gothos, ab Hunnis Vandalos, Oſtrogothos rurſum à Viſigothis, ſummo iudicio ac dilectu, ratione temporum obſeruatâ, ſubtiliſſimè diſtinguere aggreſſus, non ſine leui Galliæ Britanniæque Chronologorum punctiunculâ, qui omnes eas nationes communi Normannorum, hoc eſt, virorum Borealium appellatione confuſè ac promiſcuè indigitare conſueti. * Magnus certè apud me Albertus ille, induſtriæque ac fidei præclarus imprimis, niſi quà * Saxonis illius, non indiſerti quidem, quantum potuit in tali æuo, ſed verò nimium fabuloſi Scriptoris, ſequitur Auctoritatem. Illic exorbitauit, fateor, & neglexit (quæ ſola ac mera Hiſtorici corporis anima eſt) Veritatem. Cætera nec candorem in eo, nec circumſpectionem deſideres. Verborum cultus ac lenocinia abſunt; anxieque quæſitus ille Romanæ elocutionis nitor. Scires ipſum plus in materiæ conſtructione, quàm in ſtili concinnitate, aut ſermonis apparatu ſtudij poſuiſſe, ſine fuco & fallaciâ, more maiorum: nec de ſingulis periodis, vel dictionibus Senatu in Conci-

** Ad alterius illius, qui Ratiſponenſis Epiſcopus fuit, Alberti cognomentũ alluſio.*

** Vixit enim ante annos* CCCXC. *cuius* XVI. *Hiſtoriæ Danorum Libri denuò nuper in Germania typis recuſi.*

Elogium de eo, & iudicium.

Saxonis Grammatici, feſtiuiſſimi alioqui Scriptoris, fabuloſitas notata.

In Crantzio rerum ordo ac ſtructura potius, quàm verborum phaleræ aut floſculi conſiderandi.

Concilium aduocando, rerum quas inſtituerat occaſiones corrupiſſe. Atque id ruditati potius* ſæculi eius quo vixit, quàm impolitiæ ipſius imputandum. Quare contenti ſimus hoc Catone, triti illius dicti memores: *Nihil ab omni parte beatum*: Et: **Homines nos eſſe, non Deos*. Ad Danos vt redeam; in quibus & Iutas nomen ſuum profeſſos, docuimus ſupra; protulerat gens illa Piratici Regni pomœria non modò in Friſiæ continentem, Rheniq́ue ac Scaldis Inſulas, ſed & trans mare, in penitiſſimam vſque Britanniam: inter ſeruitutis inſtrumenta habens & * Reges, cum Saxonibus anteà plerumque diſcordare, ac non niſi ferro decidere ſolita: ſed tunc vtramque nationem & communis † Mercurius, & mutuus animorum conſenſus, cum morum ſimilitudine, tum pactione prædæ ex æquo diuidundæ inuicem conſociauerat. Iam & nos (id quod anteà dictum) tot gentibus in vnum conglobatis impares, iugum trahebamus: iam Galliarum marituma in armis, potiorq́ue Britanniæ pars in obſequio, vel metu. nec freta vlla, aut ſinus intentati, quò non perrumperet aut penetraret profunda illa imperij & diuitiarum cupido. nec quidquam tam ſacrum aut profanum, præter candentis ferri maſſas, quo manus abſtinerent. donec exortus eſt Auguſtiſſimus ille ac verè MAGNVS Imperator Carolus: ille inquam Piratarum Scopulus, ad

quem

Crantziani ſæculi natiua atque inaffectata ſimplicitas.

Maritumi imperij Limites lõgiſſimè ac latiſſimè à Normannis prolati.

Saxones ab iiſdem ex hoſtibus in amicitiam ac Fœderis ſocietatem recepti.

Fulminei Normãnorum impetus ac violentiæ exempla.

Caroli Magni Auctoritate demum coercita ac repreſſa.

* Floruit enim ante annos LXX

* Sententi Petroniana

* Ac nomi tim Vortig num, Bri num Reg Eum na illi, cõtra cus Regi arbitrat vorſarun captumq́ palo allig imperat cerecoëg mortẽ p intermi niſi prae as Regn uitates ipſorum nus diri das par atq. in mandas guaret transſcri ret. Qu conceſſio Vortiger vitam dem ill dimere pulſus, & ſuos tina ſer tis comp effecit.

† Inter pua Nu Pagani colitus ad Par alluſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

quem & roſtra Normannorum nauibus conuulſa, proræ illiſæ, confracta gubernacula, antennæ diſiectæ, carinæ conquaſſatæ, cum armamentis omnibus. Ille exitio humani generis diſperſam toto mari peſtem ſemel & in futurum amoliri cupiens, id hâc potiſſimum ratione eſt aſſequutus. Per omnes maritumos Galliarum atque Inferioris Germaniæ portus, nec non fluuiorum qui Septemtrionalem Oceanum influunt oſtia ſiue fauces, ſtationes militum per interualla diſponi imperauit, qui noctes dieſque continenter præſto in ſpeculis, in præſidiis forent, excubias agitarent, prorſus operam darent denique, ne quid res Imperij in commune, neu priuatim aliquis Prouincialium vel Sociorum noxæ quidpiam aut detrimenti acciperet. Molitus eſt & claſſem contra Normannos, Liburnicis in eum vſum fabricatis, quò vectorias, ſiue onerarias ab omni prædatorum iniuriâ ſartas tectas in tutum deducerent; ſimul fluminum fauces atque aditus cuſtodirent. Quæ res initium magnæ ac diutinæ tranquillitatis fuit. niſi quòd in noſtris nobiſque contiguis regionibus damni nonnihil ſubinde ex interuallo acceptum. Sed hoc vtcumque tolerabile: niſi Normannorum Rex Godefridus ſuperiorum temporum clades atque incommoda nouâ etiam ac grauiore inflictâ plagâ cumulaſſet. qui non contentus

Terrâ pariter ac mari militarem in modum præſidiis per interualla diſpoſitis.

Claſſe inſuper in eum vſum comparatâ.

Vide Eginhartū in vitâ Caroli Magni, oculatū rerum quas conſcripſit teſtem, ipſiuſq; Imperatoris alumnum ac Scribam.

Magno Imperij totius ac prouinciarum bono.

Neque ſic tamen à piraticæ vexationis incōmodis immunis prorſus indemniſque ora Friſiæ, vel Batauiæ noſtræ.

Et grauior mox plaga ab Godefri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

do Normannorum Rege in his locis accepta.

Eius proſperi bellorum ſucceſſus ac victoriæ.

Norbalbingos, Obotritos, cæteraſque Slauorum gentes virtute belli ſubiugaſſe; cum ducentarum nauium claſſe in Friſiæ continentem, vaſtatis circum omnibus Inſulis, ſub extrema Caroli adhuc * imperantis tempora, hoſtiliter exſcenſionem fecerat: tertiumque cum indigenis prælio congreſſus, tributo tandem victis impoſito, centenas argenti pondo libras à Friſiis in ſolutum acceperat. Quo ſucceſſu rerum inſolentior factus, ac Germaniæ totius Imperium ſpe vorare auſus; rectà ſe Aquiſgranum ducturum minabatur, ipſumque Imperatorem in Regiâ ſuâ imparatum oppreſſurum. Et ſanè Godefrido, cupidine victoriæ, haud ſatis animus moderatus fuit, quæ res magnos plærumque Duces peſſum dedit. Igitur ea victoriâ ex libidine ſuâ vſi Normanni, complures vtriuſque Friſiæ atque huius regionis incolas ferro aut fugâ exſtinxerant. Cæterùm plenæ illæ gloriarum minæ, ingenteſque aduerſus Saxonum domitorem apparatus citò in ludibriũ verſi; tumultuantibus (vti fieri amat) inter ſe Danis: ac claſſe quæ Friſiam hactenus vexauerat ſubitò domum regreſſâ; per cauſſam necis Godefrido Regi illatæ, perfidiâ cuiuſdam † Satellitis ſui, ſiue (vti * aliis placet) filij, matris offenſas manu vindicantis; quâ repudiatâ Rex ille nouis nuptiis vacuam domum fecerat: in medio rerum ſupra vota fluentium curſu, ſic quaſi de cœlo

Germaniæ Imperio inhiat, votis ac minaciis debellaturus Imperatorem Carolum.

Normanni victoriâ inclementer vſi.

Heu, nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis!

Topper fortunæ commutantur hominibus.

* A.C. DCCC

† Prò Cli[...] Fiduciari[...] Sic Ditm[...] rus Died[...] cum Hol[...] dia; Sige[...] tus Lam[...] tum Lou[...] Comitem[...] hunc Bal[...] ni Fland[...] Comitis[...] Adelbol[...] Vltraiect[...] Antiſtit[...] Satellit[...] appellam[...] vtrumq[...] iiſdem [...] Patroni[...] beneficia[...] Clientel[...] re Addi[...] volentes[...] gnificare[...]

* In qui[...] Conrard[...] Vrſperg[...] item St[...] ſis Abb[...]

cœlo tactus: Deo videlicet (vti iuſtum Iudicem decebat) de tot Chriſtianorum inſontium ſuppliciis ac cædibus meritas per tempus pœnas exigente. Interuallum deinde aliquamdiu Danicis populationibus fuit, Pacis cauſâ maximè, quæ inter Imperatorem & Godefridi Regis ſucceſſorem Hemmingum interpoſito vtrimque Sacramento ſollennitus confirmata. câ lege, vt in futurum inter Francos ac Danos vtriuſque Regni confinia deinceps Egdora fluuius diſterminaret. Atque ita bello Danico, quod nouiſſimum Caroli bellorum fuit, optatus finis impoſitus. Medio autem tempore quid rerum vel domi, vel etiam trans mare aduerſus Angloſaxones à Normannis patratum fuerit, ſcire qui volet, vel ex immenſo illo Crantzianæ Hiſtoriæ Oceano, vel ex limatiſſimâ Camdeni noſtri Britanniâ petat licebit. Nos verò digitum ad fontes intendiſſe contenti, aliena deinceps, quatenus rebus noſtratium connexa non ſunt, vel intacta relinquemus, vel leuiter libata modò curſim, ſeu potius ſaltuatim tranſibimus. Ideóque nec in Friſonum geſtis recenſendis Lectoris otio abutemur; ſuperuacuum exiſtimantes ea iterare quæ ab Vbone Emmio, legitimo Friſiæ ſuæ Hiſtorico, fideliſſimè perſcripta. Cuius ea in Patriæ ſuæ Antiquitatibus inueſtigandis curioſitas, ea religio fuit, vt (meo quidem animo) parum,

Iuſtum Dei Vindicis iudicium.

Pax inter Imperatorem & Danos.

Egdora flu. Regnorum Francici ac Danici Limitis diſcriminator.

Quid Hiſtoriæ noſtræ propoſitũ.

De Vbone Emmio, Rerum Friſicarum compoſitore, Elogium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſeu potius nihil, aliorum induſtriæ reli-
quum feciſſe videatur. Nullum etiam de
commentitiis illis (Batone puta, Heſſo, Le-
mo, Dibbaldo, Aurindulio) Friſiæ aut Ba-
tauiæ Regibus verbum facturi. Quos vn-
quam in rerum naturâ fuiſſe, nunquam
probaturi illi, quos iſtiuſmodi Fabularum
portenta (iampridem cum Auctoribus ſuis
exſibilata, ne dicam furcillis eiecta) in pro-
ſcenium denuò producere non puduit. At-
qui ego in tantâ impune quiduis publi-
candi licentiâ lubens equidem conniuere
vellem, ſi tamen diſſimulationi eſſet locus:
puta ſi vel exoticos, vel domeſticos ſal-
tem vetuſtioris notæ Chronologos vani-
loquentiæ ſuæ Teſtes, ſeu potius Aucto-
res haberent; ſi in rebus noſtratibus anti-
quam Chirographorum Annalium fidem
ſequerentur. Nunc verò repudiatâ Archi-
uorum Municipalium ac Veterum Moni-
mentorum (palam Auctoritatem defugien-
tium) ſimplicitate; inſulſiſſimis aut huius
aut ſuperioris Sæculi Figmentis, ne dicam
ſomniis, fidem aſſenſumque publicitus
commodari, ecquis mortalium eſt qui
æquo animo tolerare aut poſſit aut debeat?
Etenim hoc verè & pro comperto aſſeuera-
re poſſum, omnia illa quæ ad hoc exem-
plum vulgi hodie ſermonibus celebran-
tur, à nuperis ac nouitiis Aretalogis proa-
uorum noſtrorum temporibus impuden-
tiſſimè conficta atque architectata fuiſſe:

Aliorũ noſtratium ſollẽnia inſanientium figmenta, ſiue (vt verius dicam) ſomnia non moramur;

Iampridem vnà cum architectonibus ſuis frequente Theatro à cordatioribus exploſa, Diis hominibuſq. applaudentibus.

Conniuentiæ, vel diſſimulationi vlterius locum non eſſe.

Vetuſtatis fides in Hiſtoriâ potiſſimũ ſequenda.

Nec ſine auctoritate Veritas aſtruenda.

Contra receptum Idiotiſmo noſtro morem;

Cui pro Veritate Fabuloſitas in ſtudio.

Non illa quidem archaica, ſed verò nupera prorſus ac nouitia:

primùm Vetuſtatis inſcitiâ, mox libidine aſſentandi, atque in gratiam paucorum Nobilium, qui non ſatis Illuſtres fore videbantur, niſi à Midis & Falconibus, per fabuloſas vmbraticorum Stemmatum Imagines, generis ſui primordia auſpicarentur. non ſine ridiculo Idiotiſmi noſtri plauſu, & approbatione eorum, quibus cum pretio mentiri, priuatim non inutile, Reipublicæ parum vel nihil intereſſe exiſtimatur. plæriſque Originum noſtrarum ignoratione, vera eſſe perſuaſis, quæ Reinerum, vel Gerbrandum Auctorem; Tragoram porrò ſuffragatorem inueniſſent. Qui ſi me vanitudinis conuincere poſtulet, exhibeat Commentarios ſuos, vnde hæc tam fœcunda Genealogiarum ſeges depromta. Tollam manum, vltroque ac lubens omnia ea quæ vel dixi vel ſcripſi, recantabo; ſi modò ex decumanâ illa Librorum ſtrue aliquem nobis commonſtrare poſſit, qui vel ante CCC vel vt minimum CC annos calamo exaratus, Vetuſtatis fidem ſit impleturus. Equidem non ignoro, ſi mihi reſpondere velit, verba ipſi non defutura, ſed verba tantum. quæ vtinam gratuitò dare contentus, Reipublicæ noſtræ venditare ſuperſederet: dum inane ſibi, Patriæ autem pudendum, Hiſtorici nomen circumdat; nullis literarum præſidiis fultus, ſed ſolius impudentiæ fiduciâ: quam imperitiſſimus quiſque pro munimento habere conſueuit.

Cui vetuſtatis ignorantia, ſimul adulandi cacoëthes turpilucrificam facem præluxere.

Reinero ac Gerbrãdo auctoribus, Tragorâ ſubſcriptore.

Ad publicam Veterum Monimentorum conſcientiam Prouocatio.

Queîs maxima rerum verborumq́ue fides.

Quæ quidem poſtrema venalia hoc genus in propatulo habere, & quaſi per Encænia ambitioſè circumferre conſueti;

Et quidem impenſo pretio;

Arrogantiã ſuam, an impudentiam vulgo pro ſapientiâ venditantes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Stemmate ab vno de reliquis (mi Lector) coniecturam facere potes.

Et quid porrò iſte non audeat, quem vſque eo prouectum vecordiæ videmus, vt inclytam Waſſenariorum gentem ad principem illum Cantiani in Britanniâ Regni conditorem (Hengiſtum dico) continuatâ per Giganteæ magnitudinis matres propagine, trahere ac referre non dubitauerit? In quo illud longè feſtiuiſſimum, quòd idem de Philyris neſcio quibus in Galliâ repertis, quæ * Auriti Regis memoriam repræſentabant, ex oculatæ fidei relatu, locuples ſanè Auctor, an Teſtis aſſeuerat. Vt alia interim multò his putidiora præterfluere ſinam, quæ in medium proferrem niſi in hoc cœno volutari diutius puderet pigeretque. Sed de me facile eſt: Patriæ infœlicis vicem miſeror ac doleo, cui præter meritum tam pudendæ ignominiæ nota imprimitur: & quidem ab iis, qui ſpecie Veri graſſantes, Veritatem ipſam euerſum eunt ac proculcatum. Quorum effræne os niſi durioribus lupatis comprimatur, quid reliquum eſt, niſi vt (inuito me hoc prædicente) ILICET ad tubicines mittamus; vtque de Epicedio parando cogitemus, HISTORIAE PATRIAE cui IVNIVS immortuus ſupremum Funus facturi?

* Coninck Eſeloor.

Auriculas aſini Rex habet, an Tragoras?

Non ſine fraude, immo dehoneſtamento publico.

Exequias Aletheiæ, quibus commodum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE NORDOVICIS,

HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER SECVNDVS.

BREVIARIVM LIBRI.

HEIMINGI *Regis obitus. Hinc de Succedaneâ Regni poſſeſſione nata controuerſia. Quæ ferro demùm ac mutuis Regum cædibus tranſigitur. Pacis inter Ludouicum Aug. ac Danorum Reges fœdus renouatum. Interim apud nos Halcedonia. Harioldus ab Godefridi Regis liberis Regno pulſus Imperatori fit ſupplex. Cuius Auguſtis Auſpicis idem Chriſto dat nomen, denuóque in Regnum reſtituitur. Religionis noſtræ, hoc eſt, Chriſtianæ per Daniam Noruagiamq́; propagatio. Nouarum ex Saxonibus Tranſalbianis Coloniarum in his regionibus deductio. Quorum Aboriginum memoriam, certè nominis Saxonici veſtigia, apud nos etiamnum Saxheimum Municipium tuetur. Quidnam vernaculâ voce* Heim, *(vnde &* Heimradiorum *noſtratium interpretatio petenda) Maiorum noſtrorum Idiotiſmus denotauerit; contrà receptam ac præiudicatam huius ſeculi hominibus opinionem. Communi Auſtraſiæ, ſiue Franciæ Orientalis appellatione Hollandiam quoque noſtram ac Friſiam antiquitus comprehenſam fuiſſe. Saxonibus in Belgium iam olim à Carolo Magno traductis, & quaſi relegatis, Poſtliminij Ius reſtitutum; hoc eſt, in patriam remigrandi, Teſtandiq́; ac Legata in vicem capiundi libera poteſtas facta ab Ludouico Caroli ſucceſſore. Cuius gratiæ ac lenitatis fructus etiam ad Friſios pertinuit. Quo ventoſa eius gentis, neſcio quâ Auguſtæ Largitionis Prærogatiuâ ſeſe venditantis, gloriatio euidentiſſimè detegitur conuellitúrque. Friſiæ Regum quos Titulo Regio Sceptríque ac Diadematis Inſignibus nudauerat Crantzius, in ſolium ſuum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſuum ac dignitatem priſtinam reſtitutio. Proſperi Rabbodi Regis ſucceſſus, déque ipſo Martello parta victoria. Infandæ eiuſdem in omne Chriſtianum nomen contumeliæ, ac plus quàm Paganica impietas Deo tandem vindice punitæ. De Amiſtrachiâ & Auſtrachiâ Friſiæ quondam Inſulis, deq. Burdone fluuio quædam non protrita. Quantum regionis illius agro detrimenti ac calamitatis crebræ illæ & plùs quàm decumanæ aquarum eluuiones attulerint: quanta denique Patriæ noſtræ per tot tantáſque fluuiorum reſtagnantium ac furentis Oceani exundationes diminutio ac vaſtities facta, demonſtratum. Rerum à Martello geſtarum recenſio. Ludouici Pij in tranquillando Regni ſtatu, ac prædatorum latrociniis coercendis vigilantia. Normannorum violentæ in Britanniam irruptiones. Eorumdem victoriæ ac clades.

PACE igitur inter Imperatorem ac Danorum Regem conſtitutâ, à Piratico quæſtu per annos aliquot ceſſatum; manente intra pactionis leges Heimingo. qui breui & inglorio dominatu potitus, Regnum deceſſu ſuo vacuum ferro partiendum ſucceſſoribus tranſmiſit. Duo Regiæ hæreditatis competitores erant, Sigifridus & Amilo; quorum vterque Ius Regni ad ſe vi, ambitu, factionibus trahere nitebatur. Quæ res Normannos in magno ac propè internecino bello inter ſe habuit, concurſúmque vtrimq. tantâ animorum peruicaciâ, vt plus minus XI Danorum millia vno prælio cecidiſſe memorentur à Sigeberto: Regeſque ambo & ſpe Regni pariter & vitâ exuti, victoria tamen Amilonis ducibus ceſſit. Quorum voluntati pars victa, neceſſitate

Controuerſa inter Heimingi ſucceſſores Regni partitio.

Ferro tandem & armis deciditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ceſſitate potius armorum, quàm libero animorum conſenſu acquieſcens, in * Harialdum & Raginfridum, (ſupradicti Regis fratres) communem Regni Titulum tranſtulere. Quos exemplo † Hemmingi, poſt Caroli Magni deceſſum, ſollenni ad Ludouicum Imperij ſucceſſorem directâ Legatione deſideratæ Pacis compotes factos; ſimul recepto fratre qui Imperatori obſes datus fuerat; noui ſtatim bellorum turbines excepere: auctoribus Godefridi Regis filiis, qui ad * paternum Regnum repetendum in Harialdum & Raginfridum iniuſtiſſimos (vti ipſi prædicabant) alieni Sceptri interuorſores, animis longo apud Sueonas exſilio efferatis conciti ferebantur. prono popularium fauore, partim priuatas ſpes agitantium, partim odio præſentium (vti vulgus ſolet) nullâ Reipublicæ curâ. Principum tamen iniuriæ obtendebantur, quas apud mobiliſſimum quemque impenſè auxerat deſiderium Regis Godefridi, per memoriam virtutis. Itàenim ferè naturâ comparatum, vt poſtquam eſſe deſiit, cui inuidere poſſimus, odio repente in fauorem mutato, adſcitis etiam præconiis in maius celebremus, præſentium faſtidioſi. Vnde quotidiano multitudinis concurſu immenſum auctis partium copiis, Godefridi liberi in certiſſimam victoriæ ſpem adducti, nihil prius habuerunt, quàm de ſe pariter ac principatu aleam quamprimùm

Ita & Aimonus & Sigebertus: Regino Heroldum vocat, Herioldum Annales Pithœani, Haraldum Stadenſis.

† Ermingū *appellat Ado; eumq́ fratre Godefridi Regis procreatū tradit.*

** Mirum verò Godefridi Regis liberos non ſtatim à patris deceſſu hanc Succeſſionis Regia Actionē intētaſſe: ſed patrueli ſuo Hemmingo locum feciſſe.*

Velis quod potes, quando quod vis non licet.

Pacis inter nouum Imperatorem ac Danorum Reges Fœdus integratū.

Godefridi Regis liberi in patrio Regno repetūdo non Vindiciarum, ſed armorum Iure, hoc eſt, Lege belli experiuntur.

Vulgi mutabilitas atque incōſtantia.

In rem præſentem veniūt Regni Vindices: Et (*Noſtrum eſt*) dicunt, iniiciuntq́ue manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

mùm iacere, prælijque fortunam fidenter experiri. At Harioldus & Godefridus, vbi intelligunt eò proceſſum, vti Regnum aut deſerendum eſſet, aut armis retinendum, coactis (ſicut erant) neceſſario copiis, hoſtibus obuiam procedunt. Sed vbi res ad certamen venit, victi ex prælio, ſolioque pariter ac ſolo pulſi, ſaluti ſuæ fugâ conſuluerunt. Quumque ſe in tutum recepiſſent, mox ad ſe reuerſi, ſimul apud animum ſuum reputantes, quàm grauis caſus in exilium ex Regno foret, reparatis cum nouo anno viribus, deintegro certaminis ambigua tentare auſi, & annum & locum prælij mutuâ cæde ac ſuorum cladibus inſignierunt; hinc* Raginfrido, inde natu maximo filiorum Godefridi in acie fortiſſimè pugnando cæſis. Quo patrato, Harioldus fratri interemto ſuperſtes, rebus ſuis diffiſus, atque alienæ opis indigens; renouandi fœderis, ſimul auxilij petendi gratiâ, ad Imperatorem ſupplex † confugit. Quem ille comiter exceptum, bono eſſe animo iubet, auxiliorum quantum ſatis in Regnum reponendo foret, Regiâ fide pollicitus; eâ lege, vti ſe Clientelæ Imperij adſcribi, ac Sacri Baptiſmatis lauacro tingi pateretur. Nec reſpuit conditiones Harioldus, Regni præſertim Imperatoriis Auſpiciis recipiendi fiduciâ oblatâ: primuſque Regum Daniæ Februis aquis* luſtratus, ſublatuſque de Baptiſterio Auguſti ipſius

manu,

Nec cedit pars aduerſa.

Quæ per vim tamen poſſeſſione deiecta exſilio locum circumſpicit.

Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor.

Harioldus tam inauſpicato prælio ſuperſtes Imperatori fit ſupplex.

Hoc eſt verè Auguſtú eſſe, oppreſſos ſubleuare, prohibere iniuriam, neque pati cuiuſquã Regnum per ſcelus creſcere.

* *Ità in Annalibus à Pithæo editis cõceptum legitur hoc nomen: quem Regnifridum Aimonus & Regino; Reginfridum Stadenſis ... centiores ... nes Regn... vocitant.*

† *Sigebert. A. 816. ... ſum trad... quo alij ... Regnũ à ... douico re... tutũ vol... Sed enim ... ter hæc ... nia. Abb... Stadẽſis, Reginfri... non à fi... Godefridi verũ ab Harialdi fratre ſu... demq; R... conſorte... ſum, pir... exercuiſ... prædica... fœdus cũ ... peratore ... xiſſe ... bus qu... contexta ... Lector) ... biturus.*

* *A. DC... XXVI. ... tionem ... porum ... ducit St... denſis.*

manu, cum vxore ac fratre Horico aliiſque Regni proceribus, nec non infinitâ Danorum multitudine perinde expiatis, Chriſtianiſmo nomen Moguntiæ dedit; accepítque inuicem ab Imperatore * Coloniam, ſiue Prædium Saxonicum trans Albim, Beneficiario Iure obtinendum: Frater verò eius † Horicus, in Fiduciariam Friſiæ poſſeſſionem miſſus: vnde & ipſe liberaliter & pro dignitate ſe ſuſtentare, ſimul prædatarios Normannorum incurſus iuſtis armis defendere ac propulſare poſſet; hoc eſt, vt pro * Comite Limitaneo inibi præſideret. Cæterùm hæc annis aliquot interiectis, poſt primum illud cum Imperatore initum Fædus, poſt multa variaque inter ipſum & Godefridi liberos edita certamina ac notabiles tot præliorum viciſſitudines; poſt iteratam eiuſdem è Regno (in cuius ſocietatem ab iiſdem pauliſper admiſſus ac receptus fuerat) eiectionem, rebus propè iam deſperatis, eueniſſe inuenio apud * Aimonum. Eique multis prius muneribus donato ab ipſo Principe inſuper Comitatum quendam in Friſiâ (cui nomen Ruiſtri) aſſignatum. Scilicet vt eſſet, quo ſe ſuoſque (ſi ità neceſſitas exigeret) tutò receptare poſſet. Verito nimirum prudentiſſimo Imperatore, ne Haraldus ob nomen Chriſtianiſmo datum ſubditis ſuis (merum adhuc Paganiſmum ſpirantibus) minùs ex ſententia exiſteret; eique fortaſſe

* Feudum vulgo vocitant.

† Quem alij Roricũ, Ericũ indigitant recentiores. Ei verò partem quãdam Friſiæ, cui nomen Ruiſtri, aſſignatam conſentiũt Scriptores. Quam adhuc Danos ſuis temporibus tãquam legitimè ſibi debitam exegiſſe, Albertus Stadenſis teſtatur. Vide prætereà Theganum, item Incertũ à Pithæo editum Scriptorem in Vitâ Ludouici Pij, vtrumq. Imperatori illi coætaneum.

* Lib. 4. c. 114

A. 825. vti Sigebertus, vel vti Contractus & Stadẽſis ſupputant, An. 826.

Noua herbeſcentis Chriſtianiſmi incrementa.

Ludouici Aug. erga Reges externos benignitas ac munificentia.

* Quem Normãnice quoque Limitis Cuſtodem alibi indigitatum reperio.

Alea Martis, merus Fortunæ ludus.

Nulla fides Regni ſociis, omniſque Poteſtas Impatiẽs conſortis erit.

Cauta vtiq. nimíſque Harioldi rationibus expediens prudentiſſimi Imperatoris liberalitas.

ob hoc ipſum natalis ſoli habitatio denegaretur. Cæterùm hoc bellum tandem virtute Saxonum, ob memoriam beneficij à Ludouico accepti, ad effectum perductum; Haraldumque in Regni patriæque ſedem reſtitutum * Paulus Æmilius eſt auctor. Cuius inter neotericos pluris apud me eſt auctoritas, quàm quidquid Gerbrandus aut Snoius municipes mei, delirantes, an ſomniantes, opicis chartis illeuere. Exemplum Harioldi mox vicinos quoque Principes imitatos comperior, in Chriſtianæ Fidei ſemente impigrè laborantibus Anſchario & Giſlemaro, intrepidis Chriſti Athletis: quorum hic Haroldum quem dixi in Daniam ſequutus, ille ad extremos Sueõnum populos Euangelicâ Legatione ſuſceptâ, apud Biornem eius gentis Regem libero ore Chriſtum profeſſus, vberrimam animarum meſſem vtrobique feciſſe prædicantur. Vnde res Chriſtiana ſuprà quàm cuiquam credibile ſit incremento aucta, in hanc demum, (mole aliquando ſuâ laboraturam) magnitudinem adoleuit. Atque ità tandem, bonâ prius Slauorum parte ad Chriſti Fidem conuerſâ, per vniuerſas Danorum, Sueonum, ſiue Normannorum nationes à calore Verbi Diuini diſſolutum eſt gelidum illud frigus Aquilonis, ſub Ludouico Pio. Cui hoc potiſſimum Elogium ab * Aimono, cæteriſque eius æui Scriptoribus verè ac meritò tribui video, quòd nō modò rem

Haraldus tandem virtute Saxonum in Regnum reſtituitur.

Aliquid boni propter vicinum bonum: & verè nimis Claudianus: *Componitur orbis Regis ad exemplum.*

Religionis Chriſtianæ per Daniam Sueciamque propagatio.

Slaui quoque ad Chriſti Fidem conuerſi.

* *Libro de Geſtis Francorum* III.

* *Lib.* V. XV. & XV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rem Religionis(ſicuti & AVGVSTVM & PIVM Principem decebat) Auguſtiorem effecerit; ſed verò quantum in ſe fuit ſategerit, quo tranquillitati publicæ, gentiumq́. inter ſe terrâ mariq́ue commeantium ſecuritati quàm prouidentiſſimè cautum conſultumq́ue eſſet: vtq́ue Inſulas & maritimas regiones, Normannorum piraticam facientium latrociniis infames infeſtaſq́ue pacaret. Vtrobique MAGNI illius genitoris ſui exemplum ſequutus, qui XXXIII annos continuos in Saxonibus haud armorum virtute perdomandis modò, ſed & Chriſtianiſmo apud eos propagando deſudauerat. & ne toties deinceps in perfidiâ ipſorum caſtigandâ, vel obſidibus accipiundis tempus terere cogeretur, præcipuos gẽtis, hoc eſt, Optimates & in quibus aliquid dignitatis eluceret, vſque ad dena capitum millia, cum vxoribus ac liberis in Galliam Belgicam, Oceani orâ ad habitandum iiſdem conceſsâ, traduci imperauerat: & quidem ſub Lyderici maritumis locis impoſiti Præfecturâ. Id quod ſemel modò Aimonus, Æmilius ter iis accidiſſe commemorat; Incertus verò à Pithæo editus Annalium Scriptor, bis factum innuere videtur his verbis: *Saxones in Sinifelde congregati à Carlo ſubacti ſunt, & tertius ex eis homo tranſlatus.* Vbi trientem populi toties rebellis ſorte (vt videtur) ducti ex omni Saxoniâ in externum ſolum, quamuis non ex-

Ludouici Pij Aug. in pacificandis turbis, latrociniis coërcendis, ac tranquillitate Publicâ conſeruandâ vigilantia.

Caroli Magni in Saxonum peruicacia edomandâ, animiſq́ue eorumdem Chriſto lucrifaciundis indefeſſus zelus ac perſeuerantia.

Primorum eius gẽtis in oram hanc maritimam, inq́ue extremos Belgij fines traductio.

A. DCCCV. *Vide Paulũ Æmiliũ lib.* II. *Meierum* I. *Crantziũ Saxoniæ lib.* II. *cap.* XIX. *qui nouũ hoc Flandricæ ac Brabanticæ gentis Seminariũ fuiſſe adſtruit, in ſolo Gallico manentium, origine Germanâ.*

Quâ tamen in re Hiſtoricorum diſſenſum operæpretium eſt conſiderare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

preſſo loci nomine, aliò tamen tranſlatum intelligimus, id quod nouennio ante poſtremam illam x millium deportationem contigiſſe, ex temporum computatione deprehenditur.

Eorum Saxonum reliquias Saxhemo Pago nomen dediſſe eſt veriſimile.

Vt vt eſt, illud in confeſſo, partem deuictæ gentis in Batauiæ noſtræ marituma immigraſſe: durantque in hanc diem antiqui nominis veſtigia in *Saxheimo*, Patriæ noſtræ Municipio non incelebri.

Heim, patrio ſermone quid propriè ſignificet: ſimul in eiuſdem vocis etymi explicatione doctiſſimi popularis noſtri hallucinatio detecta.

Quam quidem vocem ego non pro *Saxonum domicilio* (vti perperam Teutonici Idiotiſmi ſimilitudine deceptus aſtruit* Iunius) ſed verò Saxonicæ gentis Coloniam pomœriis ſuis circumſcriptam interpretor. *Heim* enim non pro *Domo* (vti paſſim Teutones) ſed pro Circulo, vel Septo quo Pagi ſiue Territorij cuiuſpiam Limites includuntur, maiores noſtros accepiſſe atque ità in Tabulis ſuis poſuiſſe, mihi qui Archiua tracto ex vetuſtis Principum Edictis Actiſque ac Monimentis publicis compertiſſimum.

* Batauia ſua cap. 11.

Vnde & Heimradiorum noſtratium interpretatio accerſenda.

Neque aliunde Chomarchorum eorumque penes quos Aggerum Præfectura ſiue Procuratio potius (quibus vernaculo ſermone *Heimradiorum* ex re indita appellatio) Etymologiam petendam cenſuerim: contra inueteratam ac plæriſque hactenus Decreti pænè loco habitam opinionem.

Nouarum Coloniarum ex deuictis Saxonicæ gẽtis reliquiis in his locis ac regionibus deductio.

Nouæ proinde (vt dixi) ex gente dediticiâ victoris MAGNI Auſpiciis Coloniæ deductæ, per Batauiam inquam, Scaldiam, Walachriam, cæteraſque Belgicæ

maritumæ

maritumæ regiones. Idq́ue proſpectum ſingulari conſilio Ducis, qui ne amplius rebellare in poſterum poſſent, iniuriæ licentiam hac potiſſimum ratione victis adimere, ex re Imperij bonoq́ue publico eſſe exiſtimauit. Neque aduerſatur ſententiæ noſtræ, quod * Aimonus Saxones omnes qui trans Albim ſedes habebant in Franciam tranſmiſſos prædicat. Siquidem Batauia noſtra id temporis cum plæriſq. Belgij Prouinciis in Auſtraſiæ, ſeu potius Orientalis Franciæ ius nomenq́ue tranſierat. Mecum certè * Æmiliana Hiſtoria facit, quæ Saxonum (præcipuè Tranſalbianorum) Colonias in Galliâ Ciſrhenanâ collocatas refert: atque has nouas ipſorum ſedes frequentiores, quàm Germanam illam Saxoniam, celebrioreſq́ue factas, nouâ tot millium peregrinæ gentis acceſſione. Neque tamen valuit hæc relegatio vltra decennium, inducente Auguſti Patris Decretum Ludouico ſucceſſore: cui nouum Imperium inchoanti vtilis viſa clementiæ fama: ideoq́ue Saxonibus, ſi vellent, domum è Belgicâ redeundi liberam poteſtatem conceſſit: ac deſertas Patriæ ſedes poſtliminium repetituris Ius ſuccedendi in parentum & agnatorum bona, ac Teſtamenti factionem reſtituit. quorum vtrumque non ſolùm à Carolo vniuerſæ genti imminutum, ſad & penitus ademptum querebantur. neque Saxones tantùm, ſed verò & con-

Cautio non minus victis, quàm victori expediēs: vtique iuxtà Ouidianum illud: *Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis.*

*Lib. 4 c. 92.

Communi Auſtraſiæ, ſiue Franciæ Orientalis nomine Hollandiam etiam noſtram antiquitus comprehenſam fuiſſe.

* *Paull. Æmilius Veronenſis de rebus geſtis Francorum Libro II.*

Ex Politicâ illâ Cornelianæ diſciplinæ Formulâ.

Saxonibus Iure Poſtliminij in patriam remigrandi, Teſtandiq́ue atque in proximorū opes ſuccedendi; hærediaq́ue ac Legata capiundi libera poteſtas facta ab Ludouico Pio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Quæ omnia non ſolùm ipſis, ſed & Friſiis adempta anteà à Carolo Magno, quùm potentiſſimi victoris iram in ſe atque indignationẽ offenſis ſuis prouocaſsẽt.

& contermina illis Friſiorum natio, quibus conſimili pænâ à MAGNO illo ob lubricum fidei mulctatis, de Iure Hæreditario facta gratia ab nouo Imperatore. Quod vt liquidius teſtatiuſq. Lectori fiat, ipſius * Aimoni verba fidei cauſa repræſentabo. Ea verò ſic ſonant:

*Lib. v. ca.

Saxonibus Friſonibuſque Ius Hæreditariũ reſtitutum.

Hoc etiam tempore Saxonibus atque Friſonibus ius paternæ hæreditatis, quod ſub patre ob † perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria reſtituit clementia. Quod alij liberalitati, alij aſſignabant improuidentiæ: eò quòd hæ gentes naturali aſſuefactæ feritati, talibus deberent habenis coërceri, ne ſcilicet effrenes in perduellionis ferrentur procacitatem. Imperator autem eò ſibi arctius eos vinciri ratus quò eis beneficia largiretur potiora, non eſt ſpe ſuâ deceptus. Nam poſt hæc eaſdem gentes ſemper ſibi deuotiſſimas habuit.

† De Friſon... rebellione quam tan... ita ſtrictim Sigibertus... A. 784. S... xones & F... ſones rebe... lant, & v... cuntur. ... quod aliq... to fuſius ... Reginone... plicatum ... verbis: C... rolus ingr... ſus eſt Sa... niã, eò q... iterũ rebe... laſſet, & c... eis aliq... pars Friſ... num: & ... uenit vſ... Huculin... circume... do & vaſt... do omn... & cæter... quæ ab A... ctore ipſo ... poſſunt.

Attẽde animorum ac iudiciorum diſſenſum in populo, de maximis rebus iuxtà ac de minimis incognitâ etiã cauſsâ temere pronunciare, ac nuſquã non Cenſurã ſuam interponere conſueto.

Clemẽtiæ iſte maximus fructus fuit.

Nihil enim violentum perpetuum. Contrà, benignitate & clementiâ imperium temperantibus, lęta & candida omnia; etiam hoſtes æquiores, quàm aliis ciues.

Hactenus Aimonus, exemplo Principibus ediſcendo; vt quorum intereſt ſcire; *Infidum eſſe atque inſtabile, quod terrore acquiritur: nimioque impenſius amorem valere ad obtinenda quæ velint, quàm timorem ſubditorum.* Docet igitur Aimonus noſter, Friſios Teſtamenti faciundi ac Succeſſionis Iure ſub Imperio Caroli excidiſſe, addit præterea cauſam cur exciderint, & quidem verbis ſignificantiſſimis. Vnde quid de Donatione illâ Auguſtâ quâ ſe Friſij ob Fidem & merita à Carolo Magno honoratos inaniſſimè glorientur exiſtimandum, meridiano Sole clarius dilucet. Sed enim hæc atque his ſimilia

Priuilegij illius peruagatiſſimi, cuius Prerogatiuâ ante cæteros Friſij ſeſe à Carolo Magno honeſtatos gloriantur, pondus eleuatum.

ſimilia in loco & tempore diſcutientur. Neque eſt, quòd Aimoni Auctoritatem conuellere aliquis aut in dubium vocare ſe poſtulet; Teſtis vtique certiſſimi, atque extra omnem falſi ſuſpicionem: vt qui non modò ſub Caroli ipſius & Ludouici Auguſtorum Imperio Hiſtorias ſuas conſcripſerit: ſed qui & ipſe Palatinis rebus conſiliiſque interfuerit; & partim comperta ſibi ac viſa, partim ex oculatâ nobiliſſimi ac religioſiſſimi Adhemari relatione accepta, cum curâ & fide in Commentarios redegerit. Quùm iſti contrà qui gentem ſuam tot tantiſque honoribus & beneficiis à Carolo Magno cumulatam credi poſtulant ſibi, & illius & ſequuti Æui Teſtimoniis deſtituantur: Hiſtoricis ad vnum omnibus palàm ac publicitùs defugientibus Auctoritatem, ſic quaſi de cōpacto. Aiunt enim Friſios, quocumque Magnus duceret, ad ſtationes, ad ſigna ſemper frequentes paruiſſe, neque vnquam ferè à latere eius, quoties ferro res gerenda eſſet, ſe ſegregaſſe. Etiam in ipſâ Vrbe, quùm Imperium Carolus vnaque cum Imperio Faſces humani generis ſuſcepiſſet; validam Friſiorum cohortem Romæ apud ſe habuiſſe. Eorum robore ac fide aduerſus Deſiderium & Longobardos, Taſſilonem, Grimoaldum, Baiouarios, Bohemos, Weſtfalos, Britones, denique Saracenos vſum. Quod ad me attinet, ego verò nominatim Friſios

Quantum fidei atque auctoritatis Aimono, qui ſub Carolo Magno & Ludouico Pio Auguſtis res Francorū geſtas compoſuit, tribuendum.

Auritam laudas? hîc oculata fides.

His atque iſtiuſmodi anicularum penſis operantium affaniis, ſomniis ac deliriis effartæ ſunt cum noſtratiū tum vicinarum gētium Chronologiæ; nullam vtique præ ſe Veritatis vmbram vel imaginem ferentes.

De binis tantùm Friſiorum expeditionibus ſub ſignis Caroli illius Magni; primâ in Slauos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

alterâ aduerſus Auaros ſiue Hungaros ſuſceptis, Regione Auctore in literas relatum.

vnà cum Saxonibus ac Francis, binis tantum expeditionibus Carolum in bellum ſequutos inuenio, primâ aduerſus Slauos ſiue Wilzos, alterâ aduerſus Auaros ſollennitùs ſuſceptis. Idque ipſum, niſi Regino nobis indicium feciſſet, penitus ignoraremus. Pluribus tamen interfuiſſe, non eſt quòd ambigamus. Atqui hæc bella cum ſingula tum vniuerſa, quorum Procerum ductu, quantis Imperij ac Prouinciarum viribus, quibus Sociorum auxiliis geſta ac patrata, ex rudibus & ſemilatinis illis mediæ Ætatis Hiſtoriographis vtcumque cognoſci poteſt. Qui de ſingulari iſtâ Friſiorum erga Carolum, Caroli aduerſus Friſios affectione verbum nullum, nedum vt magnam belli Saxonici partem, quòd & finitimi hoſtibus eſſent & militari Iuuentute abundarent, eius potiſſimum gentis virtute cõfectam quiſquam iſtorum ſaltem vel tralaticiè meminerit. Et verò laudem illam Abotritis præcipuè deberi, omnes vnâ & mente & voce pariter conſentiunt. Abotritis inquam, qui Francorum genti & fœderibus & mutuis connubiorum vinculis iam inde ab antiquo conſociati, Pagos & ſedes eas ex benignitate victoris pro nauatâ operâ accepere, quas deceſſu ſuo vacuas fecerant Saxones illi Tranſalbiani. Qui mox etiam Slauos, vicinos item ſuos, Magni obitu in rerum nouarum ſpem erectos, veteri

Hoc Iudex ſibi poſtulat probari.

Alienæ, ac nominatim Obotritis debitæ laudis adoream Friſios ad ſe trahere, neque probè ſanè, neque liberaliter ſatis meo quidem animo.

Obotriti, Francis fœderati, pro forti fideliq; iiſdem contra Saxonas perhibitâ operâ, victoris Magni dono atque Auſpiciis in agrorum victæ gentis poſſeſſionem immiſſi.

teri patientiæ reſtituiſſe leguntur: inſigni & virtutis & fidelitatis documento. Neque hæc ideo à me poſita, quòd gentis fortiſſimæ optimeque de re Chriſtianâ meritæ exiſtimationi detractum quidpiam aut imminutum velim, (procul ab ingenio Douſico hæc malignitas) ſed quòd alieni facti gloriam inani perſuaſione ad ſe trahere, prorſus illiberale, neque laudatiſſimi populi moribus cõſentaneum exiſtimem. Quid? quòd opinioni noſtræ Crantzium quoque aſtipulari videmus: è cuius *Saxoniâ hanc Iudicij quaſi Decretorij ſententiam huc tranſcribere veritatis potiſſimum ſtudio inducti compellimur.

Quorum item virtus ac fides poſteà ſub Ludouico Pio contra Slauos nouarum rerum cupientes multis maximiſque experimẽtis teſtata.

Meritiſſimum Friſicæ gentis Encomium.

*Lib. XI. cap. VI.

Nobiſcum Crantziana Auctoritas facit.

Libertatis illi (Friſij) ſuæ Literas iactitant ex Magno Karolo tenere: quarum exemplum quum nuper vidiſſem, riſum vix tenere potui, ſi verum erat exemplum. Nam apparet ex inſertis teſtibus, emanatum eſſe à Literis, quas aliquando IV. Karolus Bohemus, non primus Francus, donauiſſet.

Eius diligentiſſimi Scriptoris verba, fidei cauſsâ, repræſentata.

Cui vt hac in parte aſſenſum commodare, ità in alterâ ab eodem diſſentire cogor, quâ Friſiis Regij nominis ac Diadematis honorem manifeſtò detrahere conatur; neq. illos Caninefatium meorum vicinos vnquam ſuæ gentis Regem habuiſſe, vſpiam oſtenſum iri; eoſdemq́. falſis Titulis ſe venditare contendit. Addit (vti vides) *ſuæ gentis*; eaq́. cautione ſe tectum probèac ſatis præmunitum putat: quaſi concedens, fieri potuiſſe

Eiuſdem tamen de Friſiorum Regibus nimis aſſeueratè, ne dicam cõfidenter, poſita inficiatio palam ac planiſſimè reiecta exploſaque.

Crantzianæ Cautionis Formula paullò penitius exanimata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

potuiſſe vt Reges alienigenas per vim ipſis & arma impoſitos habere ac tolerare neceſſitate fuerint coacti; nimis præter* Liberi ac bellatoris Populi ſententiam: id quod cùm vtriuſque Godefridi, tum Rorici, Sigefridi, Rollonis aliorumque Normanniæ Regum documentis (qui & nobis pariter & Friſiis imperauere) planiſſimè conuinci poteſt. Cæterùm ego diſputo; neque id labeculæ vnquam Friſiorum nomini aſpergi patiar, vt nobiliſſimæ aliquando genti Regij Sceptri inſignia, ac Principalis Tituli decus contra omne ius & æquum præripiantur: dum quidem pro me pariter ac ipſis & † Reginonis & Schafnaburgenſis, nec non Francicorum Annalium à doctiſſimo Pithæo nuper editorum Auctoritates ſtaturæ; quæ quidem apud nos omneſque cum veritatis tũ vetuſtatis Hiſtoricæ æſtimatores, Publicæ Fidei & inſtar & pondus habere debent. Hi igitur ad vnum omnes famoſum illũ Friſiæ regnatorem (Rabbodum inquio) in Hiſtoriis ſuis Regio vbique Titulo inſignem faciunt; neque facta diſſonant, per quæ & nomen eius famæ inſitum, & fidelibus chartis in poſteros ad hoc ætatis vſque tranſmiſſum. Eum certè & * Regiam Vltraiecti ſedem à Francorum quondam Regibus exſtructam per vim occupaſſe, & latè ſigna victricia per vicinos Auſtraſiæ populos circumtuliſſe, ex incorruptæ fidei monimentis compertiſſimum.

Amica cum eodem Hiſtorico pro Friſiorum Regibus Vindiciarum Iure ſuſcepta velitatio.

Quãtum fidei probiſſimi illi mediæ Ætatis Hiſtoriographi mereantur.

Rabbodus Friſiæ Princeps Regio paſſim Titulo ab Hiſtoricis celebratus.

Vnde à Pipino poſteà, non quidem patre (vti temporum ratione perperam ſubductâ Barlandus & Hortenſius opinati) ſed proauo Caroli Magni, cognomento Craſſo deiectus ac deturbatus.

*Ad Etymon Friſiorũ nominis propius allusũ, quod Idiotiſmus noſter in ore habere cõſueuit hoc exemplo: Frij Frieſen.

† Quorũ prior ille A. 9[...] ſub Arnol[...] Imper. alter verò ſub H[...]rico IV. A[...] 1057. claru[...]re. Quib[...] inſuper, p[...]ter Annal[...] illos Pith[...]nos, tum [...] Beka (qui [...] Ludouico Bauaro ſc[...]pſit) tũ W[...]helmus H[...]da ac Lãb[...]tus Hort[...]ſius Rerum Vltraiect. Scriptores planiſſimè adſtipulantur.

* Quod [...]tus Palat[...] tunc nũ[...]pabatur, [...] Carolo M[...]gno poſte[...] (Pipini hu[...] Pronepote) Vltraiectin[...] Eccleſiæ E[...]ſcopis libe[...]liter donat[...] Vide Gul[...] Hedam [...] Lamb. H[...]tenſium R[...]rũ Vltrai[...] lib. 1.

mum. Neque id mirandum, laborantibus præſertim inteſtinâ diſcordiâ Francis, ac magnâ illâ Clodouei ſobole magis ac magis indies exoleſcente; rerum omnium ſummâ in Magiſtros Equitum tranſlata, per Regum ſocordiam, qui luxuriæ ſe totos mancipauerant. Quo factum, vt Auſtraſiæ etiam Ducatus à reliquo Regni corpore Principum factionibus diuulſus ac diſtractus fuerit. Quibus exploratè anteà perceptis cognitiſque Rabbodus & occaſioni pariter & aduerſariis opprimendis animum intendit. Primò quidem à Pipino Martelli patre acie victus, non tamen eò vſque induci potuit vt falſorum Numinum cultu eiurato Chriſtianam fidem amplecteretur. hactenus aſſenſus, vt * Clementem concionantem de Chriſto ipſe populareſque haud inclementer audirent: filia verò eius Theudeſinda, Religionem noſtram profeſſa, Grimoaldo Pipini filio legitimis nuptiis copularetur. Quæ tamen affinitas quarto decimo pôſt anno diremta: mactato ad aram Leodienſem Grimoaldo, operâ Rangarij Friſij; percuſſoris ab ipſo ſocero (vti plærique ſuſpicantur) Rabbodo inquam, ſubmiſſi. Qui iam Pipini ſenium palàm contemtui habens, abruptis ſemel obſequij (quod Francorum Regno debebat) ac conſuetæ reuerentiæ habenis, in omne Chriſtianum nomen ac Religionis noſtræ cultores præceps & quaſi percitus ra-

*Guillibrodũ intelligo, eum qui primus Pipini Principis beneficio ſedem hîc Epiſcopalem adeptus (vnde Religio paulatim Chriſtiana in his regionibus diſſeminari ac porrò propagari cœpta) in loco Wiltenburch Wildrecht posteà appellato, à nomine gẽtis quos Wiltas vocant, & voce Drecht deductâ appellatione: quaſi tu Wiltarũ Oppidum dicas. Nam Drecht veteri Frãcorum linguâ Oppidum ſonat; teſte Sigeberto. Neque aliunde ſanè quàm à Wiltis iſtis Municipij noſtratis, luctuoſa illius Inundationis memoriâ famoſi (quæ A. 1421. ſub Iacobâ Bauarâ cõtigit) nominis Etymologia petenda.

Regum id tẽporis mollities ac ſocordia, omnem vitæ fructum ac Regni ſui felicitatem in remiſſione curarũ & voluptatum illecebris, Vitellianum prorſus in morem, collocantium; vniuersâ imperij adminiſtratione in Magiſtros Equitũ tranſſcriptâ.

Vnde factiones inteſtinas ac ſimultates exercere ſubditis vacuum fuit.

Rabbodus, Rex Friſiæ, Frãcis inter ſe mutuò diſſidentibus in captatas oblataſque ſibi rei gerundæ occaſiones gnauiter, haud ſomniculoſè intendit.

Præfracta eiuſdem Regis cõtumacia, exulcerata Veritatis in Zelum.

Theudeſinda Rabbodi filia, Grimoaldo nupta: Quàm diſpar Patris moribus illa ſui?

Non gener à ſocero, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Memor nimirum docti illius dicti: *Qui Rex eſt, Regem non habeat.*

Rabbodi Regis impietas Francorũ Principũ metu ali-

tus ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

> quamdiu ſuppreſſa, diſiectis tandẽ repagulis, in apertum Chriſtiani nominis odium ac Religionis noſtræ contemtum & profanationem erupit.

> Tantum Principibus belli ciuilis Enyo Francigenas inter potuit ſuadere malorum.

tus rapiebatur. Cui conceptæ iam anteà impietati (Pipino paullò pòſt extincto) fræna magis etiam laxata, tunc quùm ad Cociam ſyluam inter vtriuſq. factionis Principes cruento Marte decertatum, & Francorum vires haud mediocriter acciſæ atque extenuatæ: eo ſucceſſu, vt * Raginfredus victor cum Rabbodo Friſiorum Rege (ab iis qui Auſtraſianæ partis erant peſſimè ſibi metuente) ſocietatis fœdus componeret; pactus, vt dum è ſuis finibus Aquitani à fronte Auſtraſianos inuadunt, ipſe è Friſiâ Orientali inſtructo cum exercitu profectus, iiſdem à tergo grauis infeſtuſque incumberet. Inter has difficultates euadendum erat Martello, iam tum primùm è nouercæ cuſtodiâ elapſo ac palam ſe Ducem partium profeſſo: vt eſſet ſcilicet, qui & factioſorum motus comprimeret, & Rem Francorum iam pæne collapſam erigeret reſtitueretque priſtinæ dignitati: principium nouæ regnandi formæ parantibus Fatis. Iam Coloniam vſque cum exercitu populabundus venerat Rabbodus: iam ſe ruẽti cum Auſtraſianis ſuis obiecerat Martellus; congreſſu diſpare, ſicuti euentus docuit. Victus enim fugatuſque ſe melioribus (quæ dixi) Fatis reſeruare habuit neceſſe. Vt patuit, quum mox recollectis viribus, nec tamen hoſti pugnandi copiam æquis locis facere perſuaſus, Chilpericum & Raganfredum Auſtraſiæ agrum vrentes vaſtan-

> * Magiſter Equitum.

> Ex hoſte fit ſocius.

> Per durum Gloria anhelat iter.

> Neque fit ſine periculo facinus magnum & memorabile.

> Rabbodi Regis ſucceſſus, deq. ipſo Martello parta victoria.

> Qui prælio victus, ac fatali neceſſitati pro tempore obſequi coactus; mox hoſtes diſparſos atque incompoſitos improuiſo ex iti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vaſtanteſque omnia, incautos atque incompoſitos ac velut in pacato iter facientes, in finibus Samorobrinenſium ex inſidiis adortus acriter caſtigauit: bonâ armorum parte, prædâ deniq. nec non omnibus impedimentis exutos. Quo ſucceſſu rerum ferocior iam factus Martelli miles ac ſecundi certaminis caſum periclitari certus (quamuis abnuentibus aduerſariis pacis conditiones offerente Carolo) virtute verâ, hoc eſt, aperto Marte rem gerere aggreſſus,* Regem cum Magiſtro Equitum ingenti clade profligauit; regreſſuſque Coloniam, receptiſque è* nouercæ manu patris ſui theſauris, ac rebus domi anteà compoſitis, ad Rabbodi impietatem, ſimul fratris necem vindicandam conſilia ac vires Principatus ſui conuertit. Hinc inſtructâ claſſe primum in Amiſtrachiam atque Auſtrachiam Friſiorum Inſulas impetus factus, mox ſupra Burdonem fluuium Rabbodus ipſe interſectus; cæſæ aut diſiectæ Paganorum copiæ: in Lucos eorum, diris ſuperſtitionibus ſacros, aſciis bipennibúſque ſæuitum; Delubra atque* Idola dolabris impactis aſſulatim comminuta, aut vindicibus flammis penitus abſumpta. Poſtremò ingenti prædâ adoreâque atq. opimis ſpoliis ditatus Martelli exercitus ouans in Franciam regreſſus eſt. Hæc Aimonus noſter, contra receptam vulgo opinionem, quæ Sigebertum Auctorem, Bekam ac Neote-

Chilpericũ cum Raganfredo.

Plectrudis, Pipini Craſſi Vidua.

Huc pertinent quæ de Foſtelandiâ Inſulâ à Io. Beka (qui circa annum 1350 floruit) referuntur.

nere aggreſſus rem pænè conuulſam, ne dicam conclamatam virtute reſtituit.

Altera Martelli de Chilperico & Raganfredo victoria.

Re ex ſententiâ geſtâ Patris ſui theſauros, hoc eſt, neruum belli gerendi de Nouercali manu recipit victor ac Triumphator Martellus.

Hinc rectâ porrò in Friſios ad Rabbodi Regis importunitatem caſtigandam.

Cuius cæde fratris Grimoaldi Manibus parentatum: ſimul de Paganis ac perduellibus cõdignũ ſupplicium ſumptum.

Controuerſæ in Regis illius morte prodendâ Hiſtoricorum Veterũ narrationes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Neotericos omnes aſtipulatores habet; concorditer ſanè referentes Rabbodũ non in acie pugnando cæſum, verùm à Cacodæmone miſerrimis modis ludificatum, tertio ſtatim die poſtquàm Februis aquis luſtrandus pedem alterum (mutatâ ſubitò ſententiâ) è Baptiſterio reduxiſſet, inopinâ morte exſtinctum. Cuius dictum memorabile, plenum Paganicæ impietatis, etiamnum circumfertur, quo Epiſcopo Wolfrano ad tingendi officium iam accincto palàm illudere, & Baptiſmati pariter & Chriſtianiſmo in perpetuum renunciare auſus. Quâ de re præter eos quos ſuperius nominaui Heda, Iunius, Vbbo Emmius conſulendi. Quæ verò Inſulæ iſtæ fuerint quarum meminit Aimonus, aut vbi locorum ſitæ; coniecturâ potius augurari, quàm certò affirmare poſſumus. Si tamen in re adeò caſcâ ac vetuſtate exoletâ aliquis ſuſpicioni aut veriſimilitudini locus; equidem harum primam haud aliam fuiſſe crediderim id tẽporis, quàm quæ hodie, ternis etiamnum vicis habitata, non nimium ab antiqui vocabuli etymologiâ deflexam *Amelandiæ* appellationem poſſidet: alterius verò (*Auſtrachiæ* inquam) nec volam hodie, nec veſtigium (quod dicitur) vſpiam apparere, ex regionum illarũ Pinacibus manifeſtum. Id quod crebris maris adeò tempeſtuoſi ac fidem littoribus non ſeruantis eluuionibus contigiſſe, miſerari potius, quàm mirari

Palam ac ſimpliciter Deo hominibuſque Superſtitibus profeſſus teſtatuſque; malle ſe potius honoratis Principũ virorum Manibus, ac Regalibus Maiorũ ſuorum Vmbris apud Inferos conſociari, quàm vilium animarum fæci, hoc eſt, contemtæ pauperum Chriſticolarum cateruæ aggregari apud Superos, ſimulatque hinc ſibi emigrandum foret.

De Amiſtrachiæ atque Auſtrachiæ (quarum meminit Aimonus) Veteris Friſiæ Inſularum ſitu, nouæ quæſtiones inſtitutæ.

Ponto nulla fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rari debemus. Etenim bonam vtriuſque Friſiæ partem vel Oceani gurgitibus hauſtam penitus in profundum abiiſſe; vel in æſtuariorum faciem conuerſam atque arenarum cumulis coöpertam, nomen pariter cum re ac formâ perdidiſſe, fidem nobis fecerint tot breuia ac perpetui propè (niſi quâ fluuiorum aluei in mare efferuntur) Vadorum tractus, quibus inter oræ illius continentem & Inſulas Boreali pelago obiectas quaſique per interualla diſtinctas totum Friſiorum littus prætexitur. Oceani proximitas repetitis toties exundationibus effecit, vt tota territoria vnà cum oppidis coloniis ac municipiis ſuis vi fluctuum à continente auulſa, vel in inſularum ſolitudines, vel in canales ſiue freta maximarum nauium capacia, vel certè in Syrtos ac puluinos abierint. Probabilior verò de Burdone fluuio coniectura, quem quidem ego ex neſcio quo municipalium amnium fonte vel alueo ortum traxiſſe, atque inde porrò inter continentem & Vada illa quæ dixi ſinuoſo agmine curſum obliquaſſe, ſeque inter Amiſtrachiam, ſiue (vti nunc loquimur) Amelandiam ac Scellingam Inſulam in Oceanum denique effudiſſe; quouis pignore contendere auſim: & quidem eò confidentius, quòd vetuſti nominis reliquias etiamnum tueatur, atque illorum temporum nobis quaſi in memoriam redigat Vorago ſiue Gurges inter vtramque Inſulam

Vide Iunij Bat. cap. III. vbi complu-ria huc facientia reperturus.

Heu, quãtum hinc Patriæ facies mutata locorum!

Cuncta iacent vndis & Abyſſis merſa profundis. Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Burdonis fluuij ductu propius (vt ſpero) ad inueſtigationem veri penetratum.

Amiſtrachia, hodie Amelandia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſulam interiectus, quem perperam hodie Idiotiſmus noſter *Boerdiep* indigitat: quum *Borndiep* dicere deberent; quaſi tu *Burdonis Profundum* ſiue *Abyſſum* dicas. Ita verò nomen illud in Pinacibus reſcribendum Lucæ Aurigarij Tabulæ Hydrographicæ euidentiſſimè conuincunt. In quibus expreſſa etiam arenarij puluini tænia occurrit, quam aurigante naturâ crebra illius freti reſtagnatio Oceani furiis veluti vallum quoddam obiecit, cui *Bornrif* ex re nomen ab nauiculatoribus inditum. Siquidem *Rif* arenæ molem, reciproco fluctuum meatu in altum aggeſtam & quaſi coaceruatam ſaxique inſtar ſpiſſatam concretamque ſignificat. Burdonem proinde & nomine ſuo in partem, & alueo in vniuerſum exciſe, quid mirum; quando etiam Rex ille fluuiorum Rhenus & medij Oſtij ſui ad Catuicum, & tertij vbi in Flæui nomen tranſibat iacturam feciſſe comperiatur? Sæculorum enim aquarumque decurſibus factum, vt brachiorum aliquot quibus anteà (ex Plinianâ deſcriptione) in Oceanum aut Lacus deuoluebatur vſum penitus amiſerit. Quod partim naturæ vi, partim incolarum induſtriâ eueniſſe, nihil eſt quòd dubitemus; primùm parte aluei & curſu Rheni in Salam deriuato, poſteà limo pariter ac ſabulo obſtructis eius faucibus, qua propter Seueri Armamentarium in Oceanum ſeſe exonerare ſolitus. Fluuius

igitur

In vernaculæ vocis reſtitutione Pinacibus noſtris auxilium latum.

Rif, noſtratibus quid deſignet.

Burdonē fluuium cū alueo ac faucibus ſuis penitus in profundū abiiſſe, nihil eſt quod admiremur, poſteaquam Rhenus ipſe duorum itidem Oſtiorū iacturam paſſus.

Cauſæ inundationum quas & Iunius noſter Batauiæ ſuæ Cap. III. ſatis copiosè ac diffuſè perſequitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

igitur Burdo per me nunc primùm natalibus ſuis reſtitutus veteris Nomenclaturæ memoriam recognoſcit. apud quem Friſiorum Regem non modò à Martello prælio ſuperatum, verùm etiam interfectum ex Aimono demonſtrauimus ſuprà. Sic caſtigata Rabbaldi Regis impietas bonis initiis malos exitus habuit. Primùm à Pipino Vltraiectinâ ſede deiectus depulſúſque, acerrimeque à Clemente (primo eius loci Pontifice) nequicquam increpitus, in contumaciâ peruicaciâque ſuâ perſeuerauit. Secundò à Martello victus, ſeque in interiora Friſiæ ac Foſtenlandiam ſuam recipere coactus, tam procul abſuit à Principatu, quàm (poſtquam alterum è Bapriſterio pedem retraxiſſet) à Chriſtiani Principis appellatione. Quam cauſam etiam fuiſſe ſuſpicor, cur à pleriſque mediæ ætatis Chronologis non Regio ſed Ducali tantùm Titulo inſignitus inueniatur, ac nominatim ab * Adone & * Sigeberto, probatæ fidei Scriptoribus. Nec longum in medio tempus, quum naualis * altera à Martello in contumaces Friſios accelerata expeditio, de quâ ita meminit † Hermannus Contractus:

Sic eat, ô, Chriſti ſi quis detrectet habenas.

Suſpicio veri ſimilis ex coniecturâ, quamobrem Rabbodus ab Adone & Sigiberto non Regio ſed Ducali tantùm Titulo honeſtatus reperiatur.

Iterata Martelli in rebellantes Friſios expeditio.

*** Quorum prior ille ſub Ludouico Simplice A. 880. hic autē ſub Henrico III. circa annum 1047. claruere.*

**A. DCCXXIX mortuo non ita pridem Rabbodo Rege.*

† Illuſtris Wolferadi Comitis Veringenſis frater, & quidē germanus, qui floruit circa annum 1050.

**Burgundionū Chronicon à Nic. Vignierio collectū, Popponem hūc Rabbodi Regis filium facit.*

*A. DCCXXIX. Carlus nauali euectione Regnum Friſonum ingreditur, interfectiſque quàm plurimis * Popponem Ducem eorum interemit, ſubuerſiſque lucis, fanis, victor cum prædâ magnâ regreditur.*

Eadem planè in Annalibus illis peruetuſtis à Pithæo editis iiſdem verbis concepta leguntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Verba ipſa nobiliſſimi Scriptoris placuit repræſentare; quoniam non Regis, ſed tamen Regni Friſiorum in illis expreſſa comparet mentio. Et mirum, niſi Interregnum fortaſſe interuenerit hoc tempore. Nam de Aldgillo, Rabbodi filio ac Regni ſucceſſore, tum Gondeboldo nepote, mera febricitantium ſomnia: quos equidem nec natos vnquam, nec denatos fuiſſe vt credam, animus induci poteſt. Eos proinde cum Scarlenſi & Architectonibus ſuis in Foſtenlandiam, ſiue in Vtopiam potius relegandos cenſeo. à quibus ea omnia quæ ſuperiore à nobis paginâ expoſita longè aliter referri haud ignoro; Sed quæ nullis veri probationibus ſubnixa, ne dicam Iberis næniis inaniora, nec vacat nec lubet perſequi. Et verò his omnibus vnius Aimoni Auctoritatem oppoſuiſſe contentus, inchoatam de Friſiæ Regibus diſputationem pauliſper abrumpam & quaſi in ſuſpenſo relinquam, donec eodem mox inſtituta rerum ſeries atque ipſe Hiſtoriæ ordo in tempore nos reducturus: ſi prius tamen magnam rerum à Martello geſtarum breuiſſimæ Periodo incluſam (quandoquidem etiam in iis haud obſcura Friſiorum mentio) Lectori imputauero: non quidem verbis meis, ſed vetuſti (licet incerti) à politiſſimo Pithæo editi Francicorum Annalium compoſitoris. Sic igitur iſte:

Alios Friſiorum Reges nihil moramur:

Ad Auctorē ſuum remittendos, Illuc vnde malum pedem attulere.

Mihi verò Aimoni Auctoritas præ omnibus; quam qui non audit, cur ego eum audiam?

Rerum à Martello geſtarum recenſio, & veluti Synopſis quædā multa paucis complectens.

A. DCCXL.

Anno 740. A. DCCXL. *Pax & quies Regno Francorum per Carolum redditur ad tempus, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Saracenis, Prouincialibus receptis.*

Nõ potuit breuius.

Sed me veritatis inueſtigandæ ardor longiùs prouexit. Nunc ad rerum ordinem venio. Quod ſuprà memorare inſtitueram, Ludouicum Pium inter maximas & grauiſſimas Imperij occupationes etiam hanc non in poſtremis curam poſuiſſe, quò videlicet Auguſtiſſimi Parentis veſtigiis inſiſtens, maritumis latrociniis ac vaganti Piraticarum excurſionum licentiæ frænos iniiceret, indicio fuerint toties cum Hemmingo Danorumque ac Normannorum Regibus redintegrata Fædera, Herioldi in Regnum reſtitutio, qui nunc admiſſus, nunc repulſus, multis annis reciprocando conſumptis, per ſecunda per aduerſa res Normannas afflictauerat; Godefridi liberis denique vim ac bellum per Legatos deprecantibus pax conceſſa. Quarum rerum gratiâ tot Procerum conuentus publicitus indicti, tot habita Comitia, tot denique expeditiones ſuſceptæ. In quibus omnibus neque cordati Imperatoris animus negotio defuit, neque decretis labos. Ità in omnes Regni partes Auguſta vigilantia vires ſuas extendit. Vnde factum, vt quum ſollennis illa Normannorum graſſatura ab ipſius Regnis iniuriam abſtinere cogeretur, omnem violentiæ ſuæ impe-

Ludouici Pij vigilantia ac ſolicitudo in tranquillando Regni ſtatu, & Prædatorũ graſſaturis terrâ marique comprimẽdis.

Hoc eſt vtile, hoc ciuile Imperium.

Elogium de eo, ac iudicium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tum in Britannos vel potius Angloſaxones conuerterint. Quæ quidem anteà imperante adhuc Carolo aliquoties graſſata, ac ſubinde repreſſa: tunc demùm multò effrænatius, ne dicam furioſius, torrentis inſtar fluminis efferbuit atque erupit. Exin complures annos ſtupris, rapinis, cædibus, incendiis per ipſas opulentiſſimæ Inſulæ medullas quaſiq́ue venas ac vitalia immaniſſimè debacchati: donec oppreſſis Orientalium Anglorum ac Merciorum Regibus, eorundem Regna cum magnâ Northumbriæ parte ambitionis atque auaritiæ ſuæ prædam fecerunt. Cæterùm ea Dominatio diuturna non fuit, poſteaquam reperti vindices, quos externæ Tyrannidis acerbitatem pertæſos vires opeſque ſuas circumſpicere ac Danorum rapacitati obuiam ire extrema aliquando ac fatalis tandem neceſſitas perpulit. Sic paullatim importuniſſimæ gentis faſtus ac ferocia contuſa, quæ nimium otij impatiens per XXX & CC annos bonam Britanniæ partem hoſtiliter peruagata, quamuis multis ſæpe præliorum caſibus attrita, viris, armis, oppidiſq́ue quæ ceperat cum omni prædâ amiſſis; nunquam tamen defeſſa fuit cum Inſulæ illius Regibus armata de imperio certare: reparatis ſubinde viribus ac reſtibili fæcunditate (veluti Hydra quædam) repullulans ſemper, pertinaci aduerſus Deum totq́ue ac tantas ſuorum clades contumaciâ

Normannorum violentæ in Britanniam irruptiones,

Ipſis etiam Regibus formidoloſæ; quibus aut Regni deſerendi, aut turpiter ſeruiendi flagitioſa neceſſitas impoſita.

Quondam etiam victis redit in præcordia Virtus.

Macte virtute.

Eſt'ne viris reliquum aliud, quàm ſoluere iniuriam, aut mori per virtutem?

Præfracta Normannorum ac planè indomita in rebus quamnis afflictiſſimis obſtinatio.

tumaciâ, neque finem niſi excidio habitura. Atque hoc ipſis haud leui aut mediocri ſolatio eſſe debet, quòd popularium ſuorum cædem quos nocturna Inſularium coniuratio (nihil minus quàm vim nedum lanienam expectantes) in ſtratis ſuis conſopitos veluti pecora trucidauerat, egregie vlti, prælio ſuperiores diſceſſerint: quòd auſpiciis Suenonis, eiecto Ethelredo, vniuerſum Anglorum Regnum per annos viginti continuos armorum virtute quæſitum integri atque inconcuſſi poſſederint: quod Anglos tanto tempore Vectigales habuerint, pacem à victoribus * Tributi annui repræſentatione redimere coactos. Atque hæc ab illis patrata non totâ Regni mole, neque in vnum conglobatis Aquilonarium populorum viribus, ſed ſubitariis (vti apparet) expeditionibus, ex omni popularium numero parte voluntariorum tantùm in ſubſidium belli aſſumptâ. Quamquam quid tricor, quum ex Weſtmonaſterienſi illo iam toties à me laudato perſpicuè conſtet, innumerabilem illam Arctoi orbis multitudinem, licet cõmuni Danorum ſeu potius Normannorum nomine ac ſchemate ſeſe occultantem, ex promiſcuâ diuerſiſſimarum gentium colluuie per prædarum ſocietatem in vnum coöluiſſe. Idq́ue probabilius videtur. Sed verba ipſa Tragicæ indignationis pleniſſima operæpretium fuerit huc adſcribere:

Compẽdioſa quædam rerum à Normannis in Britanniâ geſtarum enumeratio.

Miſeram verò Inſulariorũ ſub alieno Dominatu, hoc eſt, Normannico ſub iugo anhelantium cõditionem!

Cui à Danorum gente id temporis Danigeldi nomen indidit Idiotiſmus Anglorum. Vide Britanniam Cãdeni, quo loco idem de Danis agit, & quidem particulatim.

Hinc effrenis illa atque indomabilis multorum capitum bellua, immò excetra verius, ad quam exſtirpandã, Iölai auxiliis opus habeat inuictus ille monſtrorum domitor Alcides.

Miſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

A. DCC XXXIII.

Ex Matthæi Weſt-monaſterienſis Chronico, pag. 302.

*Miſit ergo Angligenis nationibus Deus omnipotens gentes Paganas, crudeliſſimas, velut apum examina, quæ ne quidem ſexui muliebri, aut paruulorum parceret ætati, Danos ſcilicet, & Norwegenſes, Gothos, & * Swatedos, Wandalos, & † Freſos, qui ab exordio Regis Æthelulfi vſque ad Normannorum aduentum, per annos fermè* CCXXX. *terram hanc peccatricem, à mari vſque ad mare, & ab homine vſque ad pecus deleuerunt, &c.*

* Eſ[...] quos Su[...] ſiue Sue[...] hodie v[...] tamus.

† Atten[...] Friſios [...] ſcri in [...] Claſſe.

IANI

IANI DOVSAE NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER TERTIVS.

BREVIARIVM LIBRI.

INAVSPICATA Normannorum in Flandricum littus exſcenſio. Vici cuiuſdam Aquitanici direptio ac vaſtatio, iiſdem auctoribus patrata. Flagrantiſsima Bernardi (Septimaniæ Ducis) apud Iuditham Imperatricem ipſumq́ Ludouicum gratia, execrabili trium aduersùs patrem filiorum coniurationi facem præluxit. Eam Principis exauguratio in Monaſterium detruſi, Iudithæ captiuitas, ac ſubditorū in partes euntium diſtractio, Fæderis denique inter Francos ac Normannos identidem integrati violatio ſequuta: ipsâ ſcilicet locorum opportunitate ac guſtatis anteà Prouincialium ſpoliis gentem illam prædatricem vltrò ad ſe inuitantibus. Hinc vtriuſque Franciæ quies iterum ſolicitata: Batauodurum, Andwerpia, Wittha Ciuitates funditus direptæ vaſtatæq́; ſeras poſt bellum ſuppetias adferente Ludouico. Eius ſuper Cometæ ſideris effectu cum Aimono (fideliſsimo illorum temporum narratore) Regiæ magnanimitatis plena diſſertatio. Walchria Normannis vectigalis facta. Doreſtadum iterum direpta. Tributum Friſonibus imperatum extortumq́. Quæ res claſsis contra Normannos inſtaurandæ Ludouico Imperatori cauſam præbuit. cuius deceſſu, Liberis inter ſe de Hæreditariâ paterni auitiq́ Principatûs ſucceſsione acriter contendentibus, à verborum velitatione ad arma decurſum; ac Lis omnis cruentiſsimi illius ad Fontoniacum prælij euentu deciſa. Cuius clades maximè effreni Normannorum violentiæ in ſubiectas Francorum ditioni Prouincias aditum patefecit. In quâ claſſe nos etiam id temporis vnà cum Friſiis numerati. Quibus aliquoties anteà ſubiugatis, poſt Coloniam,

*(Vbiorum Metropolim) obſeſſam; Hamburgum etiam ex-
ciſam: remoto iam vindicis Imperij metu; inſtar procellæ,
vniuerſum prope terrarum orbem inundauere: ipſo etiam
Lothario Imperatore, pertinace in fratres odio, Paganiſmo
aſſenſum ſuum commodante. Quo auctore noui quoque in
Saxoniâ motus exorti, ac Stellingarum factio, in Chriſtianæ
Religionis ac patriæ Nobilitatis exitium coniurata. Qui
maturè à Lodouico Rege compreſſi meritas rebellionis ſuæ
pœnas exſoluêre. Prima Normannorum in mediterraneas
Gallici Regni partes debacchatio. Famoſa eorundem de ipſo
Carolo Rege victoria. Qui grauioris belli metu, grandi pe-
cuniæ ſummâ vltro Pacem à Paganis mercatur. Inde inter
redeundum curſu per medios Flandros in has regiones di-
recto, ternis cum Friſonum gente prœliis congreſſi, priore
victi, duobus alteris victores ac prædæ compotes diſceſſere.
Secunda Hamburgenſis Caſtelli; tertia Doreſtati Oppidi
depopulatio. Cuius Præfecturæ Roricus olim Beneficiario
iure à Ludouico Pio impoſitus, mox Lotharij iuſſu ob perfidiæ
ſuſpicionem comprehenſus, elapſusq; de cuſtodiâ, atque in
Germaniæ Regis partes transgreſſus, occupatâ per vim Do-
reſtado, Imperatori tandem reconciliatur, atque ex hoſte
Cliens factus pro Imperij Limite acerrimè propugnat. Vn-
de Rheni portubus prohibiti Normanni, in Sequanam de-
nuò vires ſuas atque impetus conuertunt; eo ſucceſſu, vt
Rex Francorum Carolus cum Rege ipſorum Godefrido ſo-
cietatis fœdus ſanciuerit, Neuſtriæ parte Paganis illis ad
habitãdum conceſſâ. Quo exemplo moti etiam Sorabi Fran-
corum Orientalium fines incurſant. Quos vltum it Rex
Lodouicus, fame potius quàm ferro, continuâ obſidione
preſſos, domiturus. Quâ neceſſitate deditionem facere com-
pulſis ac pœnam ſuppliciter deprecantibus, gratia delicti
facta. Genaldus Normannus, patriâ extorris, à Lodouico
comiter acceptus Chriſto dat nomen; mox proditionis inſi-
mulatus capite ſupplicium luit. Rurſus Friſiam infeſtant
Normanni. Vnde curſu in Gallias directo, initâ cum Bri-
tonibus ſocietate, Ligeris oſtia ingreſſi Nannetes occupant,
non ſine miſerandâ oppidanorum ſtrage. Cuius exempli me-
tu Andegauum ac Turones oppida, fugâ ciuium deſerta,*

portis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

portis vndequaque patentibus victores admiſere: ſera interim auxilia oſtendente Carolo Rege; qui deſperatâ victoriâ, cum Normannis pretio decidit, parte Regni (vti & prius) iiſdem ad incolendum aſsignatâ. Quos mox Lotharingiâ vaſtatâ ac Friſiis debellatis, tot Prouinciarum ſpoliis onuſtos, domum reduces, noui ciuilium diſsidiorum æſtus excepere; Rege Normannorum Gudure ac patruo eius Horico pænè vſque ad exitium gentis inter ſe concurrentibus. Sic Pagano ſanguine tot piorum Martyrum Manibus ritè parentatum.

DIFFICILIOR in Galliarum littora exſcenſus: intentiſſimo ad quoſcunque externorum motus Ludouico, portuſq. atque aditus omnes militaribus præſidiis circumquaque obſeptos à prædatoriis incurſibus tutos indemneſq. præſtante: (vti ſuperiore libro demonſtratum) niſi quòd in Flandrenſi ſolo non nihil detrimenti acceptum à piratis Normannis, qui XIII. nauigiorum claſſiculâ extima Galliarum littora venerant depopulatum. cæterùm non pro ſpe excepti à *Flandrenſis Limitis Cuſtode, ac militibus, qui prouiſu Imperatoris iis locis præſidebant. Sic quoque tamen tuguria aliquot & caſulæ incendio per incuriam conſumptæ, atque aliquantus pecorum numerus abactus. Mox ad Sequanæ fluminis oſtia quinque ſuorum interfectis conſimilem repulſam paſſi, omnes irarum fluctus in Aquitanos effuderunt; direpto vaſtatoque Vico, cui vocabulum *Bundium. Vnde opulentâ aucti

A. DCCCXX. Aimonũ conſule, itẽ Scriptorem innominatum à Pithæo editũ in vitâ Ludouici Pij; Meierum deniq; Annal. Fland. lib. II.

** Ab Aimono Flendrenſe littus nominatur.*

** Ita diſertim legitur in Aimono: alij Buim præferunt.*

Normannorum in Flandriæ littus exſcenſio minus proſperè tentata.

Vicicuiuſdã Aquitanici direptio ac vaſtatio per Normannos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

prædâ vorſoriam ad ſuos cepere. Sed enim hæc furtiuis expeditionibus tantum ac latrocinij ſchemate patrata, manentibus adhuc intra pactionis leges Normannorum Regibus (Godefridi inquam liberis) quibus, cum Harioldo id temporis aſſiduè contentionis funem ducentibus, vacuum non erat de iuſtis claſſibus inſtruendis cogitationem ſuſcipere; aut cupiditates ſuas (Britannicâ prædâ pro tempore utcunque placatas) in longinqua terrarum ire extenſum. Commodiorem proinde occaſionem exſpectare placuit, quam belliſſimam ipſis viſa ſubminiſtrare interna Francorum mala; ſimultatum ac diſcordiarum ſemina occultè inter ſe fouentibus Palatinis (ciuilium bellorum lituis) ita plæriſque animatis, vt pari dolore commoda aliena, ac ſuas iniurias metirentur: odio * Bernardi maximè quem Auguſti ipſius thalamos polluiſſe, non iam ſecretis colloquiis, ſed palam atque apertè fremebant. Et verò Bernardo flagrantiſſima Imperatoriæ Aulæ gratia inuidiam; nimia verò Auguſtæ familiaritas ſiniſterius de ipſo exiſtimandi auxerat ſuſpicionem: obnoxio vxoriis iuſſis Principe, atque ad vnius fæminæ nutum cunctas Imperij ſui rationes conformante. Hinc ira & queſtus, &, poſtquam aures fruſtrà indignantibus obſeratæ, remedium ex bello quæſitum. Cui filiorum impietas in patrem, rebellio ſubiectorum in Principem ſuum

Liberorum Godefridi Regis cũ Harioldo de Regni ſucceſſione controuerſia rei Chriſtianæ vtilis oppidò ac ſalutaris.

Vnde per domeſticas Normãnorum diſſenſiones dilata magis prælia, quã Pax Regno Francorum data.

Vt patuit, quum impunitius eoſdem inuadendi occaſio oblata.

Felicitatis comes Inuidia.

Bernardus, Cubiculariorum Principis Decurio, apud Iuditham (trium Auguſti filiorũ nouercam) plus æquo gratioſus.

Quæ res, quaſi fumus, acrem aduerſariorũ oculis dolorem concinnauit, ac veluti ſtrabos effecit.

Hinc ad arma ac ſaga clamatũ, proceſſumque ad bel-

Vide ſuprà lib. 11.

**Quem D... cem Septim... nia, ac G... thicanoru... Comitem... cit Paul... Æmilius. Quem vid... lib. III. ... vitâ Lud... uici Pij.*

ſuum ciuilis diſſidij faces præluxere. Itaq. pænè à fundamentis ipſis conuulſa Imperatoria Domus, rerum humanarum ſpectaculum præbuit. In quo ante cætera Principi Pientiſſimo illud luctuoſum nimis modiſque omnibus indignum atque intolerabile accidit, quòd liberorum abs ſe alienationem Regnorum etiam atque ipſius Romani Pontificis defectio ſequuta. Nec iniuriarum modus, deturbato primùm ab Aulæ gubernaculis Bernardo, ac per eius latus ipſius Auguſti caput vno eodemq́ue ictu petitum; cuncta ſcilicet ad ſe viuo ac vidente patre trahentibus filiis, vt qui ſupremum omnium rerum arbitrium de compacto iam anteà (ceu capitali quodam, immò toti Europæ metuendo, conſtituto in Galliis Triumuiratu) inter ſe fuerant diſpartiti. exemplo nimium pernicioſo, & poſt natum Francorum Regum nomen vſque ad id tempus inaudito. Nam cui obſecro parſura, quémve finem denique ambitioni vel ſæuitiæ ſuæ poſitura tam effrenis tamq́ue omnibus ſeculis deteſtanda Coniuratio? cui parum fuit æmulos ſubuertiſſe; ipſam Auguſtam, ream prius impudicitiæ peractam, & Principalis thori pariter & filij vnici conſortio ſpoliatam, in Veſtalem cellam ac dicata Sacrarum Virginum contubernio Septa concluſiſſe, niſi & parentem ſuum (Imperatorem dico) Auguſtiſſimo ſolio deiectum, nouo capitis

lum impiũ & plus quàm ciuile.

Non ſine maxima ac grauiſſima cum Imperij labe, tum totius Chriſtiani nominis infamiâ.

Bernardi (Septimaniæ Ducis) excuriationem ipſius quoque Principis exauguratio ſequuta.

Summam rerum atque Imperij ad ſe trahentibus Ludouici filiis.

Eorumdẽ Triumuiratus.

Iuditha Auguſta in Sacrarum Virginum, Ludouicus Imp. in Monachorum clauſtra relegati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tonſu ac Religioſo habitu Cucullioni ſimiliorem quàm Principi, in Cœnobij clauſtra detruſum, appoſitis inſuper cuſtodibus, relegarent. quum eundem anteà Baltheo Equeſtri, tum Sceptro ac Diademate cæteriſq. Regni inſignibus exuiſſent. Quæ quidem res Normannis imprimis cauſam præbuiſſe videtur ſollennis illius fœderis * de ſubitò abrumpendi, quod toties anteà cum Imperatore pactum ſubinde renouari ac confirmari, ambitioſiſſimis precibus per Legatos, vltrò ac tantum non ſupplices exambiuerant. Incerti Scriptoris Annales à Pithæo primum publicati, hanc fœderis violationem in annum partæ ſalutis DCCC-XXIIX incidiſſe prædicant: ſimul caſtra Francorum direpta ab Normannis, palam incẽdia & rapinas inſtaurare cupientibus, & rurſus aduerſum Chriſtianam Religionem manus armare: idque per incuriam maximè ac negligentiam illorum quibus Limitum Cuſtodia fuerat demandata. Vnde reſeratis quaſi carceribus prorſus calamitoſa in ipſum Francorum Regnum irruptio ſequuta, prædæ multiplices actæ, cædes paſſim editæ, inflammata templa, incolæ in ſeruitutem abducti; atque hæc impunè omnia. Neque mirum, adeò exulceratis inter ſe factionum Ducibus: neque Præfectorum aliquo externæ vexationi obuiam ire, vel in commune conſulere auſo. Ei rei indicio fuerit Ludouici ipſius Pij expreſſa

Normanni Pacis cum Francorum Regibus toties renouatæ, atque interpoſiti inter vtrãque gẽtem fœderis manifeſti violatores.

* *Neque vl… lis de more præmiſſis F… cialibus.*

Vi ac ferro cauſam, Stratioticum prorſus in morem, hoc eſt, militariter dicturi.

Marchionum, ſiue Comitum Limitaneorum incuria ac ſegnities taxata.

Nemo enim celerius opprimitur, quàm qui nihil timet: & frequentiſſimum initium calamitatis, Securitas. Velleius.

Ludouici Aug. miſerabilis ac plena querimoniarum Epiſtola;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

preſſa per epiſtolam Conqueſtio: non illa quidem edita aut typis vulgata (quod ſciam) verùm à * Papirio Maſſono oculati teſtimonij loco in medium producta; in quâ Rex ille anteà Auguſtiſſimus, iam ſe minor factus, apud Patres Conſcriptos qui ad * Concilium Pariſienſe frequentes conuenerant (præter ea quæ recenſuimus modò) Regni ſui ærumnas, famem continuam, peſtemque & Tyrannorum audaciam, qui pacem Reip. Chriſtianæ & vnitatem Imperij ſcindere conabantur, Tragicum prorſus in morem lamentatur. Neque apud nos intereà Halcedonia. Siquidem locorum opportunitas fecit (vti ſuperius oſtendimus) vt conſpicui Scopi inſtar ſic velut collineantium ſagittis expoſiti, ac nuſquam non intra telorum iactum, primos ſemper ictus impetuſq. exciperemus. deinde quum profundæ adeò ac vallatæ importuniſſimorum hoſpitum (inuitis ſemper atque imparatis ſuperuenientium) ingluuiei pariter ac rapacitati explendæ harum Prouinciarum reditus prouentuſque non ſufficerent, poſtquam quidquid vncti habueramus abſumptum, paullatim porrò ad vlteriora gradus factus. Tametſi graſſaturæ illæ in municipum noſtrorum ac vicinorum perniciem toties repetitæ ſpeciatim monimentis proditæ non fuerint: ingeniorum penuriâ maximè, quæ vel particulam ſaltem Iliadis malorum noſtrorum literis con-

*Lib. Annal. II. in vitâ Ludouici Pij.

*Id Conciliũ habitum fuit A. 829.

Inclinati Imperij Statum, ac temporum ſuorum infelicitatem Tragicè lamentantis.

Neque nos intereà in his locis à Paganorum iniuriis ac turbamentis immunes.

Eoſdem ad ſe cumprimis inuitante ipsâ locorum opportunitate.

Procul à Batauis hoſpitũ hoc genus, meis, Quod obuenire non niſi hoſtibus velim.

Vera ac iuſtiſſima ſuper ſcriptorum apud nos inopiâ conqueſtio.

Quorum deſiderio laborantes, rerum per noſtrates antiquitus geſtarũ notitiam ab externis vicinarum gẽtium Hiſtoricis mutuari neceſſe habemus; atq. his velut ſupplementis egeſtatem noſtrã ſarcire.

conſignarent. Quibus deſtituti, ex vberrimis illis Germaniæ ac finitimorum Regnorum commentariis res noſtras exſculpere; atque hinc opportuniſſimum quodque excerptum in Hiſtoriæ huius vſum transferre, Patriæque noſtræ expenſum ferre cogimur. non niſi de alieno largi ac liberales.

Pudenda an miſeranda potius nuper cõfictorum Patriæ noſtræ Annalium fabuloſitas exploditur.

Et verò antiquiora illa Annalium noſtratium quid niſi manifeſtè delirantium ſomnia, vel mera potius mendaciorum ſeges? vnde nobis ſanè meſſem facere haud placet.

Ite Placẽtini procul hinc, Aretaloga turba. Veronenſis ego Laudenſes arceo & odi, Certa ferens certis Auctoribus: ite Traguri.

Turonenſis, Aimoni, Adonis, Contracti, Reginonis, Ditmari, Wittikindi, Helmoldi, Hilfeldenſis, Sigeberti, Stadenſis, ac ſimilium Scriptorum potius Auctoritatem ſequi conſilium eſt; ea referentium, quibus vel ipſi coram interfuere, vel quæ non niſi ex oculatorum teſtium relatu, vel certè ab ſuperiorum temporum exploratæ fidei Hiſtoriographis accepta. E quo genere omnia ea fore audacter profitemur, quæ deinceps toto hoc volumine ordine perſequuturi.

Galliarum quies iterum à Normannis ſolicitata.

†Apud Sigebertum igitur anno Salutis DCCCXXXVII. Gallias grauiter à Normannis infeſtatas comperior, *Doreſtado Vrbi (quam Batauodurum antiquitus appellatam docet nos Tacitus) vaſtitiem inductam,

Batauodurũ, Andwerpia, Wittha ciuitates, ab iiſdem direptæ vaſtatæque.

†Andwerpiam Ciuitatem ad Scaldim, & Wittham (Emporium ad oſtium Moſæ poſitum) ferro ac flammis deformatas: Friſonibus (in quibus & nos id temporis nomen noſtrum profeſſos

haud

haud abnuerim) Tributum imperatum exactumque. Quæ omnia Imperatori nunciata iter eius in Italiam, Vrbis ac Pontificis videndi cauſâ inſtitutum, penitus abrupêre. Qui rebus omnibus poſtpoſitis, nihil prius habuit, quàm exotici belli flammam, ſi non in ipſo ortu, at certè in procurſu reſtinctum ire defenſumque, priuſquam ad Regni ipſius penetralia (ſicuti prius factum) incendij labes peruaderet. Quæ res itidem argumento eſſe poteſt, (id quod antea quoque prædicauimus) quantopere Piiſſimus Princeps commendatam habuerit ſibi publicam Prouincialium ſuorum ſecuritatem: cui parum viſum auſpiciis ſuis ex propinquo, per Duces ac Legatos bellum adminiſtrare: aut Comitibus, ſiue Marchionibus ſuis, ad quos propriè curatio ea pertinebat, demandare Limitum cuſtodiam; niſi ipſe iam Sexagenario maior, inter tot doloſo cineri ſuppoſitos ignes (quos filiorum de Principatu cum patre ac Iuniore fratre contendentium flabella premi potius quàm extingui patiebantur) in tantis inquam turbulentiſſimi Imperij procellis, in rem præſentem, hoc eſt, in Friſiam, parato inſtructoque exercitu, Normannorum iniurias perſequuturus properaret. Qui patratis quas paullò ante memoraui rapinis, cædibus, incendiis, non expectato tam parati vindicis aduentu, côſcenſis nauibus, in tutum ſeſe cum omni

Friſij Normannis tributarij redditi.

Ludouici Imp. pro ſalute Prouincialiũ anxietas ac ſolicitudo.

Ex formulâ Cautionis illius Enniana: Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum:
Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.

Serius tamẽ quàm oportebat, ac depugnato iam prælio, ne dicam cænâ comesâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Normannis tempeſtiuâ fugâ dilapſis, atque omni prædâ in tutum ſubductâ.

prædâ maturè ac tempeſtiuè ſubduxerant; câ celeritate vſi, vt ipſorum abitio fugæ quàm receptui propior videretur. Atque ità coörta ab Aquilone horrida illius anni deſæuiit tempeſtas: haud paulò etiam inclementius cum in nos tum vtrique Friſiæ circumiectas nationes in proximum veris tempus debacchatura. Quâ tempeſtate, præter alia de cælo ſeruata prodigia, (dirum ſemper ac ferale Regibus oſtentum) Cometem ſidus in ſigno Virginis apparuiſſe, & quidem per * quinque ac viginti dies continuos, fidem multò certiſſimam Francorum nobis faciunt Annales: atque ante cæteros Aimonus oculatus ſpectaculi illius teſtis. Qui & ipſum ſeſe (ceu talium rerum non imperitum) ſuper hoc oſtento, quid videlicet portenderet, aut cuius piaculari capiti exitium minaretur, ſeriò conſultum ac minutatim interrogatum narrat. Quo loco familiare adeò inter Aimonum atque Imperatorem colloquium, tùm ſuper eâ re plenos vtrique magnanimitatis Regiæ à circumſpectiſſimo Principe habitos ſermones, haud alienum fuerit conſiderare. Sed enim effectus eius ſideris ad ipſum fortaſſe Imperatorem pertinuerit: qui ſeniône, an morbo, an potius filiorum conſilia eius vſquequaque diſturbantium, factionibus præpeditus; tantiquè Imperij mole ac tædio curarum feſſus, efficere non potuit, quò minus Normanni proſperis

Cometes ſtella imminentium malorum nuntia.

* Incert[illegible] Annalium Scriptor p[illegible] trinoctium tantùm S[illegible] lā Come[illegible] apparuiſſe ſcribit in ſ[illegible] gno Libr[illegible] idq; ad [illegible] Idus Apri[illegible]

Aimonus Francorũ Annalium ſcriptor Ludouico Pio coætaneus.

Libro de [illegible] ſtis Fran[illegible] v. cap. [illegible]

Eiuſdem familiariſſima cum Imperatore confabulatio.

ſuperioris

ſuperioris anni ſucceſſibus elati, iteratâ armatarum nauium claſſe denuò in Walachriam Inſulam audacter irruptionem facerent. quam vectigalem etiam ſibi ac dicto audientem reddidere, Eggihardo eius loci Comite, & Hemmingo Halpdani filio fortiſſimè pugnando cæſis; aliiſque compluribus ferro vel fugâ extinctis. idque ad xv Kalendas Iul. anno partæ ſalutis octingenteſimo triceſimo ſexto eueniſſe, Innominatus à Pithæo editus Scriptor aſſeuerat. Vbi aliquamdiu commorati, extortâ prius ab Inſularibus grandi pecuniæ ſummâ, ad Doreſtadi Vrbis direptionem conſilia ac vires ſuas conuortere. Quâ patratâ, exactoq. inter redeundum cum à nobis tum Friſonibus Tributo, in patriam ſeſe onuſti prædâ atque ouantes receperunt. Quæ res cumprimis Imperatoris animum accendit, iniecitque de naualibus copiis in annum proximum inſtaurandis cordatiſſimo Principi cogitationem. Quæ etiam ad effectum perducta, reparatâ claſſe, ſimul præſidiis militaribus per regionum interualla ac Prouinciarum Limites opportunè diſpoſitis. Quâ quidem cautione piraticæ Normannorum auiditati frænnm aliquantiſper iniectum: donec Ludouico Imperatore, partim animi ægritudine ob filiorum diſcordias, partim ſenectâ & morbis inualido, Normannis more ſuo aliena inuolare, ac latrocinia propoſitis quaſi ſpoliorum

Walchria Normannis vectigalis facta.

Doreſtadi Ciuitatis direptio.

Etiam Friſij à victoribus Normannis ad Tributum vocati.

Noua contra Normannos claſſis fabricatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

præmiis exercere, haud ignaua ſanè neque degeneris animi cupiditas inceſſit. Ac primùm quidem Friſij imperata facere, atque ingenuas ceruices barbarico iugo ſubmittere coacti: mox etiam Rheni atque Albis faucibus frena Normannorum virtute iniecta.

Friſij denuò à Normannis infeſtâtur.

A quibus, aduerſo vtriuſque amnis flumine ſubuectis, hinc Agrippinenſium Coloniæ obſidium; inde Metropolitanæ Nordalbingorũ Ciuitati Hamburgo etiam exſcidium factum.

Colonia obſidetur.

Hamburgum exſcinditur.

Siquidem hanc totam vel ferro vel incendio vnà cum Bibliothecâ, veterum Librorum theſauris instructiſſimâ, conſumptam Abbas Stadenſis in Chronico ſuo grauiſſimè conqueritur. Sed hæc vtcumque tolerabilia, præ calamitatibus illis extremis quæ Ludouici Aug. exitum ſubſequutæ: quum inter filios ac nepotem (eius ſucceſſores) ſuper Hæreditariâ paterni auitique Principatus, in quatuor iam velut Tetrarchias partiti, iniquâ nimium (id quod Lothario ac Pipino videbatur) diſtributione, alieniſſimo ſanè tempore; fatalis neſcio quæ contentionis rabies exarſit.

Ludouici Pij Auguſtiſſimi Francorum Regis obitus.

Liberorum eius de Regnorum inter ſe diuiſione controuerſia.

Cuius inſtinctu denique, poſt tot irritas Legationes, totque Auguſto fratri à Caluo nequicquam oblatas æquiſſimas Pacis conditiones, ad Bellonæ ac Martis Tribunal Prouocatio facta; ac Lis tandem ferro deciſa, commiſſumque cruentiſſimum illud, nec Francorum nomini modò ſed toti etiam Chriſtianiſmo luctuoſum,

Armorum tandem judicio terminatur.

Prælium ad Fontoniacum, quo vniuerſa Francorum

De totâ hac re plenius cõpertiuſq́ꝫ ſcire qui volet; ei verò ego Francorum à Pithæo editos annales, Aimonum, Reginonem, Ottonẽ Friſingenſem, Adonem, Sigebertũ, Stadenſem; atque è recentioribus Paulum Æmilium, Crantzium, Meierum conſulendos cenſeo.

ſum, in Antiſſiodorenſi agro prælium. Quid dico, Prælium? immò Laniena verius. Heu, quàm acerbum illud ac plus quàm Tragicum, Spectare conſerentes inter ſe manus Chriſtianos excercitus, & colliſa inter ſe trium fratrum vniuſque nepotis nobiliſſima Europæi orbis capita, armáque ab externis in ſemet ac ſuos conuerſa.

Nobilitas tantum non ad internecionem cæſa.

Cadmæa victoria.

Eius cladis deteſtatio.

Et mirum, ſi hoc veluti claſſico exciti Populi illi Septemtrionales, qui anteà Gallicani Oceani inſulas tantum, vel etiam continentis littora nauigiis ſuis prædatoriis infeſta habuerant; remoto iam vindicis Imperij metu, non clandeſtinis vltrà expeditionibus, neque graſſaturæ ſpecie, ſed iuſti belli mole, hoc eſt, Regiis claſſibus copiiſque inſtructi, ſeſe è contemtis metuendos effecerint? ſi, in vnum aggregatâ tot conuenarum gentium multitudine, vniuerſo terrarum orbi veluti diluuio quodam ſuperfuſi, ſtupra, rapinas, cædes atque incendia palam atque impunè exercuerint, ipſis etiam Francis formidabiles? hoc præſertim tempore, quo, conuerſis ad ciuile bellum Principum iuxtà ac prouincialium animis, Imperij extrema ſine curâ habebantur: prædæ pariter ac pœnæ expoſita: cupientiſſimo (ne quid malis deeſſet) ipſo Imperatore Lothario: vt qui, * rebus ſuis ob defectiones ſociorum ac crebra ſubdito-

Quæ infeſtiſſimis Chriſtiani nominis hoſtibus rectâ in has regiones, immò in ipſa Galliarum viſcera audacius impunitiúſque debacchandi aditum patefecit.

Digna tãtorum laborum præmia ſi licet.

Heu ſcelus, heu facinus.

P 3 rum

* *Super totâ hac re Nithardi Hiſtoria conſulenda, quam idem ille oculatæ fidei teſtis de diſſenſionibus filiorum Pij ad annum vſq. 843 quatuor libris cõplexus. Quem eundem eſſe arbitror cum eo Auctore, qui Vitaldi nomine in vitâ Ludouici Pij laudatur à Maſſono, Nobiliſſimum eundem ſcriptorem appellante: haud immeritò ſanè, vt qui ipſi Carolo Magno ex Berthâ filia Nepos audierit.*

rum tranſugia diffiſus, de Chriſtiano Principe tantum non ſemipaganus, ac publicæ cauſæ Præuaricator factus; aduerſus fratrum ſuorum potentiam cuiuſuis exotici populi vires creſcere, quàm ipſe minus valere, optatius ſibique ac fortunæ ſuæ conducibilius exiſtimaret. Itaque idem etiam Normannos, in partes ſuas pellectos traductoſque, ad regnorum vtriuſque confinia infeſtanda ſolicitauerat: palam impunitate iiſdem propoſitâ, non ſolùm Paganiſmi exercendi, ſed & Chriſtianos quoſcunque, ſub Ludouici vel Caroli imperio degentes, ad libitum deſpoliandi poteſtate conceſsâ. Quorum etiam imperio partem aliquam prouincialium, Fidem noſtram profitentium, idem vltrò ſubiecerat. Nec contentus genti Chriſtiano nomini infenſiſſimæ, aduerſus verum Dei cultum animique ſui conſcientiam, Auguſtum fauorem atque auctoritatem ſuam commodaſſe; inſuper etiam Saxones, quorum maioribus MAGNVS ille (auus ipſius) Carolus, ad manſuetudinem pariter ac noſtram Fidem traducendis, tantum ſudoris ac ſanguinis per tot annos impenderat: à fraternæ ditionis iure diuulſos partibus ſuis aggregare fuerat conatus; liberâ iiſdem ad auita Sacra (tanquam canibus ad vomitum) ac Idolorum, quæ ſub MAGNO illo iampridem eiurauerant, venerationem redeundi, ſi vellent, licentiâ permiſsâ. Quâ Impera-

Sic qui pax mundo eſſe debebant, Fax ſunt.

Anno 843.

Hoccine eſt Imperatorem eſſe, hoccine Chriſtiani orbis Principem?

Bello enim Saxonico poſt xxx annos demum finis à Carolo Magno impoſitus. Tam diu Saxonia vincitur.

Nota vulgi inconſtantiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Imperatoriæ conceſſionis fiduciâ auribus plebis delinitis, incredibile eſt memoratu quanta Saxonũ multitudo à Religione noſtrâ ad maiorum ſuorum Paganiſmum reuoluta Baptiſmo pariter ac diuino cultui renunciauerit. Frilingi præcipuè, ac Lazzi, quos Ingenuorum, ac Seruorũ appellatione Latinè poſſumus interpretari. Quorum plerique prauis Lotharij pollicitationibus inducti, neq. anteà voluntate alienati, nouo ſibi Stellingarum nomine impoſito, quaſi ad vexillum ac Pileum vocati, initâ inter ſe conſpiratione in Dominos ſuos atq. Optimates arma cepere. eoq́. proceſſum, vt vniuerſâ Nobilitate è Regno exturbatâ, Laribuſque ipſorum occupatis; reductâ auitâ Religione, ſine legibus, ſine imperio liberi atque ſoluti vitam agitare animum inducerent: humani pariter ac Diuini Iuris obliti. Ac niſi Rex Germaniæ Lodouicus, veritus ne* Normanni, in omnes cum Dominationis tum Idololatriæ ſuæ augendæ occaſiones intenti; ac nouis Saxonum rebus ſuprà quàm cuiquam credibile ſit fauentes; vnà cum iiſdem ac vicinis Sclauorum populis, Saxonicam nationem per mutua connubia affinitatum vinculo complexis, ſocietatem componerent, atque ità iunctis in vnum viribus totum Saxoniæ Regnum ſceleris ſui prædam facerent: Coloniam vſque cum exercitu progreſſus, vindicem ſe Nobilitati adfuturum in tempore

Noui per Saxoniam motus.

Stellingarũ factio ad rebellionem vſque, ad Chriſtianæ Fidei eiurationem progreſſa;

A Ludouico Rege in tempore comprimitur.

Sclaui Saxonum ſocij, immò affines.

Etenim vniuerſam Saxonum gentem in tres ordines, hoc eſt, in eos qui Edhilingi, i. Nobiles, Frilingi, ac Lazzi patrio ipſorum ſermone vocitantur, diſpartitam fuiſſe, ex Nithardi Hiſt. lib. 4. docemur. Ac primos quidem illos (Nobiles dico) in exitiali illâ trium Fratrum diſſenſione bifariã diuiſos partim Lothario, alteros Ludouico ſtuduiſſe.

** Normanni Saxonũ vicini, Sclaui etiam affines: vtrique Idolorum cultores ac Paganiſmo addicti.*

pore

Pax cum Lothario. pore denuntiaſſet, ac mox pace cum Lothario conſtitutâ, de ſeditioſis illis (quos Stellingarum nomen ſibi indidiſſe narrauimus

Ludouici in Seditionis auctores animaduerſio. modò) ſupplicium ſumere maturauiſſet; profectò cuncti, aut magna pars Saxonum (ſi tamen Optimates excipias) fidem exuiſſent.

Meritiſſimum Regiæ illius victoriæ Elogium. Quid prius in hac mirere expeditione? celeritatem; quòd intrà non totum quadrimeſtre ſpatium tanto itinerum interuallo, bellum cæptum ſimul ac patratum? an felicitatem; quòd pænè citra ſanguinem, ac paucorum capitum iacturâ, tantæ rei gloria conſtiterit? an effectum potius, quòd Saxones amplius Idololatræ non fuerunt? Rara certè & glorioſis Caroli Magni geſtis æmula victoria illa Ludouici: terrori in præſens, munimento in futurum, aduerſus ſubditorum perfidiam. Meriti quidem nouiſſima exempla defectores, & quibus in odium bona ſua veniſſent, neque ad exſequendum vim victori defuiſſe exiſtimandum. cæterum circumſpectior Rex Ludouicus, qui inter rigorem ac lenitatem medius adhibito temperamento, ac prudenter moderans, paucis ſeditioſorum interfectis, cæteros beneficio quàm metu in fide retinere maluit. Et verò clementiæ titulus è conſeruatis pugnaciſſimæ gentis re-

Iuris rigore temperata lenitas Conſtabiliendis maximè Regnis facit. liquiis petebatur, poſteaquàm iam vindictam expleuerat. * Intereà Normanni terrâ

Anno 843.

Normanni interim occaſioni non deſunt. marique turbas dare, ac res ſuas ſtabilire non ceſſabant: direpto Municipio Contuico, atque

co; atque inde pelago traiecto, etiam Hamuicum & Nodhunuicum immaniſſimè deprædati. Sed enim hæc tolerabilia; & quæ, aſſiduâ experiundi conſuetudine, tantùm non anniuerſaria id temporis haberi potuerint. Illa verò plaga vehementior, quæ

A. DCCCXLV.

iiſdem auctoribus biennio poſt, Caroli Regis opes miſerrimis modis perculit atque afflixit. Cuius Regnum Duce * Ragenario, Rorici Regis auſpiciis, per Sequanam armatâ claſſe ingreſſi, primùm Pariſiorum ciuitatem incurſare, mox Monaſterio D. Germani ſacrilegas manus admoliri auſi; poſtremò Meledunum (Senonum oppidum) igne & ferro deuaſtarunt, Inſulâ in conſpectu Oppidi captâ: tandem etiam prælio cum Regiis copiis inter Santonas ac Burdigalam commiſſo, ſuperiores diſceſſere; Siguino Vaſconum Præfecto in pugnâ cæſo, ac Rege ipſo (qui in re præſenti fuerat) ægrè in tutum ſalutari fugâ dilapſo: tantâ omnium conſternatione, vt ingenti pecuniæ ſummâ in publicum collatâ, Pacem à Paganis victoriâ elatis emercari: auroque potius quàm ferro certantes, ſeſe ac ſuos redimere habuerint neceſſe. Quo quidem illi vtcumque pro tempore placati, opimis Francorum ſpoliis onuſti, in reditu

Ita Annales Pithœani, quæ tamen in annum 846 referuntur ab Aimono.

** Ita Aimonus, quē Friſij ac pleriq. alij recentiorum Regnerum indigitant.*

Prima Normannorum in Franciæ mediterranea per Sequanā graſſatio.

Famoſa eorumdem de ipſo Carolo Rege victoria.

Rex grandi redempticiæ pecuniæ ſummâ, grauioris belli metu, Pacem à Barbaris mercari cogitur.

A. DCCCXLV.

non minora detrimenta atque incommoda Flandriæ Friſiæque ac noſtris hiſce regionibus intulerunt. vbi duobus ſuccidaneis præliis ex ſententiâ patratis, cladem primo

Normanni primo congreſſu à Friſiis ſuperati, duobus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

mox ingentibus præliis victores, cladis prioris damna atque ignominiam reparauere.

certamine ab indigenis acceptam ſarcire auſi: cum captiuâ prædâ ouantium ritu in patriam denuò reuerſionem fecere: Caſtello prius cui Hammaburgo nomẽ, in Saxoniæ cõfiniis direpto vaſtatoque. Anno porrò DCCCXLVII tam Franciæ quàm Germaniæ Regna ab Aquilonariũ populorum vexationibus interquieuiſſe aliquãtiſper & quaſi reſpiraſſe comperior: mutuò reconciliatis inter ſe fratribus (Lothario inquam Aug. ac Ludouico Rege) niſi quod barbaricis flammis Doreſtatum tertiùm exuſtam vaſtatamq́ue, ex Aimono videor obſeruaſſe. Quam quidem Vrbem tot iteratis ſubinde populationibus atque incendiis ſuffeciſſe, mirérne an miſerer magis necdum apud me ſatis cõſtituere potui. Iacuit igitur poſt hanc procellam in ruinis ac parietinis ſuis per annos aliquot informis ac deſolata *Ciuitas; donec †Roricus, natione Normannus (quem cũ fratre Harialdo Vicum Doreſtadũ Fiduciario Iure, Ludouici Pij beneficio poſſediſſe, ſuperiore libro cõmonſtrauimus) fratre poſt exceſſum Auguſti Pij exſtincto, apud Lotharium (patri in Imperio ſucceſſorem) falſo, ſicuti Fama vulgauit, proditionis crimine inſimulatus, comprehenſusq́ue atque in cuſtodiam traditus; mox inde euadendi ſalutare ſibi conſilium cepit, apud Auguſti Fratrem, Ludouicum inquio, Orientalis (in quam & nos id temporis adſcripti) Franciæ Regem, & perfugium

Hamburgi Caſtelli vaſtatio.

Hãburgum hodie vocãt, celeberrimi nominis Emporium.

Doreſtatum tertio direpta exſciſaque à Normannis.

In Doreſtati ſitu error Crantzij caſtigandus, qui ciuitatem illam non ad veterem Rhenum, ſed ad Albim vbiq. perperam collocaſſe deprehenditur.

** Aimon... tamen D... reſtatum... Ciuitatis... Vici appe... tione inſi... gnem faci... † Hunc ... Hornc, ... thaani ... nales ... tant.*

Horicus Normannus apud Lotharium Imp. proditionis falſo inſimulatur.

Cuſtodiâ elapſus,

Ad Ludouicũ Regem confugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

perfugium pariter & præſidium ſalutis habiturus. Neque ea ſpes fruſtra fuit. nam & in fidem Regiam ac Clientelam benignè receptus, & in Saxoniâ (quâ Normanniæ finibus maximè eſt contermina) per aliquot annos commoratus, haud ſpernendâ popularium manu in ſuas partes traductâ coactâque, piraticam exercere, ac Lotharij regiones Borealis Oceani littoribus confines hoſtiliter inuadere ac deuaſtare intendit. Vnde per Rheni fluminis oſtia ſubuectus, Doreſtadum per vim occupatam, inuito Principe, Iure belli poſſedit. A quo, quum citra cædes ac ſanguinem inde exturbari haud facilè poſſe videretur, de Concilij Principalis ſententiâ per Legatos, renouandi fœderis ſequeſtros, in fidem receptus eſt denique. ea lege, vti operam daret ſedulo, quo reditus ſuos Regi (hoc eſt, rem Fiſci) ab omni incommodo, detrimento, moleſtiâ ſinceros integroſque conſeruaret: neúe tributis, portoriis, ſiue vectigalibus fraudem vel diminutionem aliquam ſciens volénsve clam vel palam fieri pateretur: vtque IMPERII Limites quibus præſidebat à piraticis Danorum incurſionibus ex ſummis opibus viribuſque vindicaret. Quibus quidem ille conditionibus vſus, cum curâ & fide ſecundum conuentionis formulam officium ſuum impleuit. Quo etiam factum, vt Normanni deinceps Rheni faucibus ac Friſiæ portubus prohibiti, in

A quo acceptus habituſque comiter:

Lotharij ditionibus incurſandis intendit.

Doreſtadum occupat.

Lothario reconciliatur.

Fiduciarius ex hoſte Cliens factus Imperatori.

Promiſſorum fidem gnauè implet, haud ductariè.

Vnde Rheni fl. portubus prohibiti Normanni;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

In Sequanā denuò, ac Franciam Orientalem (quæ Carolo Regi, Teſtamento prius, mox etiam armorum iure obuenerat) impetum faciunt.

Caroli Regnum omnes cupiditatum ſuarum æſtus populabundi effuderint. Siquidem Godefrido Duce per Sequanam opulentiſſimas Francorum ditiones tertiùm ingreſſi, Villas, Oppida, Municipia, obuiaque omnia immaniſſimè ſunt deprædati. Quibus propulſandis Lotharius Aug. ſubſidio inuocatus, tranſmiſſo Rheno Carolo fratri ſe ſiſtens, auxiliares copias adduxit; pro fraterni Regni incolumitate cum communibus Chriſtiani nominis hoſtibus, ſociatis viribus, manum conſerere paratus intentusque. nequicquam; mutatâ deſubito

Verum eſſe vt videas illud Criſpi: *Regum voluntates, vti vehementes, ita mobiles, ſæpè ſibi ipſis aduerſæ.*

Caroli Regis voluntate, qui paulò ante Godefridum cum ſuis in ſocietatem Regni acceperat, bonâ Neuſtriæ parte ei ad habitandum attributâ. Anno porrò ſequente A. 851.

Sorabi in Francos iniurij.

Francorum fines à Sorabis crebris incurſionibus atque incendiis grauiter infeſtatos reperio. Quæ res eò vſque animum

Quos vltum mox it Rex Lodouicus:

Lodouici Regis accendit, vt cum inſtructo infeſtoque exercitu in ipſorum regiones per Thuringiam ingreſſus, gentem vniuerſam graui ac continuâ obſidione fatigauerit; neque finem perſequendi fecerit, donec

Fame hoſtem potius quam ferro domiturus.

Obſidione preſſi veniam delicti petunt & impetrant.

corruptis frugibus & omni ſpe annonæ penitus ademtâ, magis eos fame quàm ferro domitos, ad manſuetudinem ac veniam præteritorum velatis manibus deprecandam ſupplices compelleret. Nec Genaldi A. 852.

Genaldus Normannus, ob Regis ſui offenſas patriâ extorris,

Normanni fortuna ſilentio nobis prætereunda; qui ſuperioribus annis implacabi-

lem

*ſ. Danorum, quem Horicū Abbas Stadenſis, Pithaani Annales Horuc indigitant.

lem * Regis ſui offenſam atque indignationem quum tempeſtiuè declinaſſet, ad Germaniæ Regem Lodouicum ſeſe contulerat; à quo perbenignè acceptus, lauacro etiam Baptiſmatis ac Fidei noſtræ Sacramentis imbui perſuaſus fuerat. Vnde complures annos honorificè inter Francorum proceres atque Optimates habitus, tandem apud Principes Borealium partium, atque imprimis Danici Limitis cuſtodes in lubricæ fidei ſuſpicionem adductus, conceptæ potius quàm patratę proditionis capite pœnas perſoluit. Quo tempore cum quinquaginta ac ducentarum nauium claſſe lætiſſima Friſiæ noſtræ viuaria ex interuallo regustantes, omnibus quæ agi ferriq́ue poterant direptis, non antè prædandi finem fecerunt, quàm prædæ eos ſatietas cepiſſet.

Ad Lodouicum ſe confert.

Cuius auſpiciis, exuto Paganiſmo, Chriſtianis Sacris imbuitur, datq́ue Baptiſmo nomen.

Exin perfidiæ ſuſpectus,

Capite pœnas luit.

Haec ex Vbbonis Emmiij fide retulimus, quem vide lib. Hiſt. Friſ. v.

Rūrſum Friſiam incurſant Normanni.

A. 853.

Iam Veris proximi Æquinoctium tranſierat, quùm dulci Fortunâ ac tot victoriarum ſucceſſibus ebrios Normannos; poſt Sequanæ fluminis oſtia ac portus bis iterumq́ue victricibus armis ſuperatos; ipſamq́ue Pariſiorum Vrbem ſolicitatam, Ligeri quoque fluuiorum Regi nauales compedes iniiciendi, Franciæq́ue interiora peruadendi, inſolita neſcio quæ ac plus quàm prædatoria cupiditas inceſſit. Itaque Britonibus in ſocietatem ſuam aſſumptis, gyrato aliquandiu Oceano, amnis illius fauces validiore quàm vnquam anteà claſſe ingreſſi, ipſo Paſchatis profeſto Nannetium

Normanni à Sequanâ porrò ad Ligerim infeſtâ claſſe ſubeundū viam affectant.

Initâ cum Britonibus ſocietate, vitæ ſimilitudine, & ſpe eiuſdem licentiæ illectis.

Factiq́ue votorum compotes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Ciuitatem repentinâ incurſione occupauere, cæſo illius Diœceſios Epiſcopo, fortè Baptiſmi ſollemnia de more id temporis celebrante; Cleroque ac bonâ Ciuium parte Chriſtianis ſacris operantium in ipsâ adeò Baſilicâ trucidatis. Neque ſuſtineri poterant, quo minus patrato eius Vrbis exſcidio; omnemque circumquaque regionem rapinis, cædibus, incendiis peruagati ad vlteriora quoque penetrare intenderent, vi porrò ac ferro quocumque impetus raperet viam ſibi patefacturi. Sic Andegauenſes primùm atque inde Turones in prædam victoribus ceſſere, quum vtrumque oppidum (vti à Paulo Æmilio narratur) fugâ Ciuium deſertum, idoneum propugnatorem non haberet. Quæ tamen tumultuariè id temporis, ac veluti in tranſcurſu patrata, idem Hiſtoricus ille quem dico innuere videtur; metu Caroli Regis ſcilicet, poſt feſtum (quod aiunt) ac depugnato iam prælio aduentantis. A quibus quantum Alberti Stadenſis vicinioris illi ſæculo Scriptoris diſſentiat relatio, haud indignum arbitror aliquanto preſſius examinare; qui poſt ſuperiores plagas Galliarum Regno inflictas eâdem tempeſtate Normannos, Sequanâ fluuio inuectos Pariſiis obſidionem feciſſe, ipſumque adeò Regem & campis & caſtris exutum eò anguſtiarum ac neceſſitatis redegiſſe teſtatur, vt bonam Regni ſui partem Paganis illis obtinendam

Nãnetes mox improuiſo inuadunt.

Cum magnâ Oppidanorum ſtrage.

Eadem Andegauienſiũ ac Turonenſis Oppidi fortuna.

Seræ poſt bellum ſuppetiæ.

Pariſienſes à Normannis obſeſſi.

Rex ipſe rebus ſuis diffiſus cum Normannis decidit, Regni ſui parte iiſdem ad habitandum conceſſâ.

nendam porrò atque inhabitandam conceſſerit. Adde quod mox ſubiungit idem ſcriptor, Lotharingiam eorumdem impetu vaſtatam & (quod nos propius tangit) Friſiam ſubactam denique. Cæterum monendus Lector, in annorum ſupputatione cum hîc tum paſſim alibi haud parum inter ſe diſcrepare illorum temporum calculatores. Nam quæ à Stadenſi modò nominato in annum demum quinquageſimum octauum ſupra octingentos referuntur; ea* quinquennio ante eueniſſe Regino, Otto Friſingenſis, Sigebertus, cæteríque vetuſtioris notæ* Chronologi vno ore concorditer aſtipulantur. Et huc quidem vſque maximas & turbulentiſſimas bellorum ac diſcordiarum procellas, ſiue domi natas, ſiue aliunde Chriſtiano orbi inuectas; nullo malaciæ alicuius vel momentaneo ſaltem ſerenioris auræ interuentu penſatas cum curâ ac fide recenſuimus: haud toleratu modò, ſed & cõmemoratione ipſâ luctificas ac peracerbas. Iis proinde percenſendis Lectori ſatietatẽ obrepere, quid inſolens adeò aut mirum; quando mihi etiam ipſi (cui aſſiduâ ruminandi conſuetudine ſtomachus iam pridem ad iſtiuſmodi cruditates occalluit) continua hæc & quaſi catenata iteratarũ toties cladiũ retractatio tædium iam propè ne dicam nauſeationem creauerit. Quamquam ſanè ego alienam ob noxam piacularis fieri nolo, neque

Lotharingiæ vaſtatio.

Friſij iterum ſubiugati.

In Stadenſi ratio temporum perperam ſubducta, Impreſſorum potius, quam ipſius (vti credibile eſt) ſiue incuriâ, ſiue ignorantia.

*A. ſcilicet 853.

*Pariſiis à P. Pithœo publicati primitus anno 1588.

Crambe bis poſita mors.

que

que æquum arbitror vt meum caput Normannorum importunitati tanto temporum interuallo ſuccidaneum ſubdatur ſcilicet: quorũ adeò culpam poſt tot demum ſæcula præſtare non eſt meum. Eò dico, ne quis fortè (vti hodie viuitur) mihi imputandum cenſeat, quòd amænioris Hiſtoriæ acroama Lectoribus meis largiri, impræſentiarum copia non ſuppetit. Hominum flagitiis ac iuſtiſſimæ Dei Vltoris iræ aſſignet neceſſe eſt, quiſquis illorum potius quàm noſtrorum temporum conditionem miſeratur. Quibus vtique per tot annorum experimenta abundè comprobatum arbitror, Diuino Numini vltionem non minus quàm ſecuritatem noſtram curæ eſſe. Sed interiungam melius eſt: hoc loco vtique; ad quem me quoque iuuat, velut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim, poſt tot viarum ambages ac diuerticula, aliquando tandem perueniſſe: ad tranquillioris anni auſpicia dico, quò ipſa rerum ſeries nos ducit. poſteaquàm Deo vindici precibus noſtris placato, à ſuorum punitione intermiſſionem pauliſper facere viſum; ac vindictæ ſuæ fulmen à nobis in Chriſtianæ Fidei aduerſarios ac nominis ſui violatores conuertere. Quorum conſiliis cœlitùs corruptis, fortunam quoque immutari neceſſum fuit: Bonam proculdubio Mentem Paganæ illi ac pluſquam barbaræ gentium colluuiei adimentibus Fatis.

Iuſta offenſi Numinis vindicta (quam Flagelli appellatione Sacræ Literæ deſignant) in quâ exigundâ Diuinæ Prouidentiæ ratio Paganis vſa executoribus.

Franca graui fuerat gens caſtiganda flagello:
Vltrice dexterâ Deus.
Caſtigauit eam: nunc rurſus amica reſumſit
In pœnitentem pectora.

Fatis. vt eſſet ſcilicet, vnde Annalibus noſtris plauſibilioris denique argumenti occaſio naſceretur: comitate illorum hominum maximè, qui ad bonam Fortunam concoquendam ſtomacho haud ſatis firmo fuiſſe videntur. Initium mali ab Horico, iam * antea mihi circa Ludouici Pij tempora narrato; cui exſilij (quod apud † Friſiorum gentem aliquamdiu tolerauerat) moras pertæſo, ad Daniæ Regnum occupandum, deceſſu * fratris vacuum, extruſo ipſius † filio, locus patefactus videbatur. Neque conatibus eius ſecundantis Fortunæ benignitas defuit; hactenus quidem, dum Regiæ potentiæ (ad quam protenùs à morte fratris omnes cogitationes ſuas intenderat) compos fieret. quæ cuncta eò facilius procedere viſa, quòd fratris eius filius adhuc impubes ambitioni patrui armis comprimendæ per ætatis imbecillitatem par eſſe non poterat. Ideoque patiundæ potius quàm ſoluendæ iniuriæ oportunus, ad meliora tempora ſe reſeruare neceſſitate cogebatur; dum paulatim vnà cum annorum incremento auctoritatem ſibi quæreret firmaretque: Regios ſpiritus etiam inter anguſtias fortunæ retinens. Itaque mox ex ephebis egreſſus generoſæ indolis adoleſcens, ſimul exſilij indignitate efferatus, nihil antiquius habuit, quàm paternum Regnum (quod legitimo ſucceſſionis iure ad ſe potius quàm patruum pertinere

Vide Crantzium Daniæ lib. 4. cap. 12.

*Lib. Annal. 11. pag. 83.

† *Orientalium.*

* *Haraldi (qui primus Daniæ Regum Chriſtianam Fidem cũ fratre amplexus) ſuprà iam aliquoties laudati. lib. Annal. 11.*

† *Gutorino adhuc impubere.*

Durum, ſed leuius fit patientiâ, Quidquid corrigere eſt nefas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

haud inani ſanè neque alienâ perſuaſione imbiberat) primo quoque tempore repetitum ire aſſertumq́ue. Agendum audendumq́ue ratus, dum noui adhuc Principis auctoritas fluxa, nec fautorum patrui aduerſus ſe factiones ſatis etiamdum ad plenum coöluiſſent. Videlicet haud ignarus, opportunas ſemper magnis conatibus viciſſitudines rerum: & contationi locum non eſſe, vbi periculoſior ſit quies quàm temeritas. Et ille quidem recuperandi Regni fiduciam Hæreditariæ Actionis Titulo fundatam auidius indies acriusq́ue rapiebat: vndique ad ipſum confluentibus amicis propinquisq́ue damnatorum: quibus exſulum quoque in ſpem erectæ factiones ſeſe paſſim aggregabant: nec non mobiliſſimus quiſque, & quibus omne in turbido conſilium, præter inſitam cupiditatem aliena inuolandi, & quæſitâ in tempore & oblatâ pariter belliſſimâ occaſione: poſtremò eo duce, quo ad res nouandas opportunior ne voto quidem concipi poterat. Erant & qui fortunæ diſſimilitudinem in perſonâ immaturi Principis (non ſuâ ignauiâ ſed per patrui iniuriam Regno pulſi) humanitùs miſerarentur, inſerendo ſæpius querelas de pupilli circumſcriptione, idq́ue ab eo vnde minimè decebat; deq́ue Regni interuorſurâ per tyrannidem quæſiti ſuſpenſos & quò traherentur inclinaturos ſermones, quæq́ue alia turbamenta vulgi.

Armorum potius quàm Vindiciarum Lege Actionem intenturus.

Quibus quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Nec deerat * Gutorinus (id enim Regio adoleſcenti nomen) per idoneos ſuadendi artifices prenſare, exambire, ſolicitare notos ignotoſque. prorſùs, nihil intactum neque quietum pati, cuncta agitare: occultis inſuper Legationibus plæroſque è Danicâ Nobilitate in partes ſuas pellicere; blanditiis, pecuniâ tentare; per paternæ ac maiorum ſuorum virtutis memoriam obteſtans, obſecrans, vti ſibi patrium Regnum vindicanti auxilio eſſe vellent: néve perfidiam (Diis hominibusque inuiſam) patruo ſuo Horico impunè porrò abire paterentur. polliceri cum vniuerſis tum ſingulis donatiua, congiaria, Immunitates, honoratioribus Imperia ac Præfecturas: obæratis ac decoctoribus proſcriptiones locupletum cauſæ ſuæ aduerſantium, videlicet bona eorumdem in pretium belli victoribus ceſſura. Quæ ipſum animo agitantem fatalis repente velut captato tempore ſeſe offerens caſus magis etiam corroborauit. Memorare ſuprà inſtitueramus innumerabiles Danorum ac Normanorum copias, iuſtis claſſibus, Regioque tam virorum quam armorum paratu, partim domo profectos, partim è Britanniâ (quam & ditionis ſuæ fecerant) in Galliam tranſgreſſos, primarias florentiſſimi Regni ciuitates per vim occupatas partim diripuiſſe, alias inflammaſſe, plæraſque cũ bonâ Neuſtriæ parte vſu ſuas feciſſe, ac præſidiis ſuis (vt

R 2 eſſet

* *Ità apud Crantzium Principis iſtius nomen cõceptum legitur: pro quo Annales Pithæani* Gudhuym *Stadenſis verò*, Gudur, *repræſentat: cuius appellationis Etymon ad Idiotiſmi noſtri εὐφημίαν trahendam autumo; interpretórque,* Goed' üre: *prò Bonâ Fortunâ. Scitum ſcilicet eſt illud:* Nominibus fauſtis omina ineſſe ſolent.

Heu, quantæ populis cædes Borealibus inſtant.

Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

eſſet quo ſe nullo non tempore, ſuo potius quàm indigenarum arbitratu, in tutum recipere poſſent) firmatas inſediſſe. Vnde tantus Regni habitatoribus incuſſus pauor; vt, præter grande auri argentique pondus, vaſaque Sacra ac donaria ex adytis ac Templorum penetralibus ab Ædituis ipſis ac Sacerdotibus in profanos vſus depromta; & Paganis illis lytri loco in ſolutum appenſa, ipſe Francorum Imperator, cognominis ille MAGNI Nepos, contra decus Regium cum teterrimis Chriſtiani nominis hoſtibus, meliore Regni ſui parte conceſſâ, paciſci ac decidere neceſſitate fuerit coactus: valentiusque aduerſus Normannos aurum quàm ferrum eſſe perſuaſus, Pacem emerit: eo flagitioſiorem, quia idem & campis & caſtris ab iiſdem illis paulò anteà turpiſſimè exutus fugâ ſibi ſalutem quæſiuiſſet. Eos forte id temporis tot præliorum terrâ marique victores, poſtquam iam per annos xx continuos igne ac ferro non modò per opulentiſſimi Regni fines ſed & mediterranea eius immaniſſimè fuerant debacchati, patriam ac Penates quemque ſuos ex interuallo reguſtandi cupiditas inceſſerat. eo animo atque conſilio (vti ego opinor) vt partim parentes agnatosque, partim vxores & liberos, aut deſponſas ſibi reditu ſuo exhilararent: quibus hoſpitum iſtiuſmodi (conterraneorũ ſuorum inquio) ſuperuentus tãto gratior euenturus

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Tangit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

turus videbatur, quanto impenſius cumulatiusque rerum geſtarum gloriâ adoreâque ac bonis rebus omnibus aucti inſtructique vel amicis prodeſſe reduces poſſent, vel inimicos peſſumdare. Vndique igitur ex diſiunctiſſimis regionibus, per quas prædandi cupidine ſparſi fuerant, quaſi claſſico domum reuocati ad conſtitutum properauere. Ingens nouis rebus materia, vt non in vnius alicuius obſequium prona, ità audenti parata. Maturauit ea res conſilium Gutorini, reduces in vnum collectæ gentis copias in partes ſuas attrahere conniſus. Et voti fortaſſe compos euaſurus, niſi promiſcua illa tot conuenarum in vnum gentium multitudo, ſicuti Chaos quoddam mole laborans ſuâ, dum prædam ex tot Regum manubiis ac tot prouinciarum ſpoliis conflatam æquabiliter partiri neſciunt, mutuò inter ſe tumultuari, & ſerram (quod dicitur) reciprocare inſtitiſſent. Hinc à rixarum proluſionibus, ac conuiciorum pugnâ, ad gladiorum inſaniam decurſum. quibus primum inter ſe colliſi, factoque armorum non minus quàm animorum infeſtis ſignis coëuntium periculo, poſt mutuam ſuorum ſtragẽ in duas partes diſcedunt; pars Horicum militari Sacramento adacti, alij Gutorinum Imperatorem ſequuntur. vbi tandem funeſtiſſimum inuicem exorſi certamen, duorum Regum auſpiciis ad extremum (vti

Nulla fides prædæ ſociis, omniſque rapina Impatiens conſortis erit.

Quàm longè à deſtinatione ſuâ iacent!

inuictos Martis Athletas decebat) ſine miſſione pugnantes, condignam viris mortem oppetiuere. Et verò, quis partium inter ſe concurrentium fuerit furor, vel hinc intelligi poteſt, quòd vniuerſos Regij ſanguinis Proceres vnius prælij ac diei fortuna conſumpſerit: neque de tam numeroſâ Palatinæ Domus Nobilitate Principũ aliquis ſuperfuerit, qui aut Daniæ aut Noruagiæ Regnum adire Iure propinquitatis poſſet; vno Horico iuniore excepto, quem necdum armis idoneum ſola pupillaris ætatis immaturitas tam pernicioſo conflictu abſtinuerat. Tanta verò inter ſe commiſſi vtriuſque populi ſtrages fuit, vt illorum temporum Scriptores miraculo facti attonitos potius, quàm rei geſtæ ignoratione præpeditos, quò minus interfectorũ ſummam ad calculum vocauerint vero vtique conſentaneum videatur. ſatis ſuperque habentes, ſi aceruos cæſorum innumerabiles factos fuiſſe poſteris teſtatum relinquerent. Vnde coniecturam capere in promtu, quanto cum Paganæ Nobilitatis, tum promiſcuæ multitudinis ſanguine tot Chriſtianorum Martyrũ cædes expiatæ. Quamquam Septemtrionalium populorum eâ tempeſtate tantæ fæcunditatis iuuentus fuit, vt Europam ferè omnem velut examine aliquo implerent: vtque à cladibus ſuis, quamuis aliquoties ſolo ſtrati & quaſi peſſumdati, Antæi prorſùs in morem validiores

Vide Annales Pithæanos, Sigebertum, Alb. Stadenſem, Crãtzium Daniæ lib. 4. cap. XII. Noruagiæ lib. I. cap. XL. Vbbonem Emmium Rerum Friſic. lib. V.

Duris vt ilex tonſa bipennibus, Per

diores rurſùs deintegro exſurgere, & veluti ab inferis emergere viderētur. Indicio fuerint tot tantæque ipſorum ſtages diffusè ac particulatim nobis ſuperius narratæ. Quibus tamen omnibus illa quoq. adiungenda fuerat, quā nouennio antè indomita eiuſdem gentis obſtinatio fuerat perpeſſa. cuius notitiam Gemblacenſi Monacho acceptam refert Crātzius: à nobis ſuo loco ſilentio prætermiſſa, non quidem per incuriam noſtram, vel madidæ memoriæ vitio; ſed verò Hiſtoriæ illius in publicitus excuſis Sigeberti Editionibus defectu: quem tamen Crantzianâ comitate reſarcire ac ſupplere, ipſaque Gemblacēſis illius verba ſic quaſi è fugâ retrahere atque in rem præſentem ſiſtere, haud alienum ſanè inſtituto noſtro videtur. Sic igitur illè Superiorem, quam dico, Borealis illius populi cladem in Annales ſuos retulerat, ex Crantziani chirographi fide nobis repræſentatam.

damna, per cædes, ab ipſo Ducit opes animumque ferro.

*A. 845.

Eodem (inquit)* *anno, alueo Sequanæ reuerſi Normanni, maria repetunt: cuncta maris finitima diripiunt, vaſtant, & incendiis deformant. Quo tempore quum ſpoliato Monaſterio Sethin naues onuſti prædâ repeterent; ità cæcati ſunt, vt errantes paludibus mergerentur & interirent. vt vix pauci ſupereſſent, qui cladem aliis nuntiarent. Quâ de re commotus* Ericus Legatos miſit Imp. Germaniæ Ludouico; captiuos reddere ſpondens cum ademtâ prædâ.*

Crantzius Noruagiæ lib. 1. cap. 38.

**Is eſt, quem Pithœani Annales, aliiq; vetuſtioris notæ Scriptores Horicū paſſim indigitāt.*

Hactenus Sigebertus. Ex quorum omnium relatione

relatione perſpicuè planum, quàm multa apud Chronographum illum Gemblacenſem in noſtris, hoc eſt, impreſſis editionibus deſiderentur. cuius dicti fides magis etiam augetur firmaturque alterius loci cum publicatis exemplaribus collatione, quem ibidem quoque paulò ante ex Hiſtoriographo modò memorato produxerat Crantzius noſter, hoc exemplo.

Eodem libro ac capite.

Verba Sigeberti. Roricus Normannorum Rex DC. nauium claſſe Albim inuehitur.

Anno deinde proximo, qui fuit XLV. *poſt* DCCC. *Rex gentis Roricus ſexcentas naues per Albim fluuium in Germaniam aduerſus Ludouicum dirigit. Quibus Saxones occurrentes, commiſſo prælio cæleſti fulti præſidio, victores fiunt. Unde digreßi, Sclauorum, hoc eſt Wandalorum quandam impetunt & capiunt* ciuitatem.* Subiungens protenus ibidem verbis ſuis. *Hæc omnia Gemblacenſis Sigeberti ſunt teſtimonia.*

Verba Crantzij.

Quorum tamen omnium in excuſis Sigeberti exemplaribus nec vola vſpiam (quod aiunt) nec veſtigium apparet. Ea proinde, quemadmodum alia quoque eiuſdem Hiſtorici ſexcenta ex vberrimis Crantzij noſtri Theſauris arceſſere, vſuique noſtro applicare neceſſe habemus; donec fidelioris Codicis Manuſcripti, qui ipſum nobis aliquando Sigebertum repræſentet (vnde quaſi de pleno promere valeamus) fælicitatis copia eueniat.

*Hæc H[illegible] burgum [illegible] iſſe ſuſpica[illegible] tur Cran[illegible] tzius: [illegible] nũquam [illegible] men W[illegible] lici, ſed [illegible] per Sax[illegible] Iuris ex[illegible] tiſſe id [illegible] poſtulat [illegible]

IANI

IANI DOVSAE NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER QVARTVS.

BREVIARIVM LIBRI.

INTESTINIS *bellis acciſas Principum Chriſtianorum vires indomitis Normannorum cupiditatibus in ſocias vel ſubiectas Francorum ditioni prouincias, immò in ipſius Franciæ mediterranea aditum patefeciſſe. Lothario Auguſto Ludouicus filius in Imperio ſuccedit. Immoderata Caroli Calui ambitio, ac crudelitas; cui ferendæ impares Aquitani, abruptâ tandem patientiâ, iugum exuunt: ſollenni ad Ludouicum Regem miſſâ Legatione, cum mandatis fraternum eidem Principatum communi Regni nomine deferentibus. Quorum accuratiſſimis precibus inductus Rex Ludouicus, inſtructo intentoq́; exercitu in Occidentalis Franciæ Regnum, fratris iam anteà fuga dilapſi exceſſu vacuum, ad res inibi tranquillandas deſcendit: nec diu tamen ſtabilem in alieno Dominationem exerciturus, animis incolarum repente ad pœnitentiam ac reconciliationem cum Rege ſuo ineundam inclinatis. Quam, Caroli in Regnum ſuum reſtitutio ſequuta. Britonum Paganiſmus, tum ſocietatis fœdus cum Normannis initum, atque ab Occidentali Francici Imperij corpore diſtractio atque alienatio. Iidem Britones in Aquitaniæ fines defenſoribus vacuos prædatorioq́; impetu facto, incolumes cum Spoliis domum regrediuntur. Ad quos Carolus mox vlciſcendos valido armorum paratu, ac Saxonibus in commilitij partem aſſumtis infeſtâ acie accingitur, hoſtibus (quos dico) non iteratæ de ſe modò victoriæ palmam, ſed & caſtrorum ſuorũ direptionem turpiter conceſſurus. Nomenoij Britonũ Regis in Chriſtianos violentia, Deo tandem Vindice punita. Belli aduerſus Britonas reparatio: cui finis denique interuentu pacis impoſitus.*

impoſitus. Heriſpeus Rex Britonum, ob fidem Carolo Regi præſtitam, immaniſſimè à ſuis trucidatur. Lotharij nepotis ſui Principatum occupat Carolus, Auſtraſiæ Regem palam ſe auſus pronuntiare. Ludouici Regis moderatio; Caroli immodeſtia, prauitas, atque arrogantia. Eiuſdem in rebus trepidis infractio quædam animi ac demiſſio. Hiſtoriæ noſtræ propoſitum. Chronologorum inter ſe variantium diſſenſus conciliatu haud difficilis. Quæ noſtratis Hiſtoriæ concinnatori potiſſimum conſideranda. In quâ noua ac nupera inaniſſimorum Arctalogorum acroamata Municipum noſtrorum hallucinationibus cauſas præbuere. Veteris Hollandiæ ſitus ac facies inexplicabilis; nec quam coniecturâ hodie facile quis adſequatur. Vtriuſque Friſiæ quies à Normannis denuo exagitata. Walchria, Doreſtatum, Vltraiectum penitus direptæ ac deuaſtatæ; Hungero Antiſtite clam fuga dilaſſo, qui Paganorum furori cedere, & Cathedram ſuam Epiſcopalem Bergawo exſilio mutare compulſus. Nec calamitatum modus; Burgi (hoc eſt, Arces) omnes per Rheni agrum euerſi ac ſolo æquati. Comitatui Kinheimenſi vnà cum Eccleſiâ Egmundanâ ac Nordouicibus meis vaſtities inducta, Sacerdotes pro victimis ante aras ſuas iugulati; in quibus & D. HIERO, qui inter concionandum è ſuggeſtu raptus ac capite truncatus. Reperti tamen qui obuiam ire iniuriæ ac vim armis prohibere auſi, vitam patriæ impenderent: nequicquam; præualentibus Normannis. à quibus miſerrimi indigenæ omnia perpeſſi quæ victoribus collibuiſſent, vnà cum vxoribus ac liberis in ſeruitutem pluſquam barbaricã abducti. Calamitoſæ inundationis deſcriptio; quæ ſubſequutæ arborum ſtragi, ac mox Rheno flumini in Leccam deducendo cauſam præbuit. Eâ tamen in re Chronologiæ fidem vacillare oſtenſum. Iterum infeſtá claſſe ingruunt Normanni; incendiis, cruore, luctu omnia miſcentes; Nouiomago Vrbe per inſidias occupatâ, ac palam loci Præſule per vias trucidato.

POST tàm funeſtum, ne internecinum dicam, Imperij cauſâ inter Aquilonares populos ciuilium armorum editum certamen; quis non peractum eſſe cum Normannis crederet bellum? Atqui acrius multò atque vehementius eorumdem rabies, modico temporis interiectu, ab vltimâ veluti Septemtrionis ſpeculâ erupit. Quippe toties iam anteà Franciæ terræ opulentiâ quodammodò ineſcati; partem eius Neuſtriam, non iam quaſi alienam, ſed quaſi virtute acquiſitam, factamque exinde Normannici Iuris prouinciam, belli lege repoſcebant. Nouo proinde virorum armorumque delectu redintegratis claſſibus; totâ denique Aquilonarium Regnorum mole, copiis plurifariam diſpartitis, in Gallias rurſùs mari, terrâ, fluminibuſque infundebantur. aggregantibus ſeſe in hanc ſocietatem non eiuſdem modo plagæ habitatoribus, quibus libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliquum fecerat; ſed & proſcriptis omnibus ac transfugis earum regionum, ad quas illi vel prædandi vel eaſdem occupandi animo applicuerant: ſimilitudine morum, & ſpe eiuſdem licentiæ. Fiduciam rei gerundæ paganis addiderant, cruentiſſimo illo ad Fontoniacum prælio immensùm debilitatæ Chriſtianorum vires: exhauſtæ tributis vel rapinis prouinciæ: nudumque Occidentalis Imperij latus ex pro-

Normanni neſciunt quod bene ceſſit relinquere.

Eorumdem in Gallias reuerſio.

Magna inter ſimiles, quique oblectantur iiſdē Moribus ac ſtudiis, concordia.

Belliſſimâ iiſdem ex Chriſtianorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Principum diſcordiis occaſione oblata.

* ex propinquo oſtendebant recens adeò, ob Narbonenſis plagæ ſucceſſionem, inter Carolum Regem ac nepotem eius Lotharium exortæ controuerſiæ: tum longinquæ Ludouici Germaniæ Regis aduerſus †Sclauos, Obotritos, Liuoneſque ac Sorabos tribus pariter directis exercitibus, nouiter ſuſceptæ expeditiones: multiſque ex eo bellis illigati. conuulſo inſuper inteſtinis Procerum diſſidiis ac factionibus interiore Regni ſtatu: Viuiani cauſâ maximè, viri cum dignitate tum opibus ante cæteros eminentis; quem Lambertus, regioni inter Ligerim ac Sequanam moderandæ impoſitus, compoſitis dolis aggreſſus interfecerat: mox & ipſe à Ganſberto Comite, Viuianæ necis vltore, pari inſidiarum ſucceſſu opprimendus: hoc potiſſimum (vti veriſimile eſt) ſolatio manufactæ mortis indignitatem ac triſtitiam edulcans; quod Regem ipſum tam atrocis facinoris vindicem habiturus: cuius mox iuſſu ſanguis ſanguine expiatus, & capitali in Ganſbertum animaduerſione Lamberti Manibus Talionis lege parentatum. Iam Lothario Auguſto Ludouicus filius Imperij ſucceſſor obtigerat, ſecundâ Italiæ Principum volũtate; neque diſſentiente patruo ipſius Ludouico, Germaniæ Rege: Lothario Ciſiurenſis Burgundiæ cum *Lotharingiâ, Carolo autem Prouinciæ Narbonenſis poſſeſſione attributâ. Quo haud multo

Qui gladio ferit, gladio perit: neque enim Lex iuſtior vlla eſt, Quàm necis artifices arte perire ſuâ.

Sunt aliquid Manes, & curant multa ſepulti.

Vindictæ dulcedo proletario quoque Italicæ gentis Prouerbio celebrata.

Ludouicus Lothario patri in Imperio ſuccedit.

post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ne pro Lotharianâ dici capiſſe, auctor Paulus Æmilius lib. III. Papirius Maſſonus Leucorum & Mediomatricum terras priſcum nomen in Lotharingiam commutaſſe exiſtimas.

poſt ſine liberis extincto, grauis illa (de quâ modò dicere inſtitueram) inter alterum demortui fratrem ac patruum de ſucceſſione Regni controuerſia exarſit. Qui effreni ambitionis œſtro percitus, eò vſq. procacitatis atque inſolentiæ proceſſit, vt auguſtiſſimis Franciæ Occidentalis Aquitaniæque terminis non contentus, ſupradicti inſuper nepotis ſui Hæreditatem, binis germanis eius fratribus (Lothario inquam ac Ludouico Aug.) ipſo Succeſſionis Iure debitam, perperàm interuortere, atque vniuerſam ad ſe trahere fuerit conniſus: neque prius ab incæpto deſtiterit, quàm voti compos effectus, vniuerſam Burgundiam-Inferiorem (quæ Allobrogas Prouinciamq́ue complectitur) à legitimis Hæredibus, Fratris ſui (quos dixi) filiis, auerteret: non cauſæ æquitate, ſed minacibus Edictis & armorum denuntiatione confiſus: Lothario tantùm Burgundiarum alterâ, quæ Tranſiurenſis cognominatur, ex pacto gratioſè conceſſâ. tametſi * Paulus Æmilius Lotharium Ciſiurenſis Burgundiæ Auſtraſiæq́ue Regem ac Ludouicum Imp. fraterni Regni ſucceſſionem, Carolo patruo præterito (vt cuius hîc partes nullæ eſſe poterant) inter ſe citra certamen diuiſiſſe ſit auctor. ità vt Ludouico Prouinciam, quòd ea continens Italiæ ſit, cum citeriore Burgundiâ, reliquam verò Lotharij ditioni acceſſiſſe videri velit. Ego tamen

Immoderata Caroli Calui ambitio, ac Regni propagandi cupiditas.

Non ſine manifeſtâ legitimorum Hæredum iniuriâ in Burgundiæ poſſeſſionem violenter erupit.

** De rebus geſtis Francorũ lib. III. in vitâ Caroli Calui.*

Hiſtoricorum diſſenſus.

Quantũ fidei Vetuſtati, ac medij temporis Hiſto-

riographis tribuendum.

*Libro Chronic. II.
*Chron. lib. VI.

* Reginoni, æquali propè illorum temporum Scriptori, nec non * Ottoni Friſingenſi aſſenſum commodare malo; diſertè referentibus, ex deceſſu Caroli (quem dico) non modicum inter fratrem eiuſdem Ludouicum ac patruum cognominem diſcordiarum fomitem accenſum. quem mox acrius inſuper inflammauere capitales Aquitanicæ gentis nouiter cum Carolo Caluo captæ inimicitiæ, ex immoderato Regis ſui faſtu, perfidiâ, crudelitate, inſolentiâque conceptæ. Quibus adeò perferendis pares ſeſe diutius eſſe non poſſe, ſummi iuxtà atque infimi haud occultè fremebant: paucis Palatinis exceptis, quibus innocentium oppreſſiones in publicum damnoſæ atque noxiæ, priuatim quæſtui erant. Itaque omnia Regis ſui dicta & facta in Tyrannidis ſuſpicionem trahentes; neque eius iuramentis plus quàm ramentis plumeis ponderis ineſſe, magno cum malo ſuo iam multoties edocti; ſollenni ad fratrem eius Ludouicum inſtitutâ Legatione, querelas ſuas publicitùs deferri atque exponi curauerant: „Deglubi ſe ab „Exactoribus Regiis, non tonderi, lamenta- „bili comploratione palàm quiritantes. Eò „ſe anguſtiarum redactos, vt quidquid vn- „cti adhuc ipſis ſiue Britonum ſiue Nor- „mannorum graſſaturæ reliquum feciſſent; „id omne Regio Fiſco adiudicatum, quaſi „Saracenicam prædam, per fas nefaſque Sycophantis

Aquitani, ſeruitij impatiẽtes, iugum Regis ſui excutiunt:

Ità Burgundionũ Chronicon; contrà Annales Pithœani, ac Sigebertus non Aquitanos modò ſed generatim plerosq. Francos omnes Occidentales à Carolo Rege ad Ludouicum eius fratrẽ defeciſſe, apertiſſimè teſtãtur: eiſq; miſſis cõmuni Regni nomine Edalharto Abbate, atque Ottone Comite Legatis, fidelitatis ſua obſequiũ ſollennitùs detuliſſe. Otto autẽ Friſingenſis Regem Ludouicum Principum quorundam accitu Occidẽtalis Franciæ terminos ingreſſum ſcribit, eoſq; ad Senonas vſque occupaſſe.

Ad Ludouicũ Regem Legatos dirigunt; fraternum eidem Principatum ſollennitus ac publicitus deferentes.

Impune quiduis facere, hoc eſt Regem eſſe: iuxtà Ouidianum illud: *Regia res, ſcelus eſt.*

cophantis ac delatoribus in quæſtum cedere. Supplicare ſe proinde, vti ſui ac ſuorum miſereretur: vtque ſuperſtites etiamdum (quamuis extenuatiſſimas) per Occidentalem Franciam Chriſtiani nominis reliquias conſeruaret: quas grauius Regis ſui ſæuitia, quàm aut Nomenoij rapinæ, aut vis hoſtica, ac continuæ Paganorum (quorum iniuriis nemo etiamnum Optimatium remedium adhibere curaret) populationes, Vrbiumque ac Templorum incendia afflixiſſent. Fore alioqui, vt hac (quod Deus prohibeat) ſpei fiduciâ deſtituti, quod à Regibus (legitimis Orthodoxæ Eccleſiæ Defenſatoribus) iure ſuo obtinere nequeant; eius remedij impetrandi gratiâ, Britonibus vicinis ſuis ſupplices fieri, aut à Normannis etiam (iam Regni inquilinis factis, vel inſiticiis potius) ærumnarum ſuarum effugium, extremâ neceſſitate preſſi, quærere ſubigantur. Quod ne eueniat, haud ipſius Regni minus quàm totius Chriſtiani orbis intereſſe. Quorum efficaciſſimis precibus ad miſericordiam flexus, atque exorari ſe paſſus Rex Ludouicus, ſanguinis neceſſitudini commodũ ac decus publicum antepoſuit: in commune potius, quàm (ex ambitione Regibus conſuetâ) potentiæ priuatim augendæ, ac Regni ſui vtilitatibus conſulturus. tametſi non deeſſent proni ad ſuſpiciones, qui (de ſui animi ſententiâ) moderatiſſimi Regis conſilia

Flectere ſi ſuperos nequeant, moturi Acheronta.

Hæc omnia à Reginone in annum 866. referuntur, quæ non modò Annales Pithæani ſed & Otto Friſingẽſis & Sigebertus toto ante ſeptẽnio, anno nimirum 858. eueniſſe, cõcorditer teſtãtur: quibus inſuper Frodoardus adſtipulatur, in Vitâ Hincmari necdũ publicatâ, citãte Maſſono. Ità vt ſuſpicer in Reginonis editione temporum rationem Typographorum incuriâ deprauatam.

More fit hòc hominum, qui cæteros omnes ex ſe atque ingenio ſuo æſtimare conſueti.

conſilia in deterius interpretarentur. Reiectis igitur in commodius tempus expeditionibus (quas idem paulò ante aduerſus Sclauos Margentes, aliaque rebellium populorum nomina, diuiſis trifariam copiis inſtituerat:) ſub æſtatis exitum è Vangionibus per Aliſatiam profectus, in *Regnum fratris, res inibi pro tempore exercitu præſente ordinaturus, cauſæque ad ſe delatæ cognitionem armis peracturus deſcendit. Sed neque Carolo animus ad reſiſtendum, neque virium fiducia aderat, ſupra Ligerim fluuium id temporis verſanti, ac Normannicis bellis implicato. Itaque & armorum & animorum robore imparem ſe fratri animaduertens, neque ſine manifeſto periculo inſtructiſſimis Ludouici copiis obuiam iri poſſe; exercitum quidem ſicuti erat è caſtris in aciem produci, quaſi pugnandi copiam facturus, ac cohortes ante ſigna per Legatos Ordinumque Ductores inſtrui ac diſponi præcepit; cæterum ipſe ante diſcrimen ferox, in periculo pauidus (ne non ſollenne illud ſuum obtinere videretur) cum paucis tam horribilis ſecreti conſciis pernicis equi effugio furtim dilapſus in tutum euaſit, in neſcio quem interioris regni angulum ſe abditurus. Igitur cognito Regis diſceſſu non Prætoriæ cohortis modò, ſed & Procerum vnà cum popularibus vnanimis ad Ludouicum tranſitio facta. Qui ſedato populi indignantis ac Re-

Ludouicus Rex in Regnũ Caroli, rebus omnibus poſthabitis, cum exercitu proficiſcitur.

Ludouicus Rex in armis, Carolus in metu.

Quem tamen ille apud ſuos diſſimulans, exercitum in procinctu eſſe iubet, ipſe fuga interim ſibi ſalutem pariturus.

Francorum Orientalium acies fruſtra ac derelictui a Rege ſuo habitam ſe cerneus, in Ludouici Occidentalium Francorum Regis partes tranſgreditur.

Vide Annales Incerti Auctoris à Pithœo editos.

** In Senonas vſque progreſſus, teſte Friſingenſi, ad Villam Regiam, quæ vocatur Pãticona. Vide Annales Pithœanos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ac Regem bello perſequi cupientis impe-
tu, ad componenda fraterni Regni nego-
tia, animoſq́ue Francorum tranquillandos
conſilia & cogitationes ſuas conuertit: co-
piis quas ſecum è Germaniâ adduxerat
temporius quàm oportebat domũ remiſ-
ſis: incautè nimis ac parum circumſpectè
in perfugis, ac legitimi, & cui ſollenni an-
teà Sacramento auctorati fuerant, Regis ſui
deſertoribus fiduciâ locatâ. Qui quâ inge-
nij mobilitate à Carolo defecerant (cre-
do ne in leuitate ſuâ haud ſatis conſtantes
eſſe factis deprehenderentur) Ludouicum
viciſſim Carolo prodere ſummâ ope adniſi,
nõ exiguũ ſanè Germaniæ Regi periculum
creauere. Qui tamen ſpes hiantiũ cautione
opportunè adhibitâ fruſtratus, quãtâ potuit
celeritate ad Soraborum defectionem ante
omnia caſtigãdam, in Germaniæ ſuæ con-
finia ſe penetrauit. Nec cunctatus Carolus
vacuã rurſus Aquitania minuaſit, truculen-
tior quàm anteà, tanquam aduerſus perdu-
elles, & in tẽpore rebellaturos. In quos idem
ille eò grauius acerbiusq́. animaduerſurus
properabat, quò magis ad exemplũ perti-
nere viſum ſubditorũ perfidiã pænis coër-
cere, quàm vel trãſmarinæ originis Brito-
nas in ordinẽ redigere, vel etiã Normannos
è Regni cõfiniis exturbare. A quorũ impor-
tuniſſimis vexationibus atq. iniuriis quàm
immunes interim atque inuiolati maritimi
Germaniæ Frãciæq. (cuius & nos id tẽporis

Qui non ſatis cautus ac circumſpectus, præmaturè nimis copias ſuas domum remittit:

Fiſus iis, in queis non erat vlla fides.

Non ſine periculo.

Carolus in Regnum ſuum, fratris iam abſceſſu vacuum, regreditur: vindictam aſperè nimis atque ex Regij animi lubidine in perduelles ſuos exerciturus.

Normannorum continui in hæc loca ac regiones con-

terminas incurſus & graſſaturæ.

aliquanta portio) Orientalis tractus ac Flandriarum confinia agitauerint, partim ex documentis ſuprà narratis, partim ex iis que deinceps porrò narraturi,in procliui fuerit cognoſcere. Atque ego per ætatem multa legendo atque obſeruando, non Normannos modò, ſed & Wiltos ac Cimbros (poſtquàm in Septemtrionem pergentibus finem glacialis Oceanus fecerat) eandem in Occidentales vel Auſtrales oras graſſandi cauſam habuiſſe comperior, auaritiam & mutandæ ſedis deſiderium: vt relictis ſcilicet paludibus ac ſolitudinibus ſuis (falce iam quoquouerſum in alienas meſſes violenter immiſſâ) in opimioris glebæ, ſoliq́ue ac ſali clementiore cælo temperati poſſeſſionem inuolarent. Quæ ſæpè anteà proſperè atque ex animi ſententiâ aduerſus Chriſtianæ fidei cultores tentata, faciliora inſuper renouatis idemtidem Britonicæ gẽtis defectionibus facta videbantur: in tantâ præſertim Franciçę Nobilitatis diminutione, velut exarmato Rege: ipſâq́. adeò præſidiis ſuis, hoc eſt, fortibus conſiliis orbatâ re Chriſtianâ. Sed quoniam in Britonum mentionem incidimus, locus poſtulare videtur vt particulam rerum ab iiſdem geſtarum, præliaque aliquot cum Carolo Rege pugnata obiter ac velut in tranſcurſu exſequamur: Lectori prius in memoriam redigentes ea quæ ſuperiore Libro leuiter à nobis quaſi prælibata: de

Et ſapuerunt, meâ quidem ſententiâ; neque hac in parte nimis Barbaros ſe eſſe, multiplex ſui ſpecimen ac documentum dederunt.

Britonum à Francorum Rege iteratæ aliquoties defectiones.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

de eiuſdem gentis (inquio) flagitioſâ cum Normannis in Chriſtiani nominis contumeliam initâ aduerſus Francos conſpiratione; nimio Paganiſmi ſtudio, nouâque externæ ſocietatis acceſſione vehementius etiã corroboratâ. Huc Caroli Regis odium accedebat (in quem anteà quoque hoſtiliter fuerant animati) necdum etiam Cadmæi illius certaminis memoriâ obliteratâ: in quo Lotharij Imp. partes ſequuti, pro victis, ac tantum non perduellionis rei diſceſſerant. Hi proinde, origine Britanni, Aremoricæ plagæ tractum incolentes, non modò linguâ ac moribus ſed & Religione diſſoni; comperto Regnum Caroli idoneis defenſoribus carere, quaſi captato tempore, Nomenoij ductu atque auſpiciis, (qui, exemplo * Normanni ſpreto Ducis vocabulo Regium ſibi nomen arrogauerat) factâ in Francorum fines irruptione, tranſmiſſoque cum iuſtis copiis Ligeri fluuio, Pictauos vſque progreſſi, poſteaquàm cædibus, rapinis, incendiis omnia promiſcuè fædaſſent, Tranſligerianorum ſpoliis ditati, oneratique ingenti prædâ, domum remeauere. Ad quorum inſolentiam in poſterum refrænandam Rex Carolus, conductis pretio Saxonibus; hoſtilemque audaciam externo ſanguine vltum ire ſatagens; cum copioſo exercitu Britanniam ingreſſus eſt. Nec Britones detrectauere certamen; ſecundis rebus alacres, ac

Eorumdem cum Paganis abominandæ pactionis fœdus ac ſocietas.

Ad quam non minus Regis quàm Chriſtianæ Religionis odio gens illa iam inde ab antiquo inducta.

In Caroli Regnũ, idoneis defenſatoribus vacuum, Nomenoij Regis ſui auſpiciis, impetum faciunt.

De Normanno, Britonum Rege, Aimonus cõſulendus lib. de Geſtis Francor. IV. cap CVI.

Vnde ingenti prædâ adoreâque ditati domuitionem denuò ad ſuos faciũt.

Carolus ad Britonas vlciſcendos accingitur.

Interritos, & Regis offenſi iram flocci facientes.

Regis ſui ductu feroces; præſertim aduerſus Chriſtianos; & quos armis ſuperari poſſe tot tantiſque prœliorum experimentis fidem iam anteà abundè fecerant Normanni, Britannici nominis Socij ac Fœderati. Poſtquam ad manus ventum, ac collato pede propiùs res geri cœpta; Saxones, ad excipiendos flexuoſos ac reciprocos leuis armaturæ Equitum incurſus, in primâ aciei frõte collocati, ſpiculis hoſtilibus impetiti ſtatim auertuntur. Britones verò huiuſcemodi Equeſtris pugnæ genere exerciti, ſumptis tergis atque redditis; modò ſpicula omni niſu intorquentes, quà confertiſſima Francorũ acies ſtabat, facto impetu ingruebant; interdum verſutâ fugæ ſimulatione ardorem inſequentiũ fruſtrati, eoſdẽ acutis haſtarum ſuarũ ſpiculis punctim peſſimis modis mulcabãt. Quippe Frãcos, quò minus ſtrictis gladiis dimicare conſueuerant, nec ad inſequendũ ſerrâque quaſi præliandum habiles, nec ad ſtatariam pugnã contrà conſertâ manu ſuſtinendã idoneos, rei nouitas atque Equeſtris prælij inſolentia reddiderat: donec modicâ Britonum clade compluribus Francorũ (Equitũ præſertim) interfectis aut vulneratis, noctis ſuperuentu prælium diremtum. Nec ſequentis diei certamẽ ſecundiores habuit euentus. Quò factum, vt Rex ſubito metu quaſi de cælo tactus, nocte intempeſtâ clam omnibus, præter decus Regium, relictis tentoriis ſuis

Saxones, Caroli Regis prouiſu, Britonum Equitatui in acie oppoſiti, nouo atque inuſitato pugnæ genere perculſi, primo ſtatim cõgreſſu fundũtur.

Britonum Equitum, faciles nimis vorſuras præbentium, habilitas agilitaſque.

Britonum victoria.

Francorum ſtrages.

Iterata poſtridie.

omnique

omniq́ue Principali apparatu, cum paucis fugæ comitibus, furtim ſeſe in tutum citato curſu proripuerit. Cuius adeò pudendæ fugæ poſteaquam manè rumor per exercitum increbuit; tùm verò horror totis caſtris, ac velut Panica quædam conſternatio omnium ſenſus pariter atque animos occupauit. Quo animaduerſo Britones, derepentè plauſu ac clamore ſublato, caſtra Francorum commeatu, diuitiis, ac bonis rebus omnibus refertiſſima inuadunt, cunctiſq́ue quæ ferri agiq́ue poterant tumultuariè direptis, fugientiũ terga citatis equis preſſantes, interceptos quoſque, nec repugnare auſos, vſque ad ſatietatem cædunt; partim viuos ſeruituti pluſquam barbaricæ mancipandos, vel militari lytro redimendos ſecũ captiuos abducũt. Reliquos fuga periculo exemit. Vnde Britones non ſolùm militaribus Francorum ſpoliis, ſed Regiis etiam manubiis cumulatiſſimè aucti, domum reduces, patriam exuuiis ac tropæis, ſeq́ue ac ſuos omnes diuitiis expleuerunt. Hac clade Calui ambitione caſtigatâ, de communi Principalis Concilij ſententiâ, * Rodoberto Comiti, ſpectatæ fortitudinis viro, † Ducatus inter Ligerim ac Sequanam ad Britonum ferociam Regiâ auctoritate comprimendam attributus fuit. Quem quidem ille (vti erat par negotiis ac magnis auſis promtus) ſingulari cum æquitatis tum induſtriæ famâ per aliquod

Furtiua Regis fuga.

Franci in caſtris ſuis cæduntur.

Britones Francorum ſpoliis largiter locupletati vorſoriam ad ſuos capiunt.

*Hunc eundem cum Roberto illo, ſiue Ruperto, Wittikindi Saxoniæ Ducis filio fuiſſe plerique arbitrantur: à quo Hugonis Capeti progenies ſtemmatis ſui originem deducit.

†Quem partim Aurelianenſem, alij Andegauenſem faciunt.

tempus laudabiliter adminiſtrauit. Quàm verò detrimentoſa Caroli Regno reique in vniuerſum Chriſtianæ noxia Nomenoij Britonum Regis exſtiterit vicinitas, haud aliunde apertiùs quàm ex Epiſtolæ cuiuſdam, iuſtiſſimæ indignationis ac querelarum plenæ (communi Epiſcoporum id temporis nomine ad ipſum Nomenoium directæ,) argumento, quod Annalibus ſuis inſeruit * Maſſonus, cognoſci poteſt. Sed enim ille, inexplebilis Chriſtiani ſanguinis hirudo, vindicem Nemeſim ac Dei Vltoris flagra ad extremum euadere non potuit. Nam, dum nullo non libidinis ac ſæuitiæ genere, peſſimiſque in omnes Caroli Regis ſubditos exemplis graſſabũdus, Eccleſiam Dei iugiter atque implacabiliter perſequitur; continuiſque fere nunc Turonenſes nunc Andegauenſes bellis implicitos premit; fortè euenit, vt quodam tempore ad prauas porrò animi ſui cupiditates explendas equum cõſcenſurus, ceu fulminis igne cælitùs afflatus, improuiſò inter manus ſuorum corruerit, ac domum reportatus vitam pariter cum Tyrannide finiuerit: magno aduerſus Diuini Numinis violatores atque oppreſſores Eccleſiæ in poſterum documento. Sed neque ſic tamen ex parte Britonum in Chriſtianos debacchandi rabies conquieuit: finem non prius habitura, quàm Carolus reparatis deintegrò viribus, belloque contra Heriſpeum

Nomenoij, Britonum Regis, aduerſus Chriſtianos aſperitas ac truculentia.

Raró antecedentem ſcelestum Deſeruit pede pæna claudo.

Nomenoius tanquàm de cælo tactus, ſiue fulminatus, repẽtinâ mentis acſenſuum alienatione percellitur; atq. inter ſuorũ manus exſpirat.

Belli aduerſus Britonas per Carolum Regẽ inſtauratio.

* Lib. [...] nal. II. [...] tâ Car[...] Calui, [...] 125. & [...]

ſpeum, (in Nomenoij patris exſtincti vicem nouiter Regno ſuffectum) inſtaurato; denuò in Britonum fines cum immenſo exercitu faciat deſcenſionẽ. quæ hunc exitũ ſortita, vt victoriæ diffiſus Carolus ægrè tandem obtinuerit, vt Britones cum Francis, datis acceptiſque inuicẽ obſidibus pacem mutuò iureiurando confirmarent. Rex verò ipſorum Heriſpeus ſponte mox ad Caluum profectus, Regiæ ſe cum ſuis Francorum poteſtati ſubiiceret; eique Fidem ſuam Sacramenti Religione obſtringeret: Beneficiarium ſe porrò Francici Regni Clientem in perpetuum fore palàm profeſſus iuratuſque. Quæ res eidem poſteà ad Britones ſuos reuerſo & infamiã ſimul & exitium attulit. Siquidem crudeliſſimè ab iiſdem trucidatus, intempeſtiui obſequij Francorum Regi præſtiti pænas exſoluit: Principatu in filium eius Solomonem ipſo Succeſſionis Iure & conſenſu Britonum fauorabiliter tranſlato. Tot cladibus infractâ Francici Regni potentiâ, numquam tamen deterreri potuit Rex Carolus, quo minus inſitæ ambitioni morem gereret ac cupiditatibus ſuis vela dare pergeret: à Tyrannide primum atque perfidia Regni ſui initia auſpicatus, in Pipini fratris filio Pipino; quem is, quòd in belli illius ad Fontoniacum geſti, ſenioris Patrui ſui (Lotharij inquam Augusti) partes fuerat ſequutus, vnà cum Aquitaniæ Regno in poteſtatem

Monẽdus hoc loco Lector, Britonum communem cum Britannicâ gente appellationẽ nuperis pleriſque Germanicarum rerũ Scriptoribus impoſuiſſe: ac nominatim H. MVTIO, qui libro Chronicorũ ſuorum XI. Caluum in Britanniam claſſe copias traduxiſſe; Angliſq. in poteſtatem ſuam redactis ex deuictâ gente Anglicani Regni Titulũ in Franciam reportaſſe hariolatur; nominis (uti apparet) ſimilitudine deceptus; quum omnis ea Caroli expeditio, nõ ad Britannos Inſulares illos ac tranſmarinos, ſed verò ad Britonas Aremorica continẽtis habitatores debeat referri. id quod ex Hiſtoria noſtra contextu perſpicitur planũ.

Cui finis tandem interueruentu Pacis impoſitus.

Heriſpeus, Rex Britonum, Nomenoij filius, Regiæ Francorum poteſtati vltrò ſeſe ſubiicit.

Quæ res eidẽ apud ſuos exitioſa.

Relicto tamẽ filio, paterni Regni ſucceſſore.

Caroli Regis animus improbitati non minus quàm ambitioni obnoxius.

teſtatem ſuam redactum, attonſumque ac Monachali cultu exornatum in Cœnobij Clauſtra detruſerat; tamquam quatuor Regum tanti Imperij fortuna capax non eſſet: magnâ cum inuidiâ noui Principatûs, cuius hoc primum veluti ſpecimen noſcebatur. Cuius rei, præter exempla ſuperius à nobis recenſita, idem multò euidentiora ſigna exhibuit poſteà, quum Lothario quoque Iuniore (cui in partitione Regnorum Lotharingia ex parentis Auguſti voluntate obuenerat) conſimiliter defuncto, Principatum eius inuadere, ac Francorum Regnum ad priſtinos terminos propagare conatus: contra nepotem ſuum (ad quem morte Lotharij Ius omne fraternæ Hæreditatis haud dubiè redierat) nouâ cum Ludouico fratre initâ pactione, ſeſe in Lotharingiæ Burgundiæque poſſeſſionem immiſit. eò vſque arrogantiæ progreſſus, vt vix auditâ fratruelis morte Siluanecto ad Metenſe oppidum ſummâ celeritate contenderit; vbi in Æde D. Stephano ſacrâ Regali oleo de more vnctus, Auſtraſiæ ſe Regem palam auſus fuerit nuncupare. In cuius Regni parte ex pactione à ſe occupatâ nepoti ſuo remittendâ (Ludouico Auguſto dico) quùm ſe æquum atque exorabilem poſteâ præbuiſſet Rex Ludouicus, Caluus nihil Imperatoriis minis, aut Pontificiâ auctoritate ab incæpto deterritus, quò minus armorum præmia armis

Omnis poteſtas cōſortis impatiens.

In Lotharij, nepotis ſui defuncti, Principatū manus iniicit Rex Carolus:

Initâ prius cum Ludouico fratre de communi diuidundo ſocietate:

Vide Rob. Gaguin. Chronic. Geſtis Fr[...] corum lib. in Vitâ C[...] roli Calui.

Auſtraſiæ ſe Regē nihil veritus nuncupare.

Lodouici Regis placabilitas & moderatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

armis tueretur, in conſuetâ contumaciâ perſtitit; venientisq́ue ad ſe ac ſua repetentis Auguſtæ congreſſum faſtidioſè vitauit: occupationum ſuarum molem ac Normannici belli exſpectationem cauſatus. Vtut eſt, illud ſatis compertum eſt mihi, Francorum Regem Carolum neque in malis ſatis fortiter, neque in ſecundis rebus ſuis fortunam moderatè habuiſſe: eundem aduerſùs Paganos vſque ad pœnitentiam lenem ac remiſſum; implacabilem aduerſùs ſuos, non ſubditos tantùm dico, ſed & fratres, ſiue etiam nepotes; quibus ipſo propinquitatis Iure Tutor ac Patronus eſſe debuerat; nedum vt ipſe Hærediorum ad ſe non pertinentium ageret Interuorſorem. Quæ cum vniuerſa tum ſingula altius aliquanto repetieta, eò diffuſius accuratiusq́ue ac diſtinctius pertractare placuit, quò videlicet inſtructiores & quaſi præparati ad prima illa HOLLANDICI Nominis incunabula, Prouincialium Tirocinia ac progreſſus, tum Principum noſtrorum domi belliq́ue res geſtas ordine ac pedetentim gradum promoueremus. Neque me fugit, haud pauca à nobis ſuperius memorata, à plæriſque mediæ ætatis Chronologorum aliter atque aliter recenſeri: neque in rerum geſtarum ſerie ſiue œconomiâ conſeruandâ, aut temporum ratione ad amuſſim exigundâ, eoſdẽ inter ſe ſatis concorditer congruere: quos tamen non nimis

Calui iniquitas, immodeſtia, obſtinatio, ac ſuperbia.

Eiuſdem in rebus aduerſis animi abiectio ac demiſſio.

Hiſtoriæ noſtræ inſtitutũ, ſiue propoſitum.

Chronologorum inter ſe diſſenſio ac varietas.

 ægrè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ægrè componi ac conciliari poſſe, animus induci poteſt. Et verò ipſe variantes tot Hiſtoricorum ſententias, aut etiam calculariòs eorumdem errores, ad locorum vel temporum rationes reducēdi laborem ſumere haud grauarer, niſi me Spartæ quam nactus adornandæ ſtudium, ac ſuſceptæ Hiſtoriæ ratio velut ex longinquâ peregrinatione domuitionis cupidum in patriam reuocarent ad intermortuā propè ac ſepultam rerum noſtratium memoriam ſic quaſi ex Democriti puteo, vel potius Orci theſauro aliquanto preſſius penitiusq́. eruendam, atq. ex araneoſo ſitu in apricum producendam; animum meum velut aculeis quibusdam ſtimulantes. Quibus ſingulis planius compertiusq́; inueſtigandis, cumprimis neceſſariū videtur, cuiuſmodi tempore inſtituti COMITATVS vtriuſq. Franciæ ac Regnorum circumiacētium ſtatus, quis habitus prouinciarum; qui Principes rerum potiti, quæ loca Paganorum iniuriis maximè opportuna; quibus contrà præſidiis fulta res Chiſtiana, prorſùs, quid in hoc tam ſpatioſo Occidentalis Imperij corpore validum, quid ægrum fuerit, præcognitum, &(quantum per humani ingenij ac iudicij imbecillitatem fieri poteſt) probè atque ad amuſſim exploratum habere. Quæ omnia nuperis adeò ac nouitiis Ioannis Gerbrandi ſcriniorum compilatoribus minus conſideratè perpenſa, vel neglecta hactenus, ne dicam

Quorum Lectores vtrique ad eos, qui conciliaturas didicerunt, ire melius eſt.

Nos ſiquidem & rerū ſeries & temporis ordo collecta in Patriam vaſa referre monent.

Quæ noſtratis Hiſtoriæ compoſitori potiſſimùm conſideranda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

dicam penitus ignorata; incredibile dictu, quod quantoſque legentibus ſcrupulos ac fruſtrationes creauerint: quoties in manifeſto mendacio deprehenſi hæſerint ſuccidanei eorumdem architectones; in quas tricas, in quos errorum laqueos ſeq. ac ſuffragatores ſuos induerint: dum inaniſſima quæq. nullis veterum Scriptorum teſtimoniis, nullâ Archiuorum Municipalium auctoritate ſubnixi, fabulas ex fabulis, monſtra ex monſtris ſerunt: nihil penſi habentes, dummodò apud populares credulos atque incurioſos plus ſatis, fidem acroamatibus ſuis inueniant. Et ipſe quidem quod in me fuit præſtiti: præſtare certè ſum conatus, vt digitum ad fontes intenderem; viamque popularibus meis planiorem concinnarem, quæ ad legitimam noſtratis Hiſtoriæ notitiam recto limite ac ſine circuitione duceret. Nam de veteris illius Batauiæ facie ac ſitu, ſiue etiam Hollandiæ noſtræ pomæriis, cuiuſmodi antiquitus ea fuerint, quòd comperti atque explorati quidpiam hoc loco profiteri, vel in medium proferre me poſtulem, minus nihilo eſt, in tanta præſertim rerum ac temporum mutabilitate: quam tot Municipiorum, Vrbiumque vaſtationes, tot fluuiorum exundationes, ac fluuiorum genitoris Oceani littoribus noſtris infeſti gurgites, aliaque indubitata Diuinæ iræ documenta peperere. Quæ

Municipum noſtrorum in patriâ Hiſtoriâ ac rebus domi geſtis hallucinationes è quibus fontibus deductæ primitùs ac deriuatæ,

Batauiæ priſcæ & faciem & ſitum Caliginosâ nocte premit Deus: Nec ſcire fas eſt omnia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

quidem omnia in loco & tempore à nobis memorabuntur, IVNIANAE interim BATAVIAE Editione contentis, aut etiam Topographicâ illâ Deſcriptione non ineleganti, quam in * Hiſtoriâ ſuâ Vltraiectinâ Hortenſius nobis expenſam tulit, in quâ tamen etiamnum haud pauca deſiderari, quid inſolens adeò aut mirum, quum mortalium nemo examuſſim omnia comperta vnquam atque explorata habuerit, vt non plura adhuc ſuperfuerint, quæ ignoraret. neque quiſquam priſcorum Annalium auctoritatibus deſtitutus in re Vetuſtatis ſatis prudens ſatiſque callidus reperiatur, ad coniecturâ vel diuinatione aſſequendum quod vel obliuioſa ipſi ſiue longinquitas temporum, ſiuē infelicitas inuiderit, vel veternoſa potius Chronographorum noſtratium oſcitantia atque incurioſitas denegauerit. Quorum adeò culpâ potiſſimum euenit, vt de tot tantiſque (quæ particulatim à nobis ſuperioribus libris expoſita) ante primi COMITIS noſtri Inaugurationem, ſiue in nos, ſiue in conterminas nationes editis Normannicæ ſæuitiæ exemplis, vix vnum aut alterum in membranaceis ac vetuſtiſſimis calamo exaratis codicibus, à Bekâ, Hedâ, Hortenſio, cæteriſque tam noſtratium quàm Vltraiectinarum rerum compoſitoribus, aut verè aut veriſimiliter ſaltem literarum monimentis conſignata hodie

* Seceſſionum Vltraiectinarum lib. VI.

Nemo vnus, Deo immortali excepto, nouit omnia.

Chronologorum noſtratium in rerum domeſticarum recenſione incuria oſcitantia ac ſupinitas iam inde ab antiquo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

hodie reperiantur. Ea porrò ſic habent. Poſt Lutgeri ſcilicet Præſulis deceſſum, Epiſcopali in his locis Cathedræ præſidente Hungero Friſio, XI Vltraiectenſium Antiſtite; Normannos tyrannidem ſuam ſolito etiam violentius, in ipſis Friſiæ viſceribus belluinâ potius quàm barbaricâ rabie exercuiſſe: direptis paſſim, vel exciſis penitus oppidis ac municipiis, incolis in ſeruitutem abductis: nullâ cuiusquam aut ſexûs aut Sacrati Ordinis reuerentiâ, nullâ ætatis habitâ ratione. Cuius vredinis afflatus etiam Duroſtadienſes inuoluit: iam anteà quoque ab eâdem gente conſimilibus exemplis idemtidem acceptos affectoſque: Vrbem opibus adeò id temporis boniſque rebus omnibus affluentem, vt quinque ac quinquaginta inibi Templa exſtitiſſe, in Annales ſuos retulerit Beka. In quorum profanatione nihil ſcelerum ac flagitiorum à Paganis victoribus prætermiſſum. Parochi, Sacerdotes, Monachi non ornamentis ſuis modò, ſed & vitâ pariter exuti: Chriſtiani nominis odio ac Religionis maximè, quam imprimis exſtinctam ac modis prorſus omnibus eradicatam cupiebant, videlicet, ne reſtibili ſtolonum fruticationi vlterius porro locus aliquis relinqueretur. Ac cætera quidem ſubiecta Epiſcopatui loca ruentium impetu direpta, aut incenſa ſunt. Traiectum aliquamdiu, accerrimè Chriſtianorum

Hungerus XI. Vltraiectinæ Eccleſiæ Epiſcopus Lutgero ſucceſſor.

Barbaricæ immanitatis cum ſummâ impietate coniunctæ, hoc eſt, Paganiſmi Normannorum, omnes violentiæ ſuæ fluctus in Friſios pariter ac noſtrates euomentium, exempla.

Batauoduri, Ciuitatis in his locis antiquiſſimæ, opulentia.

Victori in prædam cedit.

Vides, Religionum diuerſitas quid facit, rapinarum præſertim ac dominationis cupidine accenſa.

Vrbis Vltraiectinæ obſidio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

> Fortiter aliquamdiu ſuſtentata;

ſtianorum armis defenſa, victoris curſum ſuſtinuit ac retardauit: donec crebris tandem catapultis tormentiſque muralibus ac machinis conquaſſata, poſt continuos

> Tandem propugnatoribus ſuis in perniciem vertit.

oppugnantium aſſultus vi hoſticâ expugnata, miſerandum rerũ humanarum ſpectaculum finitimis præbuit. Etenim captâ Vrbe nullũ vel libidinis vel atrocitatis

> Captâ vrbe nihil ſit reliqui victis.

genus (quod in tali re memorabile Scriptoribus videri ſolet) intentatum reliquere importuniſſimi præmiatores: non ſexus,

> Quis talia fando Temperet à lachrymis?

non ætas immanem eorum animum inflexit. diuulſi liberi à parentum complexu; nuptis iuxtà innuptiſque per vim pudicitia extorta: Virgines etiam Veſtales ad

> Heu malorum Ilias!

ſtuprum à Sacrariis ſuis abreptæ, & quidem in propatulo. Sacra iuxtà ac Profana, priuata ac publica promiſcuè in prædam

> Victoriæ ratio non redditur.

data: incendia palam ac cædes factæ: poſtremò armis, telis, cadaueribus cruore

> Hungerus Epiſcopus cum paucis ex ferro ac manibus hoſtium furtim elapſus in tutum euadit denique.

atque planctu viæ omnes completæ. Ipſe Hungerus Pontifex clam hoſtibus Metropolitanam Eccleſiæ ſuæ ſedem, præſentiſſimæ mortis metu, nocturnâ fugâ deſerere ac deſtituere compulſus, vnâ cum reſidua parte Cleri, cumque extenuatiſſimis Oppidanorum reliquiis ad Ludouici Pij fi-

> Lotharij Aug. erga Chriſtianorum exſulum reliquias munificentia atque hoſpitalitas.

lium Lotharium, (Imperio iam abdicato recens Monaſtici Ordinis Sacris initiatum) Prumiam Treuirorum ſe contulit. Qui Bergam Monaſterium (quod poſteà Montis Odiliæ appellationem ſortitum)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vltra flumen Ruram poſitum, Epiſcopo profugo incolendum Regali prorsùs munificentiâ aſſignauit. Experti eandem calamitatem finitimi Vltraiectinis Hollandi: quorum non Municipia vel Pagi modo, ſed & Caſtella omnia (quod genus Burgos veteri vocabulo vulgò indigitare conſueuimus) Procerum ac Nobilium habitationi, nec minus prouincialium ſecuritati deſtinata, funditus ſolo æquata ac flammis abſumta. In quibus * Elini quoque Friſiorum Regis Arcem id temporis fuiſſe, propè Vorenburgum ſitam, ac decem amplius iugerum ſpatium circuitu ſuo complexam fabulantur Chronicorum noſtratium compilatores. In ſummâ, fœda vbique populatio & cædes: ac ne mulierum quidem vel impuberum neci temperatum. Quorum malorum contages ad Kinheimenſis etiam Comitatûs incolas pertinuit: euerſo Egmundanæ Eccleſiæ Sanctuario, iiſdem puta manibus, quibus Nordouicibus meis fatalis iam anteà vaſtities inducta, ac Diuini Numinis cultus palam vbique profanatus impiatuſque. occiſis prius, immo hoſtiarum ritu ante delubra ſua iugulatis Parochis ac Sacerdotibus. In quibus & Hiero Presbyter, dum PRO ARIS ET FOCIS Eccleſiaſticæ auctoritatis Iure intercedit, ac verba nequidquam armis opponit, glorioſam Martyrij palmam adeptus memoratur: qui è ſuggeſtu

Acerbum Patriæ noſtræ funus faciunt Normanni.

Arcium demolitio ac vaſticies

** Arandulam vulgò indigitant, quem Regem Aurindilium nobis concinnat Beka, Caſtrum eiuſdem multò muniſſimum prope Vorenburch a Danis ac Normannis hoſtiliter deſtructum diſertè memorans præter Hedam. vide Iunium noſtrum Bat. cap. XVIII.*

Vt perhibent, qui de magnis maiora loquuntur.

Heu, cadit in quemquam tantum ſcelus?

Kinheimaria vaſtata.

Heu, quanta Ambactis vulnera facta meis!

D. Hiero Presbyter, Cuius ad extremum morte probata Fides, peculiaris Delubri poſteà, Sacrato eiuſdem nomini dicandi, Municipibus meis caſum præbuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

geſtu inter concionandum obtorto collo raptus protractuſque in viam publicam caput ferro demetendum percuſſoribus præbuit. Vnde idem aliquot poſt ſæculis ob pietatis famam in Diuorum numerum adſcribi; ſimul Æde ſacrâ, nominatim fidei ac tutelæ ipſius dicatâ, publicè cohoneſtari promeritus: ſollenni illis temporibus ritu ac conſuetudine. Atque hæc (ſi quidem Chronologis noſtris credimus) impunè omnia: fatali ignauiâne an ſocordiâ, certè non ſine probro ac dedecore Chriſtianorum Principum. *Reſtitere quidem initiò, Vltraiectenſium exemplo incitati, prouinciales; ſed enim euentu improſpero, cæſis ex Equeſtri Nobilitate primoribus gentis, ac deſideratis iis quos primos iniuriæ ire obuiam ac vim armis defenſare generoſi animi impetus exſtimulauerat. in quibus par nobile ſtrenuiſſimorum Equitum, Theobaldus & Gerolphus pro patriâ fortiſſimè prælиantes cecidiſſe, nominatim referuntur à Iohanne Bekâ. Et verò haud modico neque parco Paganorum ſanguine ac vulneribus graſſaturas iſtas auctoribus ſuis ſtetiſſe, nihil eſt quod ambigamus. præſertim fidem veri in ſe recipere parato eodem (quem dixi) Bekâ. qui à popularibus noſtris non ad arma concurſum modò, ſed & pugnas complures præliaque variis in locis contra Paganos edita ac patrata diſertim commemorat.

Incaſſum, neque ſine lamentabili ſuorum clade.

In qua ante alios duorum conterraneorum Equitum virtus enituiſſe prædicatur à Bekâ. Cui vni etiam hoc omne, de communi popularium noſtrorum fortitudine dictum ampliſſimè teſtimonium, acceptum referri conuenit.

Quæ

Quæ vtinam ab illius æui Chronologis ſigillatim, hoc eſt, temporibus, locis, perſoniſque diſtincta & per partes explicata haberemus. Sed enim hæc & talia irritis votis exoptare potius, quàm ſperare facultas eſt nobis. Illud autem pro vero nobis ex eodem Bekâ compertum audacter aſſeuerare poſſumus, Normannos ad extremum Chriſtianorum robori ac virtuti præualuiſſe: atque eo vſque demum lanienæ iſtius acerbitatem proceſſiſſe, donec Municipum plæriſque vel ferro interemptis, vel fugâ ſubductis, reliqui vix eſſent qui occiderentur. Vnde in imbellem ſexum ætatemque, quæ de tantâ incolarum frequentiâ ſola etiam ſupererat, hoſtilium odiorum cruditas exercita: captiuaque in extremas oras abducta cum pueris puelliſq. ingenuis innumerabilis muliercularum multitudo, barbarico in perpetuum exſilio ac ſeruituti damnata; neque vllum adeò malorum effugium niſi * morte habitura. nullâ non dico vltionis fiduciâ, ſed ne tenui quidem, ex poſtliminio in patriam reditu, ſolatioli ſpe relictâ miſerrimis ac deploratiſſimis captiuis. Intereà non minorem ab aquarum exundantium eluuie calamitatem, quàm antea ab hoſtibus, paſſi ſunt incolæ. Cauris ſiquidem continuis ac procellis plus quàm decumanis concuſſus Oceanus, ſimul torrentibus in ſe raptis inflatus & ſibi anguſtus, protulerat lit-

Indigenæ multis tandem prælijs fracti à Paganis victoribus in ſeruitutem rapiuntur:

Vnaque cum coniugibus ac liberis in longinquas oras trans mare venum exportantur.

** Mors ærumnarum requies: ea cuncta mortalium mala diſſoluit.*

Immanis Diluuiei deſcriptio,

Quâ vtriuſque Friſiæ ager, Hollandiæque continens Traiecto tenus inundati.

rat lit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rat littus:æſtuſq́.æquinoctialis ſolitis maxi-

Non bene ponto Creditur!heu, fallunt littora & ipſa fidem,

miſque violentior, ſub ipſum Lunæ Soliſque coitum, ex imis profundi receſſibus, terminos ſibi diuinitus præſtitutos egreſſus, in poſſeſſionem terrarum ſedibus ſuis ſolicitatum induxerat Neptunum: conuulſis primùm humilioribus ædificiis, quæ in tranſitu abrepta; mox iniuriam etiam editiora ſenſere: nouiſſimè flumi-

Aggeribus ſpes nulla manet: perit omnis in herbâ Irrita ſpes ſegetis malè fidis credita glebis.

nibus in ſocietatem aſſumtis elatus onuſtuſque;effractiſque ac perruptis aggeribus nouos ſibi alueos patefecit. adeò impetuoſè, vt Coloniæ, Pagi, Municipia tota denique paſſim corriperentur: continuaretque violentiam curſûs ad ipſos vſque Vltraiectinæ Ciuitatis muros ac ſuburbia: ingentem ſimul hominum numerum (qui hoſticos ignes elapſi neſcio quo Fato grauiori aquæ elemento reſeruati videbantur) nec non patentiſſimos terrarum tractus vno eodemque vortice inuoluens. eò procliuius, quòd ex alterâ parte Rhenus bru-

Quæ minus officiunt ſingula, iuncta necant.

malium nimborum copiâ ac liquefactarum niuium tabe immenſùm auctus, ſic veluti ex compacto auxiliaris receptatori ſuo factus, vtriuſque continentis ripis haud vno loco ſuperfuſus, verſùs caput ac fontes ſuos captâ de ſubito vorſoriâ (veterem Iordanis nobis Tragœdiam repræſentans) retrò fluminei agminis curſus reuocauerat, non ſine fœdâ pecuariorum ac mortalium internecione: neque ſecus,

quam

quam ſi maria pariter & flumina vniuerſa in exitium humani generis vno veluti agmine coniurata vires ſuas conſociaſſe viderentur. Neque ſiſti poterat, donec totas Diœceſes vnà cum ipſis habitatoribus penitus hauſtas ac profundo merſas gurgitibus ſuis operiret: Templis arcibuſq́. paſſim inſularum more eminentibus. quorum pinnis tectiſque adhærebant ſemiuiuorum corporum, naufragium in terrâ patiuntium, exſangues ac miſerabiles reliquiæ: quibus in extrema perductis hoc vnum ſolatio fuit, quod nouitate miraculi attonitis metus ſubitò in ſtuporem tranſierat: ita vt nimiâ admiratione defixis timere vacuum non eſſet, quippe in cuius locum deſperatio ſucceſſerat: diremto inter amiciſſimos commercio ac tranſitu, quoniam quidquid in medio erat id omne ſquammoſo pecori vſurpandum promiſcuè fluuiales iuxtà ac marini lacus piſcinæque compleuerant. Vnde factum, vt totâ humo ſtagnante Arcium domorumq́ue parietes continuo madore laborantes ſubtus infirmarentur: & in imum vſque receptis aquis ipſa fundamenta fatiſcerent, nec qui titubantibus ac ruinam minitantibus pro fulcris humeros in tempore ſupponeret, Alcides aliquis reperiretur. Quam Diluuiem inſuper tanta derepente arbuſtorum ſtrages ſequuta (radicibus vi ventorum pariter & aquarum ſalſugine corruptis

Quid tantùm (ô Neptune) paras? an ſæcula Pyrrhæ Rurſus, & antiquas Deucalionis aquas?

Me miſerum, quanti montes voluuntur aquarum?

Vſque adeone mori miſerum eſt?

Ædificiorum labes.

Arborum ſtrages quâ ex cauſâ:

funditus ac labefactatis) vt etiamnum viſendæ magnitudinis robora è Terræ matris viſceribus quotidie effodiantur, tectorum ſcandulis ac tigillis conſtruendis appoſita; quorum capita omnia in Eurum porrecta haud dubio argumento ſunt ſyluas malè radicibus ſuis cohærentes, nemoraque propè omnia eiuſdem tempeſtatis impetu ſubuerſa, eâdemque ruinâ inuoluta ſolo procubuiſſe. quæ paulatim deinceps limi atque arenarum ſuggeſtus operuerit, nouamque ſuccidanei ſoli (cuius bona pars hodie etiamnum reliqua conſpicitur) ſuperficiem vaſtiſſimis æquorei ſinus ſpaciis, & veluti tectorium quoddam induxerit. Quo * tempore quoque famoſiſſimum illud Seueri Auguſti Armamentarium ad Cattorum Vicum mediis Rheni faucibus impoſitum (cui vulgò BRITANNICAE ARCIS indita appellatio) maris æſtu vltra ſolitum (vti recenſuimus modò) efferuiſcente exaggeratis arenarum puluinis pariter ac limi pinguioris aggeſtu obrutum obſtructumque fuiſſe plæroſque opinio tenet, à populis illis ad ſeptemtrionem remotis deſtructum anteà ac ſolo penitùs æquatum. Cui præiudicatæ tanto iam tempore opinioni ſuffragetur, qui volet; me certè hîc ſubſcriptorem habiturus non eſt; tametſi ægrè ſit mihi, à Iunianâ ſentētiâ vel latum vnguem diſcedere. Etenim Quadis potius aut Saxonibus, inue-

Nihil veriſimilius.

Het huys te Brittē. I. Britenburgus, Arx Rheni quondam ſuperciliis impoſita, deinde hoſticâ vi exciſa, poſtremò maris æſtu ac littoralibus arenarum cumulis adobruta, ſepulchri ſimilis nihil præter nomen hodie reliquum habet.

inueterato pridem Romani nominis odio imbutis; vel Francis certè Saliis, facinus iſtud lubenter imputauerim; non Danis ſiue Normanis, aliquanto ſerius ad hæc littora appulſis, quàm vt veriſimile ſit genus illud tranſmarinum Arci huic Britannicæ exſcidium vaſtitiemque feciſſe.

Super tempore, quibuſque auctoribus Armamentario iſti vaſtities inducta primitùs, paulò curioſius inquiſitum: in quo non Iuniana modò, ſed & recepta hactenus opinio exploditur.

Illud vtique extra controuerſiam, Medij illius (quod veteri ſuprà Caduicum Rheno & Plinius pariter & Ptolemæus aſſignat) Oſtij nec volam hodie, nec veſtigium (quod dicitur) vſpiam locorum apparere. Neque id mirandum, in tantâ rerum ac temporũ viciſſitudine: tantâque exundantium ſubinde fluuiorum volubilitate, ac variatis toties aquarum decurſibus, quæ nouos ſibi alueos neque vſitatos anteà in Oceanum Septemtrionalem exitus aperuerunt: ab eodem viciſſim auxiliaribus vndis in partem adiutæ; dum ipſemet ſibi ac Rheno iniurius, canalem eius ſuopte ingenio vadoſum relictâ fæce turbulentus oblimat, & quiquid pingue ſecum tulit argilloſo fundo allinit: ſimul hanc pro vallo (quæ in hunc vſque diem perdurat) ſabuloſi Aggeris molem Neptuno obiicit Terriquaſſori. Neque enim mihi hoc loco vitio vorti oportere exiſtimo, in re vſqueadeo ampulloſâ ac plùs quàm Tragicâ Poëticum Epithetum vſurpanti. Quæ cuncta eò facilius prouenere, quòd mox operarum quoque municipalium vigilantia ac

Mutationis huius, ſeu confuſionis potius cauſæ propius expenſæ ac penitius diſcuſſæ.

tia ac labos, humanæq. induſtriæ pertinacia acceſſerint. omnibus circùm adnitentibus, nemineque non plùs quam pro parte ſuâ opus gnauiter vrgente atque accelerante. Neque id meliercule iniuriâ; vt quibus poſt tot Coloniarum, Oppidorum; Arciumque iacturam; quodque maximum & grauiſſimum erat, poſt tantam cariſſimorum capitum diminutionem ipſa adeò Reip. vtilitas, immo verò neceſſitas perſuaſerat nouum aliquod cautionis genus excogitare quo tam detrimentoſi fluminis impetus in poſterum cohiberetur. Sed enim huic malo nullum aliud viſum opportunius remedium, quàm ſi ſolito alueo demotus, in Leccam (qui inter Rheni Elices tenuis anteà Riuulus ſupra Doreſtatum ſerpere potius quàm fluere videbatur (flexuoſe, hoc eſt, per ſinuoſos amfractus trãsferretur. Quæ res concordi prouincialium ſtudio, nec non immenſis ſumptibus tandem etiam ad effectum perducta. Neque arduum fuit perſuadere volentibus, recordatione præteritarum cladium maxime ac ſuo iam periculo edoctis, quantum pelagio æſtu adiuta fluuiorum importunitas poſſet. Vnde adoptiui Leccæ alueum in eam, quæ mox ſequuta, amplitudinem paulatim diffundi; ac mediis Rheni faucibus obturamentum creari neceſſe fuit. Id verò detrimentum amnem illum incurriſſe * ſexageſimo ſupra octingenteſi-

Rhenus apud Batauodurum per Leccã curſum quomodo mutauerit, Multâ mole docendus aprico parcere campo.

Vide Hedam, vbi quæ ſub Hungero XI. Vltr. Præſule contigere, more ſuo, hoc eſt, ſcitè ac penſiculatè perſequitur; Nannium Miſcell. lib. X Hortenſium Rerum Vltra. I. & VI. Iunium Bat. cap. VIII.

gentesimum anno, & Elici ſuo cedere coactum plæriſque noſtratium hactenus ferè perſuaſum video. Cui peruagatiſſimæ opinioni ne aſſenſum meum commodare pergam, vetuſtiores noſtratium rerum concinnatores effecerunt, qui ſcriptis ante CCC. (& quod excurrit) annos Commentariis rem tam famoſam ac memorabilem ſilentio tranſmiſſuri non fuerant, ſi vera eſſet. Atque in his noſter etiam Ioannes Beka. Nam cæteros diobolares iſtos ac recenter exortos fabulatores nihil moror iſtiuſmodi tractare argumenta. eò minus, quod iacturam iſtam, ſeu potius calamitatem interuorſi & obturati Rheni non Hortenſius modò, ſed & Iunius noſter in controuerſiam vocent: pariter ambigentes vtrúmne ad hanc, an ad alteram illam potius haud paulò recentiorem, (quæ in annum M. CLXX. incidit) exundationem eius Hiſtoriæ fides ſit referenda. Quæ vt tum incolis aliquanto tolerabilior euenit, ita eam in id tempus primitùs incidiſſe, ad fidem pronius eſt. etiam Iunio noſtro in hanc ſuccidaneam partem potiùs, quàm priorem illam inclinante, nobiſque haud obſcurè ſuffragij ſui calculum commodante. Vnde enim ſumptus ſuppetiuiſſe credamus populo tot bellis fracto ducendæ perpetuæ foſſæ, & operoſiſſimis Leccæ aggeribus tanto prouincialium impendio nouiter communiendis? Quibus tamen ſenten-

Chronologiæ fides in controuerſiam vocatur.

Muſſantibus de re tantâ tamque atroci omnibus ad vnum mediæ ætatis ſcriptoribus: Neotericis verò contentionis funem ducentibus, vt qui plus vno ſæculo inter ſe diſſidere deprehenduntur.

Argumentum ab impotentiâ, ſiue inopia prouincialium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſententiam illam priorem tueri atque aſtruere placet, cataclyſmum iſtum crebris anteà fulminum prodigiis, ac ſtellarum inter ſe vltra ſolitum morem concurrentium oſtentis, præſignificatum videri volunt. Nobis nihil câ de re, tametſi omnia curioſâ indagatione perſequutis, ex probatæ fidei Auctoribus compertum, niſi quod anni (de quo agimus) hibernum tempus, intenſiore gelu continuato, frugum fructuumque prouentibus pernoxium ſequentis æſtatis autumnique ſpes intercepiſſe comperior: ac nominatim mare Iõnium ita glaciali marmore incruſtatum congelaſſe, vt paſſim mercatores, quò nunquam anteà niſi velis aut remigio penetrare conſueuerant, tunc iumentorum operâ, ac plauſtrorum merces vectantium vſi beneficio, vltrò citroque (ſic quaſi terreſtri itinere) Venetias negotiandi gratiâ frequentarent. Niuem præterea ſanguinolentam plæriſque in locis cælitùs defuſam religionem ſpectantium animis obiectaſſe. Erant & qui grauiſſimum illum ſuperioris anni Terræmotum, quo Moguntiacum cum locis ei Ciuitati contiguis ſine intermiſſione concuſſa fuerat, in earum quæ ſequutæ ſunt calamitatum omen ac præſagium traherent. His tam aſſiduis tamque mæſtis modica lætitia interiicitur, quòd inter Carolum fratremque eius Ludouicum, (hunc Orientalis, illum Occidentalis Fran-

Prodigia, ſiue oſtenta, quibus annus ille DCCCLX. inſignitus, obiter recenſa ac conſiderata.

Vide An[...] les à Pit[...] editos.

Geli acrimonia.

Conſimili gelu omnia Hadriatici ſinûs, Venetæque vrbis æſtuaria ſuis temporibus conglaciaſſe, lib. Hiſtor I. commemimit Bembus.

Nix cruenta.

Terræmotus.

Noui inter Chriſtianos Principes fœderis redintegratio.

lis Franciæ Reges) ac nepotem vtriuſque Lotharium, ſollenni iuriſiurandi religione interpoſitâ, interruptæ toties concordiæ Fœdus integratum: gratiæque ſimul ac ſocietatis mutuæ reconciliatio inter Triumuiros illos ſtabilita publicè ac continuata. Quæ tamen tantum abeſt, vt Normannos deterruerit, quo minus ſollennia inſanientes antiquum porro obtinere, hoc eſt, in ſuperſtites infelicium Chriſtianorum reliquias more ſuo furere ac debacchari pergerent; vt multò etiam furioſius in mediterranea atque in ipſa Prouincialium viſcera ac medullas deſæuirent, Nouiomago tenus graſſari auſi. cuius Vrbis portis noctu per inſidias occupatis recepti, cæde, incendiis ac direptionibus cuncta miſcuerunt. In ſummâ, domus, templa & aræ; humana omnia pariter atque diuina Iura à ſceleſtiſſimis Paganis violata ſunt; neq. poſteà per id omne tempus (quo Auguſtiſſima illa Ciuitas in prædam pariter ac pœnam data) quidquam reſiduum crudelitatis fuit in deditícios ac captiuos ſæuientibus. poſteaquam iam antea Innuonem Epiſcopum) quem alij Emmonem vocitant) abductum ex Vrbe per vias nefariè trucidaſſent. tametſi id triennio antè accidiſſe, credi ſibi poſtulet Meierus noſter. niſi ſi tamen in excuſis Annalium eius editionibus errorem calcularium per Editoris incuriamne an imprudentiâ, temerè obrepſiſſe ſuſpicemur.

Normannorum in Chriſtianis perſequendis obſtinatio

Nouiomagum capta.

Ciues fanda ac nefanda paſſi.

Vide Alb. Crantzium Noruagia lib. 11. Cap. v

Epiſcopus trucidatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER QVINTVS.

BREVIARIVM LIBRI.

COMMENTICIARVM *ex vulgatis Patriæ* CHRONICIS *de* CALVO REGE *Narrationum futilitas in medium exposita. Vbi de Comitiis Pladellæ habitis; de Primi* COMITIS, *contra popularium ſententiam, per arma Regia in Hollandiam pariter atque Friſiam deductione; de pugnâ inter Regios milites ac Prouincialium Factiones pugnatâ: de eorumdem poſt receptum* COMITEM *rebellione, ſeueriſſime porrò ab vltore* CALVO *vindicatâ atque punitâ; aliíſque talibus nullo perſonarum diſcrimine, nullâ temporum habitâ ratione, copioſiſſimè tractatur. Eorumdem vanitas ad Veritatis cotem exploratè deprehenſa, neque non confutata pariter atque exploſa. In ætate* DIEDERICI I; *tum* COMITATVS *huius incunabulis error animaduerſus, propiúſque ad Chronologiæ examen redactus calculus. Donationem* CAROLI *Francorum Regis, nomini* DIEDERICI *imputatam, non ad* CALVI, *verùm* SIMPLICIS *liberalitatem trahi ac referri oportere, tum ex deploratiſſimâ illorum temporum conditione, tum ex ipſius* DIPLOMATIS *verbis liquidiſſimè demonſtratum. In quo tamen Orthographiæ ratio aliquanto preſſius expenſa; ac leui numeralis vnius notæ correctiunculâ* COMITATENSIS GENIVS *Natali ſuo reſtitutus. Qui quidem omnium in Belgicâ hac noſtrâ* COMITATVVM *poſt* FLANDRICVM *vetuſtiſſimus, cur Hannoniis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

noniis tanto tempore poſt natis de debitâ ſibi in Publicis
ORDINVM *Conuentibus* προεδρίᾳ *conceſſerit, non ſine*
iuſtâ ſtomachi indignatione quæſitum repertúmque. HA-
GANONEM *Laudunenſem* DIEDERICO *noſtro*
neque Auunculum fuiſſe, neque eſſe potuiſſe, ex perſonæ
ipſius ignobilitate oſtenſum. Sed neque Aquitaniæ Prin-
cipi SIGEBERTO COMITIS *noſtri originem de-*
beri id, quoque probabiliter demonſtratum. Pronius ad
fidem eſſe (id quod mihi ſanè primitùs in mentem venit)
vt Patrem ipſi è viciniâ potius, quàm longinquâ Aqui-
taniâ arceſſamus. Et vnde potius quàm è FRISIA,
cuius COMITATVM *ſub* GODEFRIDO REGE
Gerolfo puta. *ad* GEROLFVM *pertinuiſſe ex Reginone cognoſcimus.*
* *Ei certe* WALGARIVM FRISONEM, *ſiue ma-*
uis WALGERVM, *Filium fuiſſe, eſt in confeſſo: qui*
haud dubiè DIEDERICO *noſtro frater, & quidem*
germanus: cuius (vtpote natu maioris) permiſſu idem,
communi Patre defuncto, in Hæreditariam FRISIÆ *poſ-*
ſeßionem ſucceſſerit poſteà. Hinc ad AVVM *porrò Pro-*
auúmque vtriúſque gradus retrorſum flexus; COMITIS
q́; noſtri STEMMA *paullo altius repetitum. Quando Gen-*
tilicia primum nomina in vſu eſſe cœperint. Iis haud No-
bilitatem apud nos modò, ſed & ipſos COMITES *ad Quin-*
ti vſque DIEDERICI *tempora in vniuerſum penitus*
abſtinuiſſe: non niſi Ordinis inter ſe ſiue Honoris Titulis,
quos proprio ſtatim nomini ſubiiciebant, diſcerni ac diſcri-
minari conſuetos. De DVCIBVS *ſimul ac* COMITIBVS
diſtinctè dictum; & quem Dignitatis locum apud PRIN-
CIPES *quondam ſuos vtrique obtinuerint: tum ad quem*
potentiæ gradum poſteà virtute ſuâ eniſi euectíque. Quan-
do in Gallias primùm Regalium FEVDORVM *conſue-*
tudo introducta, & quâ ex cauſâ. PRINCIPVM *id*
temporis erga bene meritos promta atque obuia liberalitas
in Prouinciarum, quas hoſticâ vi amiſerant, conceßione.
Locorum, in CAROLI REGIS *Donatione ſpeciatim*
expreſſorum, deſignatio, præter opinionem vulgatam. Etiam
DIPLOMATIS *alterius verba penſiculatius diſcuſ-*
ſa, quo de WASDA NEMORE COMITI *gra-*

tia facta

tia facta à REGE LVDOVICO. *Vbi porro illud fuerit. Præterea tam de Datore, quàm Acceptore noua nunc primùm quæſtio inſtituta. Alia Aretalogorum noſtratium de* LVPOLDO, SVEVORVM DVCIS *Nepote ſomnia in claram lucem producta. Poſtremò de* THEISTERBANTIÆ COMITATV *quædam haud protrita.*

PERVENIMVS aliquando, tot cæca Oceani vada eluctati, tantas viarum aſperitates emenſi, ad eius Curriculi flexum, quò iam inde ab initio curſum inſtitueramus. Ad ea, inquam, tempora, quæ PATRIAE noſtræ ROMVLVM (ſi tamen in CALVI REGIS Principatum ipſius * ætas incidiſſet) ſileri diutius, ac Virtutes eius in obſcuro iacere non paterentur. Sed vereor, ne illis hominibus temporum ſatis conſtiterit ratio, qui Rerum à primis vſque COMITATVS huius incunabulis geſtarum Chronologias ſcrutati: in ætate præſertim DIEDERICI noſtri ad exactiorem (vti oportebat) calculum ſubducendâ. Eum ſiquidem à CAROLO CALVO, Francorum REGE, non ſolùm Principali HOLLANDIAE COMITIS Titulo auctum ornatumque, verùm rectà etiam in hæc loca atque in hanc Ditionem manu militari, & quidem ab ipſo quem dico REGE deductum; communi hactenus recentium quantum eſt Chronicorum, Annalium, Ephemeridum conſenſu, ſollennibuſque inſuper

Ad Chronologiæ hactenus receptæ fidem pariteratque a ıctoritatem eneruandam Præparatio.

Id qu… ctis p… indoct… falsò… nus p… ſum.

Fabularum plena ſunt omnia.

Faſto-

Faſtorum omnium Auctoritatibus percrebuit. Quid? quòd ea perſuaſio iam ſupra vnius ſæculi atque auorum noſtrorum memoriam inueterata, penitiſſimeque impreſſa omnium vſque adhuc pectoribus inſedit, altiuſque radices egit, quàm vt ex hominũ pulmonibus vllo porro tempore reuelli poſſe videatur. Magnâ proinde mihi circumſpectione opus fore intelligo, quò citra municipalium aurium offenſam continuem peragamque hoc iter, nullius ante veſtigio calcatum: ſummâque ope atque induſtriâ prouidendum, vt neque populares mei, Veri ſpecie decepti, ad hunc modum deinceps amplius circumueniantur: vtque iſtiuſmodi acroamatum concinnatores, celebratæ hactenus opinionis præiudicio confiſi, vi demum Veritatis conuicti, ſe non alienâ modò, ſed & ſuâmet credulitate abuſos, vel vltrò tandem confiteri ſubigantur. Et quamuis ægrè eſt mihi, non modò à communi orbitâ ac peruagatæ vſque adhuc traditionis hæreſi, verùm etiam à Conſulari illâ Barlandi, Hortenſij, Meiëri, Iunij noſtri denique ſententiâ vel latum vnguem diſcedere, ac turbare hominum animos eâ imbutos, tamen hîc eandem accuratius excutere; & quàm pertinaces aliquot eius ſententiæ populares non modò Veritati ſed & ſibimet ipſis repugnantia narrent, haud fuerit alienum, quantum ſuſcepti operis

Opinio enim ſacer eſt morbus.

Cautio & prouiſio in commodorum.

More ingenij humani: cui Veri imagine aut fallere, aut falli nouum non eſt.

Vis Veritatis, eiuſque efficacia.

Deprecatio Inuidiæ.

Quæ pertinacia ſapientibus, eadem imperitis conſtantia videtur.

Sententiæ inter ſe pugnantes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ratio permittet, oſtendere. Cæterùm id fruſtra, an ob rem faciam, in Municipum noſtrorum ſitum eſt voluntate. quibus adeò ego neque ingratum neque incommodum euenturum confido, ſi eos ipſos (vti legitimum Hiſtoriæ ſcriptorem eſt æquum) diſcuſſis aliquando erroris atque ignorantiæ tenebris, per opaci callis tramitẽ in propatulũ Regiæ viæ apricum eduxero. hactenus indeprenſum, dum plæriq. omnes vulgi, more magis quàm iudicio, poſt alius alium, quaſi prudentiorem ſequuntur: neque operæpretium cenſent, in rẽ adeò caſcâ atq. ab ætatis noſtræ conſpectu remotâ Criticarum quæſtionũ frigus anxiè exercere. Qui ſi oculati iudicij acumen per omnia (vti conueniebat) aliquanto curioſius circumtuliſſent, næ illi haud dubiè manifeſtò fuerant deprehenſuri, quantopere Calculatores noſtros fugerit ratio, in anticipatione annorum, quos ad ſequentis potius ſæculi initia, quàm ad CALVI tempora pertinuiſſe, res ipſa indicio eſt. Quod priuſquam euidentiſſimis rationibus demonſtrare aggrediar, rei totius geſtæ ſeriem, proinde vti eam in CHRONICIS vernaculis à Io. Gerbrando relatam ac digeſtam commemini meæ fidei periculo Romanæ Ciuitati donatam, in medium proponam: narrationis intellectum potius quàm verborum ordinem ſequuturus: quorum hæc ferè eſt ſententia. ANNO videlicet ſalutis ſu-

Ex errore in viam reductio.

Vt pecudes antecedentium gregem.

Temporum ratio Hiſtoricæ rei ſtudioſo imprimis conſideranda.

Vide Chro[...] nica noſtr[...] tia patria ſermone [...] olim edita [...] nuper D[...] phis Ann[...] 1585. [...] licet de [...] grotecenſ[...]

tis ſupra octingenteſimum tertio ac ſexageſimo, circa principium æſtatis, CAROLVM CALVVM Francorum REGEM audito per Hollandiam Friſiamq. opes Normannorum eò vſque incrementum cepiſſe, vt Municipia, Arces, Ciuitates vaſtæ fugâ & cædibus; incolæ inermes prædæ, pœnæ, & cuicumq. ludibrio expoſiti in pretium belli victoribus ceſſiſſe viderentur: adeò Centaurice atque immiſericorditer, vt Pontifex ipſe Vltraiectinus vacuam D. Martini Cathedram exceſſu ſuo factã, Bergenſi exſilio commutare fuerit coactus (vti ſuperiore libro abundè declaratum) ſui ante cæteros officij eſſe duxiſſe, quã primùm à ſubditorum ceruicibus externæ Dominationis iugum depellere: populoſq. haud ſuâpte ignauiâ, ſed Barbarorum præualétium multitudine grauiſſimè afflictos oppreſſoſque Regiis opibus erigere ac ſubleuare: Sacra CHRISTIANA denique Paganorum ſcelere proſtrata euerſaque Eccleſiis ſuis reſtituere. Neque id immeritò: quippe qui facilè intelligeret, flagitia iſtiuſmodi non in Prouincialium perniciem modò, ſed verò in Regij nominis ac MAIESTATIS ſuæ contemptum redundatura, ſi extrema Imperij ſui diutius à barbaris impunè raptari atque inquietari pateretur. Quocirca cum in rem Religionis, tum ex Regni imprimis dignitate viſum, in coërcendis CHRISTIANI nominis hoſtibus illuſtre aliquod

Carolus Caluus Francorum Rex,

Normannorum iniurias ac ſacrilegia Regni ſui confiniis Paganorum vi ac ſcelere illata tandem pertæſus,

Ad Rem Chriſtianam per hæc loca in priſtinum integrumque reſtituendam, ſerò quidem, ſed tamen ſeriò accingitur.

Quo quid aliud Regio nomini grauius atque intolerabilius euenire poſſit, haud video

Quippe timor Martis Marte ipſo peior, & omni ſupplicio grauior ſupplicij metus eſt.

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

quod exemplum ſtatuere: munimento in præſens, in poſterum terrori. Eius rei ergo * Pladellæ (quam Pagi etiamnum ac vetuſti nominis veſtigia in Brabantiâ retinere audimus) Comitia REGIS nomine publicitùs indicta. Quorum ea celebritas, ea id temporis ſollemnitas fuit, vt Regni Principes vndique ac Clientes (Fiduciarios quos vocant) è Ditionibus quiq. ac Præfecturis ſuis in rem præſentem ad locum diemq́ue condictum & quidem frequentiſſimi conuenirent; debiti partim honoris ac Palatinorum officiorum ſpecie, partim ſemet vel ſuos in amicitiam Principis inſinuandi. Inter alios quoque Xantenſis Oppidi, * Traianæ Coloniæ ac circumiacentis Territorij COMES, nomine Hagano, comitem adducens ſecum ſororis ſuæ ex * Sigeberto Aquitaniæ Principe procreatum minorem natu filium, cui nomen DIEDERICO, Is WALGERI Theiſterbantiæ Comitis frater, & quidẽ germanus; primo Iuuentæ flore ſpectabilis, ingenio validus, manu promptus, nihil niſi arma, viros, equos, quæq́ue alia inſtrumenta belli, dari exoptabat ſibi, per quæ virtus eniteſcere poſſet. Cuius iam anteà quoque multa & magna ab eo documenta edita conſtabat, per frequentes pugnas ac prælia contrà Infideles fortiſſimè depugnata: tum nominatim aduersùs Sarracenos, qui ex Vaſconiâ haud ſemel prædas agere aggreſſi, peſſi-

Comitia Regni Procerum à Rege Caluo indicta atque habita Bladellæ.

Diederici, futuri Hollandiæ Comitis, commentitium Stemma, ætas, induſtriæ vertutiſq́ue indoles, ex Idiotiſmi noſtri fide, deſcripta.

Expeditiones eiuſdem contra Sarracenos.

Blade vocant.

Vide Step[...] num Pigh[...] um in H[...] cule Prodicio,

Ei Mach[...] dis nomen faciunt.

ſi, peſſimis ab eo modis accepti multatiq́ue diſceſſerant. Vnde & DIEDERICO Equeſtris decoris Inſignia ob virtutis Meritum decreta recenti Principis beneficio obuenerant. Aderant prætereà fortuita illa, communem modum ſupergreſſa formæ dignitas, corporis proceritas ac robur, animi munificentia: atque ex eo, ſuprà quàm cuiquam credibile ſit, propenſæ in ipſum hominum militarium voluntates. vt facile intelligeretur, ad quamcumque Spartam ornandam magnum & cuicumque Martio diſcrimini ſuffecturum in ſe ac virtute ſuâ repoſitum habere * viaticum. Is proinde, oblatæ per tempus occaſioni deeſſe haud quaquam rebus ſuis conducibile ratus, vnà cum Auunculo ſuo Haganone ad hæc quæ dico Regalium Comitiorum ſollennia haud dubiæ ſpei ac fiduciæ plenus deſcenderat. eo animo atque conſilio, vt condignum tantis laboribus ac periculis, toties pro Re CHRISTIANA publicè ſuſceptis, honorarium aliquod à Chriſtianiſſimo Principe præmium reportaret; Prouinciam puta aliquam ſub Vicario Regis nomine, Comitatenſi Titulo adminiſtrandam. Neque id de nihilo. Preces ſiquidem militaris Candidati omnibus qui tam ſollenni Concilio intererant, neque degeneres habitæ, neque repulſam mereri viſæ. Mouerat & claritas iuuenis, & præſentium inibi tot

Vnde & Equeſtri dignitate à Principe cohoneſtatus.

Gratior eſt pulcro veniens è corpore virtus. Et hic ferè vulgo mos obtinet, vt viros Principes ex formâ ac decôre corporis æſtimemus.

Magnum Viaticum, *prò magnâ facultate, & apparatu, in Claud. Quadrigarij Hiſtoriâ nouè poſitum fuiſſe obſeruauit Gellius. In quo idem ille Græcos imitatus videtur, qui ἐφόδιον, ſumptum viæ, ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt. Vide eundem Noct. Att. ſcriptorem lib. 17. cap. 2.*

Regiis Comitiis intereſt Hagano, quem & Xantenſis Oppidi Comitem, & Diederico auunculum fuiſſe ſomniatores noſtri fabulantur.

Virtuti Fortuna comes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

propinquorum oculis adhuc recens inhærens paternæ virtutis memoria. Inclinatio Procerum incitamentum REGI fuit, quò promptius DIEDERICI Petitioni ſubſcriberet: eò inſuper fauorabilioris, quòd inter potiſſimos votorum ſuorum fautores Auunculo etiam Haganone (qui flagrantiſſimus eâ tempeſtate in amicitiâ Principis habebatur) Interceſſore vteretur. Accedebat prætereà Ro. Pontificis auctoritas, eadem in re præſenti per Legatum ſuum, perque interpretes Literas à REGE ſibi deuotiſſimo requirentis, ac modò non efflagitantis. Tabulæ proinde ſuper eâ re ſollemnitùs confectæ, tantique Largitoris munificentia* Regio inſuper Diplomate corroborata; in hanc ferè ſententiam:

Haganonis Comitis pro nepote ſuo Diederico in Petitione Comitatûs gratioſiſſima apud Regem ſuum Interceſſio;

Accedente inſuper commendationis Pontificiæ Auctoritate.

Caroli Regis Diploma, noſtris verbis interpretatum, quæ ad hoc exemplum in Archetypo concepta fuiſſe, fidem faciunt nobis Egmundenſis Monaſterij Archiua.

* *Ex Car[...] Franco[...] Regis per[...] ſonâ, [...] ſcriptis [...] cas.*

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: KAROLVS Diuinâ propitiante clementiâ REX Francorum: Regalis Celſitudinis eſt, noſtros & fideles ſuos donis multiplicibus honorare. Idcircò notum fieri volumus omnibus Fidelibus S. DEI Eccleſiæ præſentibus ſcilicet atque futuris: quomodo adiens præſentiam ſolij noſtri HAGANO, venerabilis COMES, expetiit à noſtrâ manſuetudine, dari cuidam fideli noſtro, nomine THEODERICO, quaſdam res; ECCLESIAM videlicet HECMVNDE cum omnibus ad eam Iure pertinentibus, à loco qui dicitur ZWTHERDES-HAGHE vſque ad FORTRAPA & KINNEM.

Dare, donare ſe DIEDERICO ECCLESIAM EGMVNDANAM, *quæque eidem* ECCLESIÆ *cedunt, cum omni* IVRE *ſuo, intra hoſce fines Terminoſque, à* SVTHERDES-HAGA *ad* FORTRAPAM *vſque, &* KINNEMVM, *cum vni-*

Cuius

uerſis mancipiis, pratis, ſiluis, paſcuis cultis incultiſq́; aquis denique per plana, ſiue alueos ſuos decurrentibus, cæteriſq́; rebus omnibus quæ intrà ſupradictos Limites continentur: ſirempſe lege ac cæteris bonis ſuis, ſiue poſſeſſionibus, quas idem DIEDERICVS *Hæreditariæ Actionis Titulo, quaſq́; mancipio poſſidere cenſetur, ipſi poſteriſq́; eius in ſolidum porro atque in perpetuum vtenda, fruenda, poſſidenda. Quâ in re vim eidem poſteriſve eius fieri, moramve obiici, ſeu impedimentum aliquod inferri,* REGIA *hacce Edictione vetamus, prohibemus, interdicimus. Vtq́; hac* DONATIO *noſtra rata, fixa, atque inconcuſſa habeatur, haud in præſens modò, ſed & in futurum, publici haſce Inſtru-*

Ex veteri Ro. Legum Formulâ, Vide Feſtum in voce, Sirempſ.

Cuius Petitionem benignè, (vti decebat) ſuſcipientes, concedimus præfato Fideli noſtro hæc omnia ex integro cum mancipiis, quæſitis & inquirendis (f. acquirendis) pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, ſiue aquarum decurſibus. Præcipienteſque iubemus, vt ſicut reliquis poſſeſſionibus, quibus Iure Hæreditario videtur vti, ita & his noſtri Muneris largitate rebus; impēſis valeat ſecurè omni tēpore vitæ ſuæ frui ipſe, & omnis eius Poſteritas. Vnde & hoc Pręceptũ noſtræ Clementiæ ei ſuper his conſcribi iuſſimus, per quod præcipimus atque mandamus, vt liberè hæc omnia teneat atque poſſideat: habeatque de his poteſtatem iuxta libitum ſuum ordinandi, ſeu faciendi; DEO in omnibus propitiante, & nemine inquietante. Et vt hoc noſtræ Largitionis Munus per ſuccedentia tempora firmius habeatur, & attentius obſeruetur, manu propriâ ſubter firmauimus, & Anuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari. Signum KAROLI glorioſiſſimi REGIS. HAGANO Notarius ad vicem

 ROTGERI

ROTGERI Archiepiſcopi, ſummique Cancellarij recognouit. Datum A. D. DCCCLXIII.

menti Tabulas manu noſtrâ ſubſcriptas, impreſſo inſuper REGALIS *Anuli ſigillo iuſſimus confirmari.*

XVII. Kalend. Iulias. Actum Pladellâ villâ feliciter. Amen.

Hinc coniectemus licebit, quantum apud Principem ſuum ponderis ac momenti habuerit gratioſa Haganonis Comitis pro Diederico noſtro nitẽtis ſolicitatio.

Atque hæc omnia REX Francorum, CAROLVS ſupra laudatus, HAGANONIS * *Venerabilis Comitis* interceſſione permotum, DIEDERICO ſe tribuere initio Diplomatis palam antea fuerat teſtatus. Nec contentus, idem Clientem ſuum, an Conſanguineum (vtrumque enim traditur) publicâ hac, adde REGIA Auctoritate præmunîſſe; dignum inſuper eundem habuit, quem ipſemet non ſine Prætoriâ cohorte ac lectiſſimâ Veteranorum manu deductum in conceſſi à ſe Territorij poſſeſſionem collocaret. gnarus, facilem mutatu gentem; vt præcipitem ad pericula, ita infidam ad occaſiones. Adeò difficile illis temporibus fuit, dare HOLLANDIAE Caput. Vt patuit, quùm Burggrauius Leidenſis, ac Falkenburgi Toparcha, de nouellâ hacce CAROLI REGIS Largitione certiores redditi, collecto quod dotmi vſpiam erat turbidum, tum ferociſſimo quoque è Friſiis in commilitium aſſumpto, ruptâ Sacramenti quod Francorum REGIBVS dederant reuerentiâ Dominum alienigenam (id quod vnum perfidiæ ſuæ prætexebant) ceruicibus ſuis imminen-

Caroli Calui expeditio hoc eſt, Diederici Comitis in hanc Prouinciam deductio, Regiis eiuſdem Calui Auſpiciis inſtituta, ſimul ad effectum perducta denique.

Dynaſtæ Falcoburgij cum Burgrauio Leidenſi ac Nobilitate Hollandicâ contrà Carolum Regem, Comitemque Diedericum Coniuratio.

Acre Peregrinitatis odium, atque ex eo bellum: haud ignota ſæculo noſtro mala.

imminentem palam ſociatis inter ſe viribus depellere, datâ inuicem acceptâque iuramenti fide, pepigere: armis arma oppoſituri. durante etiam tum apud pleroſque Imperatorij nominis fauore: cuius MAIESTATI paratior ferè apud ambiguos ſemper ex longinquo reuerentia. Erant & qui, exemplo Friſiorum, externis Dominationibus (vti diximus) infenſi, aliquem * Poteſtatis Titulo Præfectum ex ſuo corpore deligere, non modò publicæ * Libertati conuenientius, ſed & tutius multò ac durabilius in ſpeciem popularitatis fore arbitrarentur. His atque talibus irritamentis non longâ contatione interpoſitâ; hactenus ſolummodò morati, dum Regius exercitus appropinquans comminus in conſpectum ſe daret, ad deſtinatum prælium ſe comparant. Inde ſummâ animorum armorumque contentione infeſtis vtrimque ſignis concurſum: his pro gloriâ atque imperio, illis prò Libertate ſuâ decertantibus: idque ancipitis aliquamdiu prælij euentu, dum acerrimus miles & vſque in extrema obſtinatus nullum dimicandi finem niſi moriendo facit. æmulatione decoris & caritate ducum maximè, Dynaſtæ Falcoburgij, inquam, ac Burggrauionis Leidenſis, qui in primâ acie ſine miſſione pugnantes impigrè, neque inulti ceciderant. donec tandem compluribus vtrimque ex primariâ Nobilitate ferro ab-

More fit hoc hominum.

Poteſtaet van Vrieſlant.

Vrij Vrieſen

Popularitatis ſtudium ambitio ferè obtentui habere conſueuit, neque expeditior alia ad dominationem via eſt, hiſce etiam temporibus, per quæ Libertas ipſa ſuâ Libertate maximè it peſſum.

Inter Regios & populares acre fit prælium.

Pugnantium obſtinatio.

Burggrauius Leidenſis, ac Falcoburgi Regulus fortiter præliando cadunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ro abſumptis, antequàm deeſſent qui occiderentur, ſe ſuaque vniuerſa in fidem & poteſtatem victoris Prouinciales permiſere: poſtquàm ex voluntate REGIS imperata ſe facturos recepiſſent. Atque ita DIEDERICVS neceſſitate armorum magis, quàm libero Indigenarum conſenſu, Primus HOLLANDIS pariter ac WESTFRISIIS impoſitus COMES. Hinc in Friſios quoque Orientales *Lauicâ amne tenus, & Auſpicium in re præſenti, & copias ſuas commodante REGE, DIEDERICI ductu maximè, arma prolata. Atque illis externi COMITIS dominatũ ſuperbè more ſuo reſpuentibus, acieque congredi auſis, duratus vſu armorum miles cum Equitatu Regio neceſſitatem attulere; cæſis disiectisve qui pertinacius reſtiterant. donec maximâ ſuorum clade caſtigati, arma ſubmittentes victoris arbitrio ſatisfecere, adeò ſuppliciter, vt in verba Principis iurati, ipſi cum omni poſteritate ſuâ DIEDERICVM atque hæredes eius pro legitimis Friſiorum Dominis habituros ſeſe, iiſdemque in perpetuum dicto audientes fore, publicæ fidei Religione interpoſitâ promitterent atque confirmarent. vt nimij paulò antè in exuendâ Principalis obſequij reuerentiâ, ita rurſùm intemperanter demiſſi. Quibus omnibus rectè ordineq. cum ex ſuâ tum COMITIS ſententiâ compoſitis, REGI in Regnum ſuum remigrare vacuum fuit: ac DIEDE-

CO Cli-

Prouinciales Regi ſe dedunt,

In nomen Diederici Comitis ſacramentum dicere adacti.

Arma deinde in Vlteriores Friſios promota.

Pari, qui Citeriores vnà cum Hollandis afflixerat, ſucceſſu.

Hinc ad preces poſtremò ad velamenta deſcenſum,

Coactis in verba Diederici Comitis iurare Vlterioribus etiam Friſiis: quos illa Ætas Orientales nuncupabat.

Regis, poſt res in Prouinciâ compoſitas, in Regnum ſuum remigratio.

* Quem ſcili- cet Lauba- cham fluu- um Vetuſ- ſima Fri- num ab E- roldo pu- cata Leg- indigitan-

co Clienti ſuo precariam cum Friſiæ vtriuſque tum HOLLANDIAE poſſeſſionem, hoc eſt, vſu potius quàm mancipio retinendam concredere. Vbi tamen ille haud multum ſanè temporis res pacatas habuiſſe memoratur, fluxâ Prouincialium fide vſus: quorum animos, tacitæ vltioni quàm pœnitentiæ propiores, neque res aduerſæ imminuerant, & promptiſſimorum inſuper ex factione ducum ſuorum occidio exaſperauerat. Initium coniurationis eius à gente Friſiorum, qui ſtatim à diſceſſu REGIS auitam Libertatem reſumere, conſentientibus inter ſe factionum ſtudiis pepigerant: acerrimo in omne Aquitanicum nomen, ac præcipuè Regij faſtigij cultores odio imbuti. haud ignari magna facinora incipi cum periculo; cum gloriâ vbi prouenerint peragi, immò cum voluptate potius ac fructu occultis primùm ſuſurrationibus, vt vetita ſolent; mox gliſcente audaciâ; manifeſtius, quàm vt cupiditates ſuas velarent: & male coërcitam famam ſupprimentes augebant. Non fefellit DIEDERICVM ea inclinatio: & præuenire ſtatuit infenſos: haud quidem armorum obiectu (quibus ad tam ſubitos ruentis turbæ impetus comprimendos imparem ſe ſentiebat) ſed verò tempeſtiuo de prouinciâ deceſſu, ac maturatâ in Gallias rectà ad CAROLVM REGEM profectione. Qui acceptis DIEDERICI COMITIS iniuriis: ſimul

Noua ciuilium armorum tentamenta aduerſùs Diedericum.

Eius rei principium à Friſiis.

In occulto primùm, ac diſſimulanter, mox eliminata palá atque in públicum defectione.

Diedericus prouiſæ anteà procellæ tempeſtiuè ſe ſubducit.

Ad brachia contrà torrentem dirigenda imparatus.

Capto ad Carolum Regem perfugio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

mul vniuerſas & Clientis & propinqui ſui fortunas in extremo ſitas, ex relatu ipſius planiſſimè edoctus, ante omnia faciundum putauit, vt de toto negotio quamprimùm Ro. Pontificem per ſcriptas Literas certiorem redderet: conſultandi cauſſâ ſcilicet, quid in re adeò atroci ac ſubitâ maximè facto opus eſſe iudicaret; eò ſtudioſius, quòd DIEDERICVM quoque ab eodem Pontifice ad hanc ipſam Prouinciam obtinendam de interiore notâ per Epiſtolam ſibi commendatum in recenti etiamnum memoriâ haberet.

Qui in re ita improuiſò obiectâ nihil noui ſibi moliendum putauit, priuſquam de Ro. Pontificis ſententiâ certum aliquid exploratumq́ue haberet.

Eius proinde animi mentem, miſſo Tabellione per interpretes Literas exquirit electatq́.

Pontifex (qui fortè per ea tempora Moguntiaci verſabatur) acceptas reſignataſque Literas quùm perlegiſſet, ſpectante coram nuntio, eaſdem in minutiſſima ſegmenta conſcidit. Deuexo inde in occaſum die, poſtquam (aſſectante eminus ac reſponſum fruſtrà operiente Tabellario) velut deliberabundus ac magnæ cogitationis manifeſtus in viridarium proximum quum penetraſſet, ibi inambulans tacitus arbutos fruticoſiores, ac virgulta cæteris eminentiora falce, an eſcario cultello demetit: eademq́ue quum non ſolùm poſtridie, ſed & tertio die iteraſſet; Literarum latori abitum vrgenti nihil aliud dat reſponſi, niſi vti Regi ſuo renuntiatum iret quæ viderat.

Haud diſſentanea hiſce T. Liuius lib. 1. de Tarquinio Superbo, qui à Sexto filio per internuntios conſultus, quid de captis Gabiis fieri vellet, eminentia fortè papauerum capita virgulâ decuſſit: quùm per hoc interficiendos eſſe Principes intelligi vellet. Neque aliunde (ſicuti apparet) tota narrationis iſtius feſtiuitas adumbrata.

REX ex Tabellionis relatu vbi tacitis ambagibus intellexit, fortioribus remediis agendum ſibi, id eſt, Imperij ſui MAIESTA-

Eſt vbi plus ſeueritate quàm clementiâ proficitur.

TEM

TEM atrociore aliquo in populi Primores exemplo ſanciendam: nihil plebem auſuram ſublatis defectionis auctoribus; rurſus impetum cepit, ad Clientem ſuum DIEDERICVM de integro armorum vi Comitatui ſuo reſtituendum. Promptum ad aſperiora ingenium CALVI erat. Igitur HOLLANDIAM cum Regali exercitu ſecundò ingreſſus, nobiliſſimos quoſq. ac potentiſſimos ex popularibus coniurationis in carcerem compingi iubet. Nec diu dubitatum aduerſus perduelles ac nouiſſima exempla meritos, quin capite pœnas luerent. negotiique eius executionem manè rerum capitalium Præfectus cum Regij Fiſci Procuratore haud inuitus ſuſcepit. Ac mox in bona damnatorum ſæuitum: vnde Principis Ærario plus quàm Decumana rei numariæ acceſſio facta. vt quæ per frequentes ad auctionalem Haſtam ſectiones nouis quotidie incrementis augeſceret. Poſtremò vt quiſque præcipuus turbator è Plebe, ad maiorem incutiendum cæteris terrorem, promiſcuè interfecti. donec DIEDERICVS, quamuis ſecundis rebus ſuis, moderandum fortunæ ratus, pleniori ex Decreto REGIS animaduerſioni per tempus intercedere occupauit. vt haberet credo quibus imperare poſſet. inconſultæ (vti apparet) & plus æquo credulæ multitudinis commiſeratione flexus; Ciuium cumprimis, maximeque Nobilium, quos vel

Caluus Rex ſæuitiæ quàm lenitudini pronior.

Habendus metus eſt, vel faciendus.

Fiſci Regij ex Præſcriptorum bonis locupletatio.

Moderatæ victoriæ Exemplum in Diederico Comite.

Vim temperatam Dî quoque promouent In maius.

Dictum Meſſallæ memorabile ad Auguſtum Victorem: *Parce Ciuibus, Cæſar, vt habeas quibus imperare poſſis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ætatis incogitantia, aut affinitas, aut alia neceſſitudo in partes traxiſſe videbatur. Eos proinde Veniæ ſuæ reſeruatos Regiæ beneficentiæ acceptos retulit DIEDERICVS noſter. à quo pænitentibus ac ſupplicium humiliter deprecantibus gratia delicti facta. vt qui, auctoribus rebellionis punitis, cæteros vectigales porrò ſibi atq. obædientes futuros beneficio quàm metu retinere, tutius conſultiuſq. iudicaret. Et verò quid mirum, ſi nouam Dominationis formam inſtituenti vtilis viſa Clementiæ fama? ad quam ferè cuicumq. Principatum geſturo præcipua rerũ potiſſimum dirigenda; præter aliorum mortalium morem, quibus in eo potius ſtant conſilia, quid ſibi conducere putent. Sic qui periculoſam Libertatem quieto ſeruitio prætulerant, non aliud effugium ſibi, quàm miſericordiam Principis habuere. Qui cuncta denique aut Normannorum populationibus corrupta, aut diſcordiis ciuilibus feſſa, vel Dynaſtæ, vel Limitanei COMITIS Titulo ſub imperium accepit. Itaque armis aliquando finis impoſitus, ac ſalubri lenitudinis temperamento CALVI ſeueritas penſata. Atq. ex eo tempore HOLLANDI PRINCIPIBVS ſuis ſemper boni fideleſque manſere: & cuncta à DIEDERICO imperata gnaui fecerunt. A tam illuſtri omnibuſque Idiotiſmi coloribus decorato narrationis quaſi præludio viſum eſt CHRONICORVM no-

ſtratium

Nihil enim Principi magis expetendum, quàm efficere vt pœna ad paucos (Rebellionis auctores puta) metus ad vniuerſos perueniat.

Quia reuerà remiſſius imperanti promtius paretur.

Iterata Diederici Comitis Inauguratio, Auſpiciis Regiis per arma, ac grauioris ſupplicij metu à Prouincialibus quæſita obtentaque

Hactenus mentitum largiter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſtratium compilatoribus HOLLANDIAE COMITATVS primordia auſpicari. Quæ prius quàm articulatim labefactare & veluti per partes conuellere incipiam, ne ſæpius à rerum ordine declinem, Lectorem meum præmonitum volo, hæc ipſa (quæ retulimus hactenus) à nuperis primùm ac nouitiis Turpinis nugatoriè conficta atque in literas relata, mox à ſummæ mediæque Caueæ plauſoribus temerè ac ſine iudicio recepta, poſtremò Patriciæ auræ acceſſione quaſi flabello ventilata, non in Equeſtribus modò, ſed verò in ipſâ Orcheſtrâ fidem pariter fauentiamque inueniſſe. Neque vltra quæſitum, vnde prioribus illis non Typographiæ, ſed ſcripturæ beneficio in hæc vſque tempora ſeruatis, ſiue Annalibus, ſiue Chronicis tanta derepente auctarij ſtrues accreuiſſet: neque ipſius BEKAE, neque alîus cuiuſpiam, è vetuſtioribus HOLLANDICARVM Rerum Chronographis, auctoritate adiuta, vel ſtabilita. apud quos de Regio exercitu, deque ſollemni iſtâ noui COMITIS in Friſiam pariter atque Hollandiam Deductione per REGEM iteratâ, verbum nullum: nedum vt iſtorum cuipiam de inauſpicato præliorum ſucceſſu, ſiue ab Hollandis Falcoburgij Toparchæ ac Burgrauij Leidenſis ductu, ſiue à Friſiâ gente aduerſus REGEM pariter COMITEMQVE noſtrum vel geſtorum, vel per ſomnium vnquam

Vnde tanta primitùs inanium Fabularum, ſiue Acroamatum ſeges pullulauerit.

Fabula ſic vires pedetentim acquirit eundo.

Fatali omnium inſcitiâ, an torpedine: eorum præſertim, qui auorum noſtrorum ætate ſomniculosè adeò atque oſcitanter per Inſtrumentorum Publicorum Tabulas, ac vetuſtiſſima Patriæ Principumque noſtrorum Scrinia armariaque peruagati.

Compendioſa rerum à nuperis & nouitiis Chronographis confictarum per partes enumeratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

venerit in mentē, multò minûs, poſt DIEDERICI Inaugurationem, de earumdem gentium defectione contra eundem COMITEM ſuum multò etiam quàm priùs inauſpicatiùs acerbitate cæptâ, ac punitione denique, quam tantâ ſuppliciorū acerbitate aduerſus perduelles exercuerit CALVVS. Idem de Ro. Pontificis, Iohannis inquam perſonâ cōſimiliter in hoc proſcenium inductâ dictum exiſtimes licet. de quorum ſingulis tantū abeſt, vt membranaceorum Codicum aliquis (qui quidem intra quinquaginta ſupra Centenſimum abhinc annum calamo fuerit exaratus) meminiſſe conuincatur; vt neq. de paternâ Sigeberti Aquitaniæ Principis cum DIEDERICO neceſſitudine; neque de Haganone Puſillæ Troiæ Comite Domui eorumdem Illuſtri Affinitate innexo, vel tralaticiam ſaltem mentionem factam vſpiam ſis reperturus, omnibus ad vnum, ſic quaſi de compacto, nihil in his veri eſſe, ſilentio ſuo palam atteſtantibus: id generatim ſaltem indicare contentis, DIEDERICVM hunc noſtrum WALGERI Principis fratrem, adnitente COMITE HAGANONE, primum nouis ruſſati LEONIS Aureo in Scuto Inſignibus, mox etiam HOLLANDIAE COMITATVS Titulis à CAROLO REGE decoratum, commiſſi ſibi Territorij Limites contrà Danorum incurſiones acerrimè armis fuiſſe tutatum: neque plura de Geſtis Primi CO-

Nemo hercule, nemo; nedum vt iſtorum cuipiam imputandum exiſtimemus, quod Hiſtoriam patriam hodie tot tātiſque Ψευδαγίων ſordibus oppletam & coinquinatam habeamus.

Hæc Beka noſter, hæc Chirographi ad vnum omnes, & quantum vſpiam vetuſtioris notæ reliquum eſt Codicum, quicumque ex ſuperiorum temporum clade vel in hoc vſque æuum perdurare, vel in manus noſtras peruenire potuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Ex fide Io. Beka. qui in Præfatione (quam idem Præſuli Traiectino, Hollandiæque Principi inſcripſit) ſ opus ſu ex omn omnium tiũ Hiſt Chronic Annalib. Principũ ſcriptis a Priuilegiis ſtudioſè ap Egmundan collegiſſe: ſe in eo ſeptennium totum cum cura & fide expleuiſſe teſtatur.

MITIS ſiue in Cœnobij Egmundani ſiue Vltraiectinæ Eccleſiæ Archiuis quamuis diligenter excuſſis abs ſe reperiri potuiſſe, quæ quidem poſterorum notitiâ digna viderentur. Ita vt liquidiſſimè appareat, omnia illa quæ ad hoc exemplum vulgo per Encænia hodie circumferuntur, vel ſub initia huius, vel certè ſuperioris ſæculi finem à ventoſiſſimis neſcio quibus Hunnibaldinæ Proſapiæ nepotibus nouiter compoſita eſſe atque architectata. Cæterùm minus mirandum, hoc tenebrionum genus talia nihil veritos confingere, admirabilius illud, ne veriſimiliter quidem vt mentirentur eos in animum induxiſſe. Quis enim credat, aut nouum COMITEM ab iis, qui ipſum veluti cælo demiſſum ſollenni Procerum obuiæque Nobilitatis ac totius Populi frequentiâ & quaſi Pompâ recens aduenientem accipere; nulloque non cultûs atque officij genere ſemel acceptum demereri, ſibique porrò conciliare debuerant; primùm aperto Marte infeſtiſque armis petitum, victoriæ deinde compotem inteſtinis factionibus proterritum? manifeſtè adeò ac minaciter, vt auctoritati ipſe ſuæ ac priuis opibus diffiſus, clam vltrò Prouinciâ excedere, atque in tempore ſecuritati ſuæ proſpicere & conſulere habuerit neceſſe? Aut cuinam (obſecro) fiat veriſimile, recens imperiũ, præſertim CHRISTIANI Principis palam aſpernari ſuſti-

Mendaciſſimus hic Waſthaldinæ Hiſtoriæ continuator: quẽ dignum tamẽ habuit, cuius verboſa ſomnia in Epitomen redigeret Abbas Spanheimenſis.

In tantum non modò à Veritate, ſed etiam à communi mentiendi conſuetudine exorbitantes.

En quæ ineptiæ, tum quanta rationum inter ſe pugnantium abſurditas?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Argumentum à conditione Temporum.

nuiſſe & reſpuere fractos domitoſque tot cladibus? aut Prouinciam denique, per interna non minus quàm externa mala pæne vaſtam ac deſolatam, ſatis virium ad reſiſtendum tantæ potentiæ habuiſſe? Sed ego hæc omitto, eandem in COMITIS ipſius perſonâ, eiuſdemque facto inconſiderantiam haud obſcuris indiciis viſus deprehendere. Cui quæ Opima tandem ex Ciuium oppreſſione propoſita, aut quis Triumphus denique hinc ſperari potuerit, haud ſanè video. quùm debellandi etiam tum reſtarent integri florenteſque Normanni, certi, haud arbitrarij HOLLANDIAE, primitùs abs ſe noui nominis occaſionem ſortitæ, poſſeſſores. Qui dulci iampridem Fortunâ ac rebus ſupra votum fluentibus ebrij, finem nullum faciebant omnibus modis perſequendi; immo ab ſtirpe vſque eradicandi omne CHRISTIANVM nomen: non præter ſolitum in perniciem noſtræ Religionis opportuni ac cõſpirati hoſtes. Quibus prætermiſſis, quænam tanta incogitantia vel ſtultitia verius fuiſſet, ipſum Francorum REGEM arma in innoxiam gentem conuertere, ad effætas confectaſque indigenarum reliquias profligandas; tradenduḿq. vicinis Principibus exemplum, ad pubem CHRISTIANAM ſuimet ſanguinis mercede circumueniendam? Ac ſanè neſcio, vtrumne memoratu indignius, an factu flagitioſius ſit æſtiman-

Quæ ante omnia rem Hiſtoricam tractantibus conſideranda.

In quorum poteſtate id temporis non Vltraiectina Ciuitas modò, ſed & Batauodurum ac ſubiectæ Epiſcopatui Ditiones, quæ meliorem cum Friſiæ, tum Hollandiæ partem cladibus ac ruinis ſuis inuoluerunt. Quâ de re ſuperiores Libri conſulendi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

æſtimandum, eos, quorum iniurias ac ſacrilegia ante omnia vindicibus armis reprimere atque caſtigare debuerat DIEDERICVS, ne prohibitos quidem ferre, agere, raptare quæ vellent, idq́ue præſente ipſo atque inſpectante, an Primores populi, & patriæ Libertatis * Vindices interfectos.

Hæc cum vniuerſa, tum ſingula, manifeſtè adeò inter ſe diſcordantia, quibusnam rationibus conciliari poſſint, nequeo comminiſci.

Ad Burgrauium Leidenſem ac Falcoburgi Regulum, tum ad Hollandicam id temporis Nobilitatem referendum.

At quanto glorioſius tanti nominis bellatori fuiſſet, barbaros Septemtrionales ex Friſiæ pariter atque Hollandiæ noſtræ pomæriis virtute bellicâ eiectum ire atque exterminatum, quàm violenter ac ſceleſtiſſimè poſſeſſionem ab iiſdem hactenus vſurpatam proprium crimen facere. dum & ſuo & ſuorum ſanguine ea quærere intendit, quæ neque à ſe neque à ſuis diutius quàm Paganis placuerit retineri poſſint: bella interim ſuſcipiens, quibus & vincere & vinci peræquè miſerum luctuoſumq́ue exiſtat. Nullius certè ex rei ſpectaculo cumulatiorem voluptatem capere potuiſſent ij, qui per ea tempora Vltraiecti poſitis ſedibus, meliorem Friſiæ atq. adiacentium regionum partem aſſidui præualidiq́. hoſtes vrebant, quàm ſi digladiari interim mutuis odiis CHRISTIANOS; & vtroſque (dum alteri alteris exitium moliuntur) opportunos iniuriæ, eoq́ue oppreſſu longè quàm anteà faciliores ac minore negotio expugnabiles intellexiſſent. Etenim ſi eos (qui tum Normannis reſiſtendis pares non erant) exſtinguere ac delere, melius

Recurre ad nuperas ac planè recentes in his iuxtaq́ue ſitis regionibus vaſtationes à Normannis perpetratas, quas ſuperiore libro ſpeciatim memorauimus.

Vtor permiſſo, caudæq́ue pilos vt equinæ Paullatim vello; demo vnum, demo etiam vnum Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

lius conſultiuſque duxiſſet DIEDERICVS quàm armis animiſque in vnum ſociatis, hoſtem vtriſque communem communibus viribus depellere; ſemetipſum erat expugnaturus COMES, & illi exarmaturi ſeipſos, ſi COMITEM repudiaſſent. Itaque minus à fide abhorrere videatur, quùm (auctis in immenſum Normannorum rebus) Friſiorum non minus quàm Hollandorum opes contuſæ eſſent ac debilitatæ, Liberatoris ſui (DIEDERICI inquam COMITIS) aduentum in hæc loca, plauſibilem potius quàm ingratum vel odioſum municipibus noſtris eueniſſe; eundemque propenſâ omnium Prouincialium voluntate fauentiâque exceptum: haud ſecus, quàm ſi lux aliqua, quæ diutinæ ſeruitutis nebulas diſcuteret, caligantibus ex inſperato affulſiſſet. In quo nihil inſolens aut nouum à nouo COMITE popularibus noſtris obiectum fuiſſe, interpretari debemus: iam inde à Iuliani Cæſaris ætate FRANCICO Nomini Imperioque aſſuetis.* quod tamen in vniuerſum male feriati iſti, qui huiuſcemodi nobis fabularũ portenta pepererunt, turpiter ignoraſſe conuincũtur. Sed velitari deſinamus abiectiſque luſorij armis mucrone pugnatorio (ex præcepto M. Reguli) cauſſæ ipſius quaſi iugulũ petere occupemus. Quod vt re potius quàm verbis me præſtiturum lecturi ſciant, iam nunc adeò edico omnibus, Regiam

Id quanto noſtratium Endymionum ſomniis probabilius, Veroque conſentaneum magis!

* Vide Batauiam I. Douſæ F. Item Zoſimum Hiſtor. lib. III.

De argutulo hocce bipedũ illius omnium nequiſſimi Dicto conſulendæ Epiſtolæ Plinij Iunioris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

giam hancce Largitionem, quâ primùm HOLLANDIAE FRISIAEQVE Poſſeſſionem adeptus creditur DIEDERICVS noſter, ad cuiuſuis Regis potius quàm ad CALVI liberalitatem trahi poſſe ac detorqueri. vt qui Donationis iſtius tempore intra Franciæ Occidentalis hinc Scaldi flumine, inde Oceano circircumſcriptæ anguſtias (vti ſibi videbatur) coarctatus; manente etiam tum penes nepotẽ ſuum Ludouicum CAESAREI Nominis potentiâ; Imperij necdum compos euaſerat, cuius Inſignia primùm toto poſt* duodecennio, AVGVSTVS Romæ à Iohanne Pontifice ſalutatus, accepit: & vetus* iampridem Leucorum ac Mediomatricum Regnum, AVSTRASIA, in Ius nomenque* LOTHARII REGIS tranſierat. quam CALVVS demum Fatali nepotis ſui quem dico* deceſſu vacuam factam, humani pariter ac DIVINI Iuris oblitus, & ne Pontificij quidem FVLMINIS minas reueritus inuaſit. altero è nepotibus ſuis (Ludouico inquam AVGVSTO) cui legitima eiuſdem Regni ſucceſſio debebatur, excluſo: ac fratre ſuo GERMANIAE REGE, cui nomen itidem Ludouico, in partem ſpolij ac prædæ vocato receptoque. Vnde conſequi neceſſum eſt, HOLLANDIAM FRISIAMQVE id temporis non in CAROLI iſtius CALVI; ſed verò partim in fratris LVDOVICI, toties iam nobis ſuperiore Libro laudati, partim in nepotis eius LOTHA-

Francorum Regni Carolo attributi Pomæria.

* A. 876.

* A. 855.

A cuius nomine id temporis Lotharingia vocitari capta primitus.

* A. 869.

Conſule vetuſtiores Rerum Francicarum Scriptores: nec non Gaguinum, P. Æmilium, ac Pap. Maſſonum; Item Burgundiæ Chronicon.

De hac Calui Regis iniuſtitiâ plura Libro ſuperiore exempla ſpeciatim recẽſita quære, & inuenies pag. 152

Has regiones id temporis in Caroli Calui ditione non fuiſſe:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Veteres Lothariani Regni Termini.

RII arbitrio manuque fuiſſe: AVSTRASIAE antiquitùs, tunc LOTHARINGIAE (vti diximus) REGNO attributas. quod non modò dodrantem totius FRISIAE, Vltraiectũ, Batuam, cum Theſterbantiæ Comitatu cõplectebatur; ſed verò quidquid inter Ciſiurenſem Burgundiam, iam inde ab Argentinâ & Baſileâ initio facto, mox ſinuato per Sequanos, Mediomatrices, Treuiros, Arduennates, Condruſos, Bethaſios, ac Texandrios tractu, hinc Rheno, inde Moſâ ac Lingâ fluminibus terminatum, immenſis ſeſe terrarum ſpatiis extendebat. Cuius rei fidem abundè fecerit nobis illa Lothariani Regni Diuiſio, quam inter Ludouicum & Carolum CALVVM factam, ex Aimoni oculatæ fidei relatione, prædicauimus modò.

Obiectiuncula.

At pars harumdem regionum aliqua ad Principatum CALVI, quà Flandriæ puta connectebantur, fortaſſe pertinuerit: Eſto; quamquam eam exiguam admodum fuiſſe neceſſe eſt, hac tempeſtate vtique, immò nullam potius: tamen quùm, afflictâ & feſſâ malis ciuilibus Francia, barbaros Normannicorum armorum impetus per totum Regnum volitantium vix, immò ne vix quidem Rex tantus ſuſtinere poſſet: ſuamque ipſius ac ſuorum ſecuritatem appenſo auro redimere cogeretur; quis credat auſum in diuerſa terrarum reſpicere, & qui inhærentes ceruicibus ſuis hoſtes auertere nequibat, populos

Ea euidentiſſimis argumentis reiecta ac refutata.

amicos eiuſdemq́ue Religionis Sacris imbutos in longinquo ſolo debellatum iuiſſe? Quippe & naturâ prius eſt à ſuis ante vim timoremq. hoſticum depellere, quàm aliis inferatur: neque Rationi conſentaneum, ſolicitum eſſe quemquam de rebus alienis, prius quàm ſua in tuto collocauerit. & extremæ dementiæ eſſet, extrema Imperij tueri velle, qui proxima quæque ante oculos vri exſcindiq́ue & videat & patiatur. Ad hæc ſi DIEDERICO aſſignata fuit hæc regio à CALVO, illud velim explicent atq. enodent mihi, cur Normannorum REGI GODEFREDO eadem poſteà à CAROLO CRASSO in Dotem ſit attributa. Vbi tunc DIEDERICVS COMES? aut etiam aliquanto poſt, quùm Walchria noſtra à ROLLONE hoſtiliter nimis ac barbaricum prorſus in morem vaſtaretur? cur tum * Reineri Longicolli atque externorum potius Principum auxilia imploraſſe leguntur indigenæ; quàm huius, ad quem Inſulæ illius ſiue iactura ſiue conſeruatio peculiariter pertinebat? Denique quânam ratione eueniſſe ſuſpicabimur, vt ne tenuiſſima quidem de DIEDERICO hoc noſtro apud Rerum Francicarũ eius æui Scriptores compareat mẽtio? Sed quid in hiſce refutandis diutius immoramur, quum iſtorum ſententiæ ita inter ſe inuicem collidantur, vt altera alteram euertat? dum * IOHANNEM

Quid enim iſtiuſmodi bello iniuſtius? quid victoriâ iniquius?

Sed furor haud dubiè hic, ſed enim eſt manifeſta phrenesis.

Super hoc Francicarum Rerum Scriptores conſulendi, tum Crantzius cum Paulo Æmilio.

De his conſulendus anonymus ille à Pitheo editus Rerũ Francicarum Scriptor.

Eius nominis octauum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

PONTIFICEM, tamquam præcipuum. Fabulæ ſuæ Actorem in hanc Scenam ipſos producere nõ pudet, qui octennio poſt demum in locum HADRIANI PONTIFEX ſuffectus: quum hac ipſâ tempeſtate, quâ HOLLANDIAE COMITATVM primitùs DIEDERICO expenſum tuliſſe perhibetur CALVVS, Romanæ Cathedræ non IOHANNES iſte, verùm NICOLAVS HADRIANI Deceſſor præſideret. In quibus tum vniuerſis tum ſingulis quàm pudendus error, quàm lata admiſſa fuerit culpa, quis non videt? Nam quid ego hîc de HAGANONE dicam? quod ipſos vel maximè oppugnat, quum eius potiſſimùm interceſſu Donationem iſtam DIEDERICO ex ipſius Diplomatis verbis impetratam conſtet: quem non ſub CALVO REGE, ſed verò ſub CAROLO SIMPLICE floruiſſe, * primumque apud Francos potentiæ locum tenuiſſe comperimus: annis ſcilicet ab eo tempore plus minus quadraginta. Tametſi non ignorem, alterum quoque HAGANONI ſupradicto cognominem, CALVI item temporibus, vnà cum Rodoaldo in Galliam * Ro. Pontificis nomine deſtinatum, grauiſſimum Publicæ Legationis munus ſuſtinuiſſe, ad diſcutiendam controuerſiam illam ſcilicet; quæ, ob repudiatam à LOTHARIO REGE Thietbergam, turbulentiſſimos in Epiſcoporum Synodis motus ac diſſidia excitauerat. Qui tamen Regio mox auro cum

Ad Chronologiam reductus calculus.

collegâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

collegâ pariter corruptus, pretium honeſto antetuliſſe, coarguitur à * Rheginone. Sed enim ad hunc Eccleſiaſticis Sacris inauguratum illa Diplomatis verba quâ ratione trahi poſſint, ſanè haud video, quæ non * Apoſtolici Legati, ſed † *Venerabilis Comitis* Titulo inſignem HAGANONEM nobis repræſentant. Idem lapſus, eademque hallucinatio in WALGERI (quem THEISTERBANTIAE COMITEM vulgò concinnant nobis) Chronologiâ manifeſtiſſimè depreheditur. Illius inquam WALGERI, qui DIEDERICO noſtro * frater, & quidem germanus: cuius itidem ætatem non in CAROLI CALVI, verùm in SIMPLICIS iſtius Principatum incidiſſe, ratione temporum ad calculos preſſius reductâ, demonſtraturi poſteà. Quæ quum ita ſint, haud abſurdum, neque Vero diſſentaneum videatur, vtrique REGI, & CALVO inquam & SIMPLICI commune CAROLI nomen, primam erroris in vitioſâ hac temporum computatione cauſſam præbuiſſe: ſequutamque Fabulam de prodigioſâ illa Secundi DIEDERICI ætate, conuenientem errori ſemel iam admiſſo. Quem quidem nos in loco & tempore, ſimul atque eo deſcenſum fuerit, plenius explicaturi. Hinc factum, vt ſequentium ſæculorum Scriptores aut parum diligentes, aut credulitate nimiâ in fraudem inducti (dum antiquiora quiſq. ſuæ gentis

Quem vide Chronicorum lib. 2.

Hoc enim Epitheto Ro. ferè Pontificem inſignire illorum temporum Scriptores cōſuevere.

† Quo Epitheto Haganonē Comitem præ aliis honeſtum facit Diploma ſuprà citatum.

** Natu maior, quippe primogenius.*

Neque enim aliâ certius, quam calculariâ ratione, totum hoc controuerſiæ genus decidi poteſt.

Errorem trahere error amat.

primordia, maiore ambitionis quàm veritatis ſtudio facere intendit) HOLLANDIAM à SIMPLICE datam, ad quem non niſi per HAGANONEM aditus; putarint CALVI beneficio ad DIEDERICVM Primum eiuſque poſteros perueniſſe. Vnde plura prætereà mentiendi licentiam traxere recentiores. qui, vbi ſe vident habituros qui ſequantur, tollunt quadrigis ſuis frenum, & auij feruntur Inſolentiæ curru: quem quum ſiſtere non poſſint, ruunt ad extremum, & aſciam (quod dicitur) ipſi ſuis cruribus illidunt. Memorare poſſem, quas quantaſque fruſtrationes Chronologis noſtris identidem creauerit cõſimilium nominum amphibologia, niſi ad deſtinatum properarem. Vnius proinde exempli Auctoritate, fidei cauſâ producendi, contentus, Lectorem meum abſoluam. Id verò apud principem Hiſtoricum PAVLVM ÆMILIVM legitur in *vitâ CAROLI SIMPLICIS, huiuſmodi orationis cultu exornatum:

Error primùm ex Regiorum nominum ſimilitudine humanitùs admiſſus; incredibile eſt memoratu, quantam ſequutis poſteà Chronographis ad ſpecioſè mentiendum feneſtram aperuerit.

Libr... bus ge... Franc... tertio.

Normanni Hiſtorici ſcribunt, Carolum Simplicem Rholloni Beneficiario Normaniæ Duci Ægidiam filiam collocaſſe. Ægidiam Lotharij Regis filiam Gotthofredo Regi Normanorum in matrimonium dediſſe Carolum Craſſum oſtendimus: eundem Normanis Neuſtriæ partem incolendam tribuiſſe. Non abhorret à fide, eius gentis Scriptores non ſatis diligentes, (quum & Craſſus & Simplex Caroli vocati ſint) Ægidiam

à Craſſo

à Craſſo datam, tradidiſſe à Simplice datam: & quum vtique filia Regis fuerit, Franci Regis filiam credidiſſe, ac eam Rholloni ſuo collocatam. Hactenus Æmilius. Quid ergò (inquiet aliquis) Diploma tot Sæculorum aſſenſu comprobatum in controuerſiam trahere, aut falſi inſimulare audebimus? Mane, iſtuc ibam. Neque enim ita inſaniuerim, vt Diploma ipſum controuerſum facere ſuſtineam, præſertim tot archaïcorum Annalium ſuffragiis ac teſtimoniis munitum. hoc ſolum demonſtrare contentus, in primis Inſtrumenti ipſius Apographis ex notarum (vti fieri amat) ſimilitudine mendum videri obrepſiſſe, ac pro Centenariâ notâ Quinquagenariam ſuppoſitam. Cui paulatim & longinquitas temporis, & Librariorum, compendium ſcripturæ facere ſatagentium, properantia ſimul atque incuria ſuccidaneæ Auctoritatis pondus adſtruxerit poſteà. * Scimus enim, quanta Literarum L. & L. inter ſe cognatio ſit atque affinitas: & quàm facile hæc in illam tranſire, & illa viciſſim huius referens imaginem, præſertim ſi ſeruatâ exoletæ illius Orthographiæ formâ oculis ſubiiciantur, Lectori imponere ac fucum facere poſſint. Itaque me eius ſententiæ eſſe nondum pœnitet, vt indubitatè exiſtimem, annorum numerum ad hoc exemplum in omnibus Exemplaribus refingi; atque hoc modo temporum rationem conſtitui ac redintegrari

Debetur hæc Antiquitati reuerentia: neque ab ipſius fide temerè diſcedendum.

* *Vetuſtioris huius in Notâ illâ numeri Centenarij exprimēdâ figuræ primus mihi in memoriā induxit politiſſimus* HAVTENVS *noſter: & indicium indiciúmque ipſius confirmat antiquiſſimū illud* SVSIANI MANILII *Exemplar, capitalibus characteribus exaratum, in quo eandem L Literæ, quâ Notam illam Numeralem exprimimus, formam ſingulis paginis obuiam operæpretiū eſt animaduertere.*

Et hoc Delphis tibi, non Lugduno reſponſum credito, mi Lector.

Procul hinc abſcedite lippi, & quotquot lolio victitare conſueti, tam vili tritico.

grari debere, DCCCLXIII. pro altero illo, quod hodie omnia omnium popularium noſtrorum CHRONICA occupauit, DCCCLXIII. Quod & ipſum luculentiſſimè appariturum fuiſſe, ſatis acceptum eſt mihi, ſi quidem hodie REGIVM ipſius DIPLOMATIS Autographum exſtaret. Sed enim & hoc erunt qui calumniaturi, me de communis Patriæ Nobilitate, quæ in Antiquitatis opinione potiſſimum conſiſtit, citra cauſſam, neque vllâ neceſſitate compulſum, temerè nimis atque inconſultò detrahere: neque id ſine inſignitâ quadam notâ, ac pudendâ Prærogatiuæ illius per tot Sæcula in hanc vſque diem vſurpatæ diminutione. Bona verba, quæſo. Egóne vt aliquid vnquam publicare ſuſtineam, quo ſuauiſſimæ Nutrici meæ vel tantillum labeculæ pariatur? Cuius dignitatis potiorem ſemper vſque adhuc, quàm ſalutis, nedum nominis ipſius mei, ac multo minus priuatæ vtilitatis rationem habuerim: debitæ Fidelitatis officium potius, quàm Fortunam (vt multi) REIP. noſtræ ſequutus. Quam inſtituti mei rationem cur deuexâ iam ætate commutem, cauſſam nullam video. Nego proinde in eo HOLLANDIAE noſtræ Honorem agi, aut vorti, ſi de tot Sæculorũ ſummâ quinquaginta haud amplius anni detrahantur, præſertim quùm in confeſſo ſit omnibus, inter tot GALLIAE BELGICAE COMITATVS,

Obiectiuncula ex tranſuerſo.

Inuidiæ amolitio ac depulſio.

Cariorem decet eſſe Patriam nobis, quàm noſmet ipſos. Cic.

Superioris Calumniæ refutatio.

MITATVS,

MITATVS, ex omni Chronologiarum memoriâ, nullum cum hoc noſtro de Tituli vetuſtate contendere, vel in comparationem aliquo modo venire poſſe: ſi tamen omnium antiquiſſimũ vnius FLANDRIAE COMITATVM excipias. Cuius Natalem itidem in hunc ipſum LXIII. ſupra octingenteſimum annum incidiſſe, fidem nobis faciunt illius Populi Annales. Quo tempore BALDVINVS cognomento FERREVS, Arduennæ * Saltuarius, poſt Regiæ filiæ raptum, non ſolùm in gratiam, ſed & affinitatem à CAROLO CALVO receptus, Ditionem illam vniuerſam, quæ Scaldi, Somonâ, Oceanoque terminatur, à Socero REGE in Dotem ſumere promeruit: primuſque adeò FLANDRIAE COMES ſalutatus. quùm HANNONIAE COMITATVS initium in Annum demum XLV. ſupra Milleſimum inciderit; ARTESIA autem Anno primùm ∞ CCXXXVI. COMITES habere occæperit; GELDRIA verò non ante Annum ∞ LXXIX. COMITATVS Titulum acquiſiuerit; quem * DVCALI poſtea Honore commutauit, Anno videlicet ∞ CCCXXIX. Vnde perſpicuè dilucet, HOLLANDICI nominis dignitati minus nihilo deceſſurum, etiamſi annis Quinquaginta, & quidem plenis, poſt ſpuriam illam ex deprauato Annorum numero natam computationem, iuniores eſſe coarguamur. præſertim quùm

Hollandiæ Comitatus à Flandrico ſecũdus; omniúmque inter Belgas Comitatuum antiquiſſimus nobiliſſimuſq́. nullo contradicente.

Quem Foreſtarium vulgo dictitant.

Hannoniæ Arteſiæque Comitatuũ natales quot Ætatibus, ne dicam ſæculis, Hollandico poſteriores.

Ludouici Bauari Aug. beneficio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

protenus à IOHANNIS Primi eo nomine COMITIS deceſſu, ſpecioſam hanc Antiquitatis Titulo Prærogatiuam ne tantillum quidem nobis profuiſſe videamus, ad prioris ſubſellij gradum ante HANNONICI COMITATVS ORDINES in Sollennibus Generalium Prouinciarum COMITIIS occupandum, vel Præcidaneum in dicundis Sententiis Ius obtinendum. qui tamen ordo nobis ſingulari Vetuſtatis Iure debebatur. De quo Maiores noſtros ſerram (quod dicitur) cum PRINCIPIBVS ſuis reciprocare, neque contentionis funem obſtinatè ducere voluiſſe, ſuſpicari lubet: iam inde à IOHANNIS eius nominis Secundi Dominatu; cui quum Paterna HANNONII Stemmatis proſapia ad Io. Bochardum Auenionem iure referretur, Mater verò ex Principali HOLLANDICAE Domus Nobilitate obtigiſſet, quid mirum, ſi idem Honorarij Tituli acceſſionem, inter alia Gentiliciæ ſucceſſionis decora atque ornamenta, quaſi Teſtamento à Patre relictam ſibi, materni nominis Prærogatiuæ antepoſuerit? aut quid inſolens adeò, ſi Regnatores noſtri, in ſollemni Principatuum ſuorum recenſione, Edictis, ſiue Decretis ſuis omnibus, ex Formulâ iiſdem præfigi hactenus conſuetâ, primum ferè ſemper Natali ſolo Honoris locum detulerint: reliquis velint nolint cedere, & quaſi ſecundas agere iuſſis: non quidem

Maiores noſtros, in Publicis Belgij Ordinum Conuentibus, de Prærogatiuæ ſuæ Honore, finitimis Prouinciis concedere, quàm ambitiosè de eo cum Principibus ſuis in contentionem venire, ſimplicius moderatiuſque iudicaſſe. quod modeſtiæ ipſorum potiùs, quàm animi abiectioni aſſcribēdum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

anxiè ſeruatâ (vti conueniebat) temporum ſerie, ſed prout vel lubido imperantium, vel parentium ambitio, ſiue immodeſtia potius, ne dicam arrogantia ferre videretur. Vnde factum, vt & nos HOLLANDI ex Prærogatiuæ noſtræ, (quam in Publicis ORDINVM COMITIIS Iure maiorum obtinere debebamus) Poſſeſſione depulſi, hac etiamnum tempeſtate poſt HANNONIOS ARTESIOSQVE, (tanto tempore pòſt natos) inuerſo ac præpoſtero ordine collocemur. quum alioqui ſtatim poſt Flandrici COMITATVS Legationes (ſiquidem ex Nobilitatis noſtræ merito æſtimaremur) proximi conſeſſûs locum occupare; ac ſecundarias in Suffragiis ferendis partes (vti dictum eſt ſuprà) nemine non dico reclamante, ſed ne obmurmurante quidem, Populares meos obtinere, Ius, fas, æquumque eſſet. Pluſculum fortaſſe, quàm Pollionibus noſtris placcebit, in hoc argumento verborum à me inſumptum eſſe fateor. Sed ignoſcet mihi Genius Patriæ, cuius omne hoc quidquid eſt ſolius caritas expreſſit. Ei proinde imputandum, ſi dolorem hunc meum Publicæ querimoniæ teſtificatione exonerauerim. Quam equidem haud deſpero fore, vt vicini noſtri tam æquo animo patiantur, quàm nos προεδρίαν ipſorum toleramus. Et verò quid graue, ſi nihil præter HISTORICI officium faciamus? cui hanc cumprimis

Vtillud fiat ſcilicet, τ'ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Nupera ſic priſcis præponimus, vltima primis.

Solum Patriæ omnibus eſt carum, dulce, atque iucundum. Cic.

Hoc enim veri ac legitimi Hiſtorici officiũ, vt ne quid falſi ſcribere ſciens audeat, ne quid veri non audeat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

primis legem propoſitam ſcimus; ne qua fauoris ſuſpicio ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis: vtq. nihil veri ob metum ſciens reticere; nihil falſi ad gratiam de ſuo audeat affingere. Id quod nos quoque re ipſâ palam demonſtraſſe iam modò in Annorum COMITATVS noſtri incunabulis detractorum correctione, haud iniuriâ confidimus. Vt vel hinc Lectori meo planum ac perſpicuum fiat, quanto Veritatis enucleandæ ſtudio ad hoc ſcriptionis genus acceſſerim; qui, ne Patriæ quidem cauſſâ, errorem vſq. adhuc indeprenſum, iamque adeò inueteratâ tot ſæculorum Præſcriptione firmatum diſſimulare; aut tantillum, odij declinandi cauſſa, à rectæ ac Regiæ viæ tramite deflectere ſuſtinuerim. Et hæc quidē ipſa abundè à me comprobata ſpero; ſi non iis, qui prauas opiniones reuelli ſibi de pulmone non patiuntur, at certè æquis rerum æſtimatoribus: quorum nemo (puto) Interdicto, *Vnde vi*, nobiſcum experietur; qui numerum hunc * Sexagenarium de ponte, id eſt, antiquâ ſuâ Poſſeſſione deiecerimus. quam tamen non ita antiquam eſſe credibile eſt, vt non Triſæculum totum inter initia inſtituti COMITATVS, & huius opinionis Natalem interceſſerit. Vt nihil mirum ſit, in tantâ temporum intercapedine, ac literarum inſcitiâ, initiis rerum prodendis meritò ambiguam factam, vel ſuſpectam certè Ve-

Amica Patria, amici Ciues, ſed magis amica Veritas.

** Ad Arge[...] illos alluſum qui Sexag[...] mo ætatis [...] no de pon[...] deiici dice[...] bantur, vn[...] Prouerbium natum; D[...] pontani S[...] nes. Vide F[...] ſtum in v[...] Sexagenarios.*

tè Veterum quoque Chronographorum fidem: multò magis eorum qui quanto longius ab illius ſæculi memoriâ, tanto confidentius à Veritate receſſerunt. Qui ne *ſuſcepti ſemel argumenti* fiduciam cum irriſu atque ignominiâ deponerent, præcipites ſeſe dederunt in gurgitem ineptiarum. Quorum ſectatores vt incipiant nunc primùm deſtertere, & ſentiant ſeſe ſatis hactenus ſomniaſſe; quàm non hîc ſolùm, ſed & in reliquis ſplendidè ac gnauiter nugati ſint, palam deinceps pergam oſtendere: Vt quum HAGANONEM DIEDERICI faciunt Auunculum, SIGEBERTVM Patrem: quorum hunc nunquam, illum nondum id temporis in viuis, ſeu rerum naturâ fuiſſe, partim ſuprà oſtendi, partim non vanis ſuſpicionibus & conjecturis inductus auguror. Adhæc * HAGANO (id quod ex Francorum monimentis notum teſtatumque) modicus originis, neque claritate maiorum, ſed amicitiâ † REGIS & Fortunæ indulgentiâ ad ampliſſimas opes & ſupremum Honoris culmen euectus eſt. quem triſti arrogantiâ modum Regij Conſiliarij egreſſum, * tædium ſui denique omnibus Regni Principibus mouiſſe, conſentiunt eius æui Scriptores: tantum abeſt, vt DIEDERICVM noſtrum arctiſſimo neceſſitudinis gradu contingere potuerit: qui (quod omnes ad vnum fatentur) longâ cognatione Regiæ Francorum ſtirpi innexus,

Vel quia nil rectũ, niſi quod placuit ſibi, ducunt; Vel quia turpe putant parere minoribus; & quæ Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri. Siue (vt idem cum Petronio dicã) quod quiſque perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult: & neſcire, pudens prauè, quàm diſcere mauult.

Sic ementita hodie Stemmata, ſic fere Genealogię texuntur; Sic bona pars fictis gaudet Imaginibus.

Vides, vt hæc cùm vniuerſa, tum ſingula δὶς διὰ πασῶν inter ſe diſſonent, nullo Genealogiarũ diſcrimine, nullâ temporum habitâ ratione.

* Laudunenſis.

† Caroli Simplicis. Vide Conradi Abbatis Vrſpergẽſis & Frodoardi Chronica: apud quem etiam de Lauduno, Haganonis patriâ, captâ; ac theſaurorũ eius direptione inuenies.

* vſque eò, vt hac ipſa tam obſcuri hominis gratia Regi ipſi exitio verterit, quum Optimates indignè ferrent, vnum omnibus, eúmque ignobilẽ Nobiliſſimis Regni Proceribus anteponi.

nexus, Natalium ſplendore inter clariſſimos Galliæ Proceres cenſebatur. Nam quod noſtri ab Aquitaniæ Principibus paternum eius genus deductum volunt, vereor vt illis probari poſſit, quibus cor ſapit: & antiquiores Annalium Auctores nihil tale tradunt. Vtut ſit, haud abnuerim fieri potuiſſe, vt ab iſtis generis ſui primordia traxerit. Cæterùm fabuloſis STEMMATVM Imaginibus nobilitari eos, qui ipſi ſuâ virtute & præclaris factis potius, quàm alienis *bonis cenſeri poſſunt*, nihil opus eſſe exiſtimo. Si tamen opinioni, quæ ſua cuique coniectanti eſſe poteſt, aliquid tribuendum putamus, rationibus haud contemnẽdis innititur HEDA, qui generis Auctorem facit * DIEDERICVM COMITEM, CAROLO quondam MAGNO arctâ propinquitate coniunctum: eum dico, qui Regiis exercitibus præpoſitus contra Pannones Saxonaſque magnas res geſſit. † Ex quo idem ille (quem meriti Honoris cauſſâ nominaui) HEDA, DIEDERICI etiam noſtri * Maiores ante CAROLI CALVI ætatem partem aliquam terrarum in his regionibus poſſediſſe, neque vanè nimium, neque inſcitè ſuſpicatur: eoſdemque à VIENNAE fortaſſe (ita Vrbs Allobrogum vicina Lugduno vocitatur) Principibus traxiſſe primordia. eo maximè argumento, quòd etiam in hodiernam diem iiſdem prorſus ea Ciuitas vtatur Inſignibus, quibus

Heda quoque hîc mecũ facit, & Ioue iudicat æquo.

* *Hunc Dierico noſtro Proauũ fuiſſe ſuſpicor, qui cognominem item ſibi filiũ reliquerit: eum inquam, qui Ludouico Balbo Cubicularius, Gerolfi Comitis patrem. quorũ nos vtriuſque ſub Libri huius exitum mentionem pleniu[s] porrò plani[ùs]q. in tempore & loco facturi.*

† *Vide Aimonum lib. ca. 82. & 8[...]*

* *Idq[ue] [...] Diplomata ipſius verbis perſpicuè planum, quæ [...] ſonant:* Io[...] bemus, vt [...] cut reliqui[s] poſſeſſioni[...] bus, quibus Iure Hæreditario v[i]detur vti, [...] & his noſtr[æ] muneris la[r]gitate rebu[s] impenſis v[a]leat ſecurè omni tempore vitæ frui ipſe & omnis eius Poſteritas, &c.

bus HOLLANDIAE noſtræ COMITES inclyti atque honorati conſpiciuntur. Qui quum induſtriæ noſtræ aliquid debere iam occæperint, dum maculas quas & generi ipſorum, & HOLLANDIAE pariter Principatui Opica manus illeuerat, politioris literaturæ quaſi ſucco eluimus; debeant tantumdem etiam nobis minorum (vt ita dicam) gentium Dij; inter quos primo loco ſe offerunt nobis BVRGRAVIVS LEIDENSIS, ac FALCOBVRGI Regulus, falſo ſe Perduellionis crimine oneratos ſimul publicè per hoſpitum pariter ac Ciuium ſuorum ora traductos, indigniſſimè conquerentes. idque ab eo Lucumonum genere, qui in Rhapſodiis ſuis nec locorum vſpiam, nec temporum diſcrimen facere, neque perſonarum rationem habere vnquam didicere. quos Mimicis iam perſonis ſuis toties à me exutos, vt de ſtatu porro deiiciam ac percellam, vineis vel arietibus admotis opus non erit. Ita enim rem natam video, vt vnius quaſi tragulæ iactu pugna confici poſſit. Neque longè ea petenda. Vnius (inquam) argumenti res eſt, quo firmiter ſemel conſtituto, cætera omnia faxo in procliui exiſtant. Aio proinde affirmoque, iſtiuſmodi vocabulorum ſiue ab Arcibus, ſiue loci cuiuſpiam nomine deductorum appellationes, eâ tempeſtate necdum natas fuiſſe: nedum vt in Illuſtribus Familiis locum aliquem, vel

Nec veriſimile loquere, nec verum, frutex. Quid? quod narrationis huius (vti aliarum quoque) & Beka, & vetuſtiores omnes, palam auctoritatem defugiunt.

Neque hoc Damarum genus tanti: in quos haud paullò verius iuſtiuſque, quàm in Cornificij milites conueniat aculeatum illud de Galeatis Leporibus conuicium.

Nobiliũ Familiarũ à locorum nominibus deductas appellationes, priſcis apud nos temporibus inuſitatas, immò prorſus adhuc inauditas fuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vel vſum tale quidpiam habere potuerit. confictum ſcilicet ab iis, qui Vetuſtatis inſcitiâ omnia ad præſentis æui rationem, iudiciiq́ue ſui captum exigenda atque ponderanda vaniſſimè ſimul atque inſcitiſſimè opinantur. Et quanto circumſpectius *BEKA noſter, qui nec hos quidem (de Burgrauio Leidenſi illo ac Falkenburgi Regulo loqui me ſcito) vel ſemel nominauerit. quum idem tamen paulò antè duorum ex Equeſtri militiâ ducum, † THIETBOLDI (inquam) & GEROLPHI, pro FIDE CHRISTIANA fortiter præliando interemptorum; non ſine honorifici Epitheti adiectione, ſpeciatim meminiſſet. nullo tamen vel huius, vel illius Parentelæ, ſiue Proſapiæ expreſſo vocabulo. ex Ritu in his locis ætate illâ Priſcâ per Illuſtres, domiq́. NOBILES Familias ſolemnitus frequentato. vt qui ſatis haberent, ſi Ordinum inter ſe atque Honorum gradibus diſtinguerentur: de Cognomentis ſecuri, quæ nulla omnino id temporis fuiſſe oculatam nobis fidem fecerint ſuperſtites etiamnum tot Veterum Inſtrumentorum Tabulæ, totq́ue REGVM ac PRINCIPVM DIPLOMATA, quæ vel apud nos, vel Vltraiecti in ARCHIVIS publicè aſſeruantur. & quidem ſupra quingentos (& quod excurrit) Annos Archetypæ Ceræ impreſſis ex primariâ Nobilitate Procerum noſtrorum ſigillis, fidei cauſsâ, conſignata. In quibus nuſquam tibi

Auritam quæris? hæc oculata Fides.

* *Qui circa annum 1310 floruit, Guilelmo Bauaro qui Phrenetici ex re cognomẽtum inuenit, rerũ ſummã apud nos obtinẽte.*

A. DCCLVI.
† *Verba Bekæ ſic habent:* Hollandienſes auté in colę prehenderũt etiam cõfeſtim arma bellica committẽtes in diuerſis plagis multa prælia. Sed Dani, (Deo permittẽte,) præualentes Thietboldũ & Gerolfum egregios Equites cum finitis Hollãdrinis necauerunt, & mulieres cum paruulis captiuas ad exteras partes & prouincias abduxerunt.

tibi Proſapiæ alicuius Nomenclatio occurſura. Quid? quod neque loco Cognominis, ex Græcarum gentium conſuetudine, Patris vocabulum nomini proprio ſubiectum inibi es reperturus. in cuius vicem, Dignitatis, quam quiſque ſuſtineret, Titulus ſucceſſerat. Exempli gratiâ: Si quis Eques, ſiue Equitum Magiſter, vel Arci tutandæ impoſitus, vel à poculis PRINCIPI, vel à Libellis eſſet; is Militis, Mareſchalci, Caſtellani, Pincernæ, Cancellarij, quamuis ſemibarbaris Titulis ornatus, facilè ſe tamen ab Idiotiſmi contemptu, belluæque multorum capitum inſolentiâ vindicabat. Erant & qui ex euentu aliquo fortuito, aut dehoneſtamento corporis, aut neſcio quo animi vitio nominis ſibi occaſionem inueniſſent. Argumento fuerint haud peruagata illa modò CALVI, BALBI, CRASSI, ac SIMPLICIS Francorum REGIBVS impoſita cognomenta, ſed verò hæc etiam noſtratia, LONGICOLLI, GIBBERIS, OBOESI, NIGRI, DENTONIS, *MAXILLAE, aliæque ad hoc exemplum complures Familiarum Illuſtrium tranſmiſſæ quoque ad Poſteros Appellationes. Quæ quidem nos cum vniuerſa, tum ſingula, in ſequentibus Libris ſuo quæq. tempore ac loco particulatim haud grauabimur indicare. Neque melior hac in re PRINCIPVM noſtrorum conditio fuit. Vt enim hoc ſemel in vniuerſum dicamus

Attende, mi Lector diuerſum à noſtris tẽporibus morem in Nomenclaturis ſuis Nobilitati vſurpatum antiquitùs.

Hos vtinam inter Heroas natum me Nortga antiqua tuliſſet.

*Antiquiſſima apud nos Harlemiæ gentis cognomentum, ac nominatim Wilhelmi, cuius mentio in peruetuſto Diplomate Diederici VI. quod idẽ Comes Egmundano Cœnobio expenſum tulit, A. 1143

Vetus Principum noſtratium ſimplicitas: qui nudo Comitis Titulo con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

camus, nudo COMITVM nomine, abſque vllo Prouinciarum quibus præerant additamento, contenti vixere & iſtâ & ſequutis aliquot Ætatibus HOLLANDI PRINCIPES. Quæ res & ignorata magnam caliginem offundat neceſſe eſt legentibus; & probè intellecta plurimum adferat lucis ad patefaciundos illorum hominum errores, qui primis illis Patriæ noſtræ Propugnatoribus HOLLANDICI COMITATVS Titulum aſſignatum; nullis Publicorum Actorum quaſi pedamentis ſubnixi, Cantherino ritu ſtantes, an iacentes ſomniant. Quem tamen ante* DIEDERICVM eius nominis Quintum à nemine ſuperiorum COMITVM vſurpatum ex Publicis Patriæ noſtræ ARCHIVIS pro comperto habeo atq. explorato. Quorum indubitatæ fidei Froſſardi quoque aſtipulatur auctoritas, diſertè teſtantis morem iſtum, ab Arce, Municipio, vel Satrapiâ aliquã cognomina deriuandi, circa Annum ∞LXX. à Nobilitate primitus in Gallias introduci cæptum: conſimilia planè de Scotis ſuis aſtruente* BVCHANANO. Neque hiſce diſſentanea in Britanniâ ſuâ CAMDENVS noſter, aſſerens priſcos illos Angloſaxones ſimplici COMITIS Titulo omiſſâ loci cui cum auctoritate præerant adiectione, diu, immò per complures Ætates vſos, plus ſatis ſibi illuſtres viſos fuiſſe. quamquam inficiri neque volo, neque

tenti omiſsâ Hollandiæ Comitatus appellatione, abũdè honoratos ſeſe Illuſtreſq. ac Splẽdidos exiſtimabant

Priuignum Roberti Friſij, per Godefridi Lotharingi arma adnitente Vltraiectẽſium Epiſcopo omni Ditione ſuâ exutum; & pluſquam triennali exilio, contra fas æquumque omne, peſſimo exemplo multatum.

* Circa Annum 1075.

Ipſum cõſu… Rerum Sc… ticarum … VII. in Vi… Milcolumb… III.

neque debeo, & Arelatenſium & Pariſiorum, nec non Brixianorum Comitum Titulos idemtidem apud Aimonum alioſq. illius æui Scriptores lectitari: cæterum cogitare debemus, vnam alterámve hirundinem Ver non facere. Etiam hîc mihi obiectari poſſe ſcio, longè aliam fortaſſe, neque ab hac noſtrâ abhorrentem, apud Theutonas, quàm apud Francos, ſiue etiam Britannos Gentilitiorum nominum rationem in vſu antiquitus eſſe potuiſſe. Ego verò id ipſum diſertè nego: & probet ille, quicumq. tandem ſeſe aduerſarium hîc mihi conſtituere auſus fuerit, ex omni Vetuſtatis memoriâ in tot Germanicarum Rerum Scriptoribus vel tenuiſſimum eius moris veſtigium vſpiam apparere. Tollam manum, neque vltrà quàm Probabilitatis ratio patietur, in hac opinione meâ refractariolum me præbebo, tametſi neſcius non ſim diuerſam ab eâ quam modò iam expoſui in Romanorum Francorumque REGVM perſonis conſuetudinem obſeruatam fuiſſe: qui nomini ſuo REGNI quoque vel Romani vel FRANCICI Titulum adiectare conſueti, interdum etiam LONGOBARDICI, vti ex Legibus ac Statutis CAROLI MAGNI perſpicuè planum. Cuius exemplum imitatus poſteà CONRADVS II. iam IMPERATOR deſignatus, præter aliorum REGVM conſuetudinem quos nudo nomini nudum

Ad Germanicarũ Rerum Scriptores prouocamus; haud quidem nuperos & nouitios, ſed vetuſtiores illos inquio, queîs maxima rerum, Verborumq́ue fides.

Horum omnium Apographa apud Hedam, Chronicis eius inſerta paſſim atque interpoſita: ipſa verò Autographa vel apud nos (penes quos Scriniorũ publicorum cuſtodia) vel Vltraiectinæ Eccleſiæ Αρχιοφύλακας exſtare comperies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

REGIS Titulum Placitis ac Decretis ſuis præmittere ſolitos, indicio ſunt LVDOVICI Germaniæ, LOTHARII Auſtraſiæ, SVENTIBOLDI Bohæmiæ REGVM Donationes antiquis Traiectenſis Eccleſiæ Epiſcopis adeo liberaliter tributæ conceſſæque: quæ etiamnum hodie in Pontificalibus ARCHIVIS, PRINCIPVM eorumdem ſignatis Tabulis corroboratæ leguntur. Quem morem deinceps etiam ſequuti Auguſtiſſimi illi Germaniæ Principes, OTTHONES, HENRICI, CONRADI, aſſumptis nondum IMPERII Inſignibus ſupremos humani generis Faſces potiti. Tunc enim ſe primùm ROMANORVM IMPERATORES AVGVSTOS inſcribere cæperunt. Idem in DVCVM quoque nominibus antiquitus vſurpatum, nobis planè fit veriſimile: illis præſertim tempeſtatibus, quum alienis Auſpiciis rem gerentes Principalium Prouinciarum procurationem tantummodò, ſiue Adminiſtrationem haberent; Ius autem Imperij penes REGES eſſet. Qui mos vſque ad CAROLI iſtius SIMPLICIS Principatum durauit. Ex quo tempore REGII Nominis Auctoritas non paullatim, vt anteà, ſed torrentis modo præcipitata, ſummis pariter atque infimis ludibrio eſſe cæpit: donec ex contemptu ſubditorum alienatio, ex alienatione defectio nata; quam Regis ipſius captiuitas denique tantique Regni eiuratio

Alia Regum, alia Imperatorũ ratio.

De Titulis Ducalibus.

Subditorum aduerſus Carolum Simplicem irreuerẽtia; quæ in apertam rebellionem denique, immò in ipſius Regis exaugurationem ſimul ac perniciẽ erupit.

eiuratio conſequuta. Neque id adeò mirandum: vt cui neque virium ſatis, neque ea vel induſtriæ indoles, vel rerum per ætatem experientia foret, vt Regio decori ac FRANCICI nominis MAIESTATI aſſerendæ ſufficeret, ipſe HAGANONIS (quem dixi) iuſſis obnoxius, & quaſi mancipatus. Vnde euenire neceſſe fuit, vt, eo vel inuito, vel conſentiente, vel certè conniuente ac diſſimulante, quas ex Optimatibus quiſque DVCALI, aut etiam COMITATENSI Titulo Ditiones, vel Præfecturas (quæ REGII antea Dominij fuerant) ſiue PRINCIPVM indulgentiâ obtinuerat, ſiue adeò per ſuperiorum temporum impunè quiduis faciundi licentiam, vel vi, vel fraude occupauerat, non ſolùm VSV retinere, ſed tanquam priui peculij Poſſeſſiones eaſdem MANCIPIO ſuas facere, atque ad poſteros Hæreditario Iure tranſmittere, armorum fiduciâ, pertenderit. E quibus tamen non pauci, virium ſuarum diffidentiâ hactenus ſeſe aſtringi paſſi, vt qua quiſque Iuriſdictione, ſiue Beneficiaria Poteſtate donabatur, vel iam fruebatur, eâ, Clientelaris Sacramenti Religione interpoſitâ, iiſque conditionibus quæ FEVDALI IVRE comprehenduntur, Fidem & Fidelitatem ſuam Principi quaſi oppigneratam addiceret atque obligaret. Neque aliunde ſanè FEVDORVM tam Principalium, quàm Secundariorum, hoc

Qui Rex eſt, Regem non habeat.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Id eſt, Ruente quercu ligna quiuis colligit. Theocriti Scholiaſtes.

Quid mirum, toto ſi ſpargitur orbe? iacere Vno non poterat tanta ruina loco.

Quando primitus Feudalium in Galliis Poſſeſſionum vſus cœperit.

 eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

eſt, Maiorum Minorumq́ue per Galliarum Regnum (ſi Flandrici tamen Comitatus initia excipias) IVS origineḿque, quàm ab iſtius CAROLI temporibus repetendam eſſe, ſollertiſſimè à Burgundici Chronici * Editore obſeruatum. Sicuti etiam Teutonici ſua FEVDA (CONRADO REGI (SIMPLICIS huius noſtri coætaneo) quem primas in Germaniâ de FEVDIS Perpetuis Leges condidiſſe conſtat, debere ſeſe Lubenter mehercule ac Merito omnes ad vnum confitentur. Atque hac demum ratione factum, vt DVCVM COMITVMQVE, ſiue etiam MARCHIONVM, aliarúmve Præfecturarum dignitas poteſtáſve; quæ temporaria olim fuerat, & morte finiebatur, IVRIS priuati, perpetui, atque Hæreditarij eſſe cæperit. Ad DVCALES denuò (vnde per cauſſam aliquantiſper defleximus) Titulos reuortamur, qui an DVCATVM ſuorum appellationes in Decretis ſuis expreſſerint, ſuo loco videbimus: nunc hoc pro tempore Lectori ſignificare contenti, à mediæ ætatis Hiſtoriographis eaſdem raró aut nunquam diſſimulari, ſiue ſilentio tranſmitti. Teſtimonio ſunt Eginhartus, Regino, Witikindus, Aimonus, Ado, Helmoldus, Ditmarus, alij innumerabiles: à quibus idemtidem Aquitaniæ, Britanniæ, Saxoniæ, Baioariæ, Franconiæ, Sueuiæ, nec non Sclauorum atque Obotritorum Duces nominatim

*Nic. Vignerio Barrenſi.

Quando in Germaniâ.

Omnia mutantur: certè mutãtur Honores.

Regionum quibus præerant nomina Ducibus ſuis plærumque appenſa ab illorum temporum Hiſtoriographis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

natim memorantur. & hi quidem cum DVCATVS (vt dixi) cuicum imperio præerant deſignatione: non item MARCHIONES, vel COMITES, in hoc ſolummodò conſtituti atq; delegati ſcilicet, quò PRINCIPVM ſuorum Limites fideliter iuxtà ac ſtrenuè armis defenſitarent: hoc eſt REGNI Pomæria ab hoſticis incurſionibus ſarta-tecta indemniaque præſtarent: vnde Limitis interdum Præfecti; eſt vbi Cuſtodes MARCHAE appellantur; quaſi tu COMITES Limitaneos dicas. Caue enim exiſtimes, eam COMITVM dignationem fuiſſe antiquitus, quam ſequutis poſteà temporibus iidem illi armorum ſibi virtute peperere. Siquidem tunc non niſi Poteſtate temporariâ, neque ſuâ vi nixi, alieno remigio rem gerentes, ex lubidine PRINCIPVM huc illuc agitabantur: vt quorum alij Ordinariorum modò Iudicum partes ac munia fungerentur; cauſſarum cognitionibus præeſſent, denique Prætorum ritu, Litigantibus pro Tribunali IVS redderent: alij finium Cuſtodiam agitarent, inibique (vti dictum eſt) REGIS ſui nomine præſiderent. momentaneam ſemper ac motoriam Iuriſdictionem exercentes: quæque ad Hæredes porrò ſuos non tranſiret, nunc in hunc, nunc in alium pro re natâ & tempore transferri identidem ac transſcribi conſueta. donec & ipſi gloriæ cupidine (quæ mediocris etiam fortunæ homini-

Marchionibus non item, ſeu Comitibus.

Omnium rerum viciſſitudo.

Quid non longa dies, quid non inuertitis anni?

Hinc eſt, quod Ciuitatum, aut Pagorum Comites, vel Iudices deputati, ſiue etiam Fiſcales, in Burgundionum Gundobadi Regis Legibus vocitatur.

Quid nō mortalia pectora Regni. Cogit amor? quò nos nō agit ambitio?

hominibus nouiſſima exuitur) accenſi ſtimulatiq́ue, maximum decus in maximo imperio putantes, Præfecturas & Clientelas ſuas, caducas anteà ac precarias, ſecundâ Principum voluntate paullatim ad ſe traherent. Cui cupiditati præuiam rei bene gerendæ facem partim SIMPLICIS huiuſce REGIS ſegnis innocentia; partim frequentes in hæc loca ac tantùm non quotidianæ Normannorum incurſiones alluxere. quò impetrabiliores COMITVM noſtrorum Preces exiſterent ſcilicet, ad MANCIPIO porrò accipiundum, in cuius Poſſeſſionem hactenus non niſi Fiduciariam mitti conſueuerant. Neque verò in arduo fuiſſe credendum, talibus præſertim viris, & (quod rei caput eſt) tempore ad eam rem opportunè capto, PRINCIPVM ſuorum affectus expugnare: qui vti vehementes ferè, ita mobiles, ſæpe ſibi ipſis aduerſi. Eo minus, quod maritimæ hæ plæræque omnes ac Limitaneæ Nationes, & prædæ pariter & pænæ occupantium expoſitæ, hominum ſimul ac Deorum Fidem aſſiduè implorantes; nihil aliud quàm idoneum propugnatorem ſibi dari flagitabant; qui ſeſe tandem à Paganorum contumeliis atque iniuriis aſſereret ac vindicaret. Vnde Prouinciæ non paucæ, ne inultæ atque indefenſæ in vaſtitatem penitùs ac ſolitudinem redigerentur; liberaliter conceſſæ illis, quibus animus foret eaſdem è Paganorum faucibus

Occaſionibus vtēdum, ſimul ex re & tempore cōſilia capiunda ei, qui Fortunæ ſuæ faber futurus.

Vtcumque in alto ventus eſt, exin velum vortitur.

Miſerorum eſt fieri ſupplices, atq. eorum potiſſimū auxilia implorare, quorū poteſtas plus poteſt: contrà Principū ac potentium, erigere afflictos, oppreſſosq́ue ſubleuare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

faucibus ereptas, ſudore ſuo & ſanguine per arma recuperandi. Sic FLANDRIA primùm CALVI REGIS beneficio ad BALDVINVM COMITEM, HOLLANDIA verò noſtra SIMPLICIS (id quod ſuprà oſtenſum) liberalitate ad DIEDERICVM peruenit. Prudenter vtique, ſi conſilio; fæliciter, ſi caſu. Quæ Donationes eò inſuper fauorabilius ab vtriſque impetratæ, quod hac tali munificentiâ nihil, vel certè parum Largitoribus ſuis decederet; aut de poteſtate (quæ per aſſiduas Normannorum in his, vt diximus, locis populationes tantum non ad incitas redacta) quippiam imminueretur. Atque hæc prima illa COMITATVS vtriuſque incunabula, ad eum poſteà Magnitudinis gradum prouecti, vt non ſolùm huius illiuſque Ditionis PRINCIPES Populis ac Tetrarchiis iuxtà ſitis formidoloſi eſſe; verùm etiam cum opulentiſſimis Europæ REGIBVS, ipſis immo Ro. IMPERII AVGVSTIS palàm ferro confligere, ac de Principatu certare, & quaſi aleam iacere auſi fuerint. Quantum diſſimiles COMITIBVS illis Priſcis, qui CAROLO MAGNO ac PIPINO Imperantibus, perpetuò ad Normanni vel Saxonici Limitis Cuſtodiam excubare, aut Vrbis alicuius Præfecturæ illigati, Iudiciis pariter atque Ærario intendere, anxieque ſatagere iubebantur, videlicet, ne quid detrimenti Regalis * FISCVS acciperet. Quo quidem

Principes id temporis neque difficiles, neq. reſtricti ad largiēdum, præſertim de alieno. Alienum enim id omne, & quaſi pro derelicto meritò habere poterant, quodcumque per armorū violentiam occupatum, in exoticorum hoſtiū poteſtatem tranſierat.

Quanti ex quantillis facti.

Haud eadem prioris illius, ac ſequētis æui Comitum conditio atque fortuna: poſtquā Vicaria quæ fuerat adminiſtratio, in αὐτοκρατείαν commutari; Comiteſq́. noſtri ſupremum Imperij Ius Vſu ſuum facere primitus; mox ad poſteros etiam Hæreditariâ Succeſſionis

* Cuius potiſſima penes Comites Procuratio: vnde & Iudicum Fiſcaliū ipſis ex re nomen impoſitū. Id quod ex Frācorū, Ripuariorum, Friſionum aliarumq́ue gentiū Legibus, quas Heroldus edidit, perſpicuè dilucet.

Lege tranſmittere ac propagare inſtiterunt: plenam ac meram, nulliuſq́ue in verba iuratam ſiue addictam poteſtatem in ſubditos vſurpare atque exercere conſueti.

quidem tempore Duodeni ſimul COMITES ſub vnius DVCIS Ditione ſubeſſe, atque imperata facere conſueuerant: Auſpiciis quidem REGIIS; cæterum Ductu eius, qui Principalibus copiis præpoſitus, Legati ſiue etiam Proregis Munus Titulumq́ue ſuſtinebat: ad cuius nutus nullo non tempore ac loco præſto eſſe, & quocumque terrarum in hoſtem ipſos ducere, ſiue adeò præmittere placuiſſet, per inuia per aſpera properè vel ſequi vel præcurrere cogebantur. Scio hoc quod dico plæriſque noſtratium inſolens viſum iri, ac planè paradoxum; ſed iis tantùm, qui in mediæ Ætatis Hiſtoricis minùs cum curâ verſati. Quos quidem ego ad Aimoni, & Ottonis Friſingenſis CHRONICA ablegandos cenſeo: quorum* hic de Pipino illo CAROLI MAGNI Patre ita memorat: * Lib. v. ca[p.] xx.

Duodecim pariter Comites vnius Ducis imperio ſubeſſe ac parere ſolitos.

At Pipinus Thaſſilonem in Ducatum reſtituit; fratriq́ue (Grifoni) Duodecim Comitatus reſtituit: quibus ille non contentus ad Waifarium Ducem Aquitaniæ fugit.

Id veterũ Scriptorum Auctoritatibus cõprobatum.

Sed planius aliquanto * Aimonus de eâdem re, deq́ue eodem Pipino loquens: * De Ge[...] Francorum Lib. IV. ca[p.] LXI. Vi[de] præterea R[e]ginonem [...] Sigebertum [...] eadem [...] quãte etiã [...] plenius [...] rentes.

Thaſſilonem in Ducatum reſtituit; domumq́ue reuerſus Grifonem (more DVCVM) Duodecim Comitatibus donauit. Sed ille tali beneficio contentus non erat. Nam eodem anno ad Waifarium Ducem Aquitaniæ profugit.

Duces, & Comites, cuinſmodi potẽtiæ gradu, quóve dignitatis ordine diſcriminati antiquitus.

Animaduerſione autem dignum eſt, æquales illorum temporum Scriptores, inter

DVCES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

DVCES & COMITES huiuſmodi ferè diſcrimen facere conſueuiſſe, vt DVCES eſſent totius Regionis Præfecti; COMITES Vrbis tantùm, ſiue minoris alicuius Territorij. Sic Nobiliſſimam illam ZELANDIAE Inſularum WALCHRIAM, peculiarem ſibi à Ludouico PIO IMP. COMITEM impoſitum, Eggihartum nomine, A. DCCCXXXVI. habuiſſe, qui ibidem vnà cum Hemmingo, Halpdani Filio, pro Fide CHRISTIANA fortiſſimè in Normannos pugnando mortem oppetierit; de Anonymo Pitheanæ publicationis Chronographo edocti, Libro Annalium Tertio ſuprà recenſuimus. Sic & TEXELIAM, Inſularum Occidentalis FRISIAE maximam iuxtà ac vetuſtiſſimam; ſic KINHEIMVM (quam Kermerlandiam hodie Idiotiſmus noſter indigitat) ſic MAESLANDIAM Ternos olim COMITATVS pariter effeciſſe, ex Auguſtiſſimâ OTTONIS III. IMP. Donatione, DIEDERICO II. imputatâ, cognoſcimus. Atque ex his quæ citaui procliue porrò explicatu fuerit, cur vbicumque pugnam aliquam inter CHRISTIANOS atque infideles circa ea tempora commiſſam lectitamus, vbi DVCVM quiſpiam pro Aris ac Focis impigrè depugnans & diem & locum prælij clade ſuâ funeſtum infauſtumq́. reddiderit; toties Duodenos item COMITES vitam pro Religione effudiſſe, ac DVCI ſuo vt pugnæ infeliciter

Eginhartus, Walchriæ Zelādicarum Inſularū antiquiſſimæ Comes, temporibus Ludouici Pij.

Non ille pro focis & aris, Aut Patriâ timidus perire.

Texelia Inſula cū Kinheimo nec non Moſalandiâ, in ternos olim Comitatus tributa.

Vnum plærumque Ducem duodecim ſimul Comites, Ducatui ipſius attributos (ſi maior vis ingrueret) in expeditionem comitari conſueuiſſe & pugnæ pariter, & (ſi ita neceſſitas poſtularet) glorioſę mortis, quippe pro veri Numinis cultu oppetitæ, ſocios conſorteſq́ue.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

feliciter tentatæ, ita necis quoque ſocios ad extremum exſtitiſſe inueniamus. Cuiuſmodi exemplorum & Ditmarus tibi, aliíque mediæ ætatis Scriptores copiam ſuppeditabunt. Neque verò eſt, quòd hîc à nobis exſpectet quiſpiam, vt quo ſignificatu huiuſmodi Dignitatum vocabula apud Latinas aures, vel florentibus VRBIS Rebus, vel inclinante denique IMPERIO Ro. antiquitus accepta ſiue vſurpata fuerint. Quorum ſanè ego ne primoribus quidem digitis vel minimam ſaltem particulam delibare hoc loco, nedum explicare decreui: Lectorem meum, talia noſcitandi ſtudio incenſum, ad inexhauſtum illum reconditæ Antiquitatis Theſaurum, qui IMPERII VTRIVSQVE NOTITIA inſcribitur; atque ad operoſos in Opus illud multò Auguſtiſſimum GVIDI PANCIROLI Commentarios relegare porrò contentus. Cuius equidem tantæ gloriæ Iuriſconſulti publicata recèns Scrinia compilare non eſt meum. Et verò tædet pigetque immorari his diutius. Itaque non penicillo, ſed carbone, & quidem craſſiore, quæ dixi ruditer adumbrare conabor. Si nobis hodie in COMITATIBVS ordinandis ea quæ CAROLI MAGNI temporibus obtinuit, forma placeret ac conſuetudo, nihil equidem dubito, quin vniuerſum Rhenolandiæ noſtræ corpus, Metropolim Leidam ſortitum, in COMITATVS ſingularij

Qui dubitat, Tragorâ ſtultior ille mihi.

gularij appellationem iampridem fuerit conceſſurum. Idemque de Delflandiâ Scielandiaque exiſtimandum. Et verò mehercules bonam * Vlterioris FRISIAE partem † Lauicâ amne tenus ſub RABBODO præſertim, (quem plærique Rerum Francicarum Scriptores non REGIO ſed DVCALI tantum Titulo inſigniunt) ex Duodecim COMITATIBVS, vel fortaſſe etiam pluribus conſtitiſſe crediderim, vt quam in COMITATVS ſingulos, ac nominatim STAVRIENSEM, OISTERGOAM, WESTERGOAM, KVNERENSEM antiquitus fuiſſe diſpartitam, ex Actis Publicis notiſſimum compertiſſimumque habemus: plures haud dubiè in hunc Cenſum aggregaturi, niſi Nomenclaturas ipſorum tam longi temporis edacitas Recenſioni noſtræ ſubtraxiſſet. Hactenus de tempore inſtituti COMITATVS, de fœcundâ nimis mendorum ſegete ex nominum ſimilitudine auctâ atque propagatâ, de Cognomentis Gentilitiis, & quando ea apud Aborigines noſtros in vſu primùm, mox honore eſſe cœperint, abundè plus ſatis, quantum inſtituti operis ratio patitur, diſquiſitum pariter atque enodatum puto. Reliquum eſt, vt de Antiquis locorum noſtratium vocabulis, & quibus olim Terminis circumſcripta fuerit ac diffinita REGIA illa, & quidem CAROLINA, ſed SIMPLICIS (vti declarauimus ſuprà) non CALVI; cui

* Quæ à Iunio Trāſrhenana appellatur.

† Quē Laubacham vetuſtiſſima Friſionū Leges ab Heroldo edita indigitant.

Plura de hoc ſupra lib. II. à nobis diſceptata inuenies.

Si, qui nam hi fuerint Comitatus, quærere pergis. Iam dignus es, qui neſcias.

Tempus edax rerū, tuq. inuidioſa Vetuſtas, Omnia deſtruitis: & nil ſub Sole perenne.

Quæ quidem omnia (mi Lector) non guſtu tibi, ſed verò vſq. ad ſatietatem oggeſſimus.

Intra quos fines ſuprà illa memorata Regiæ Largitionis ſeſe continuerit benignitas.

cui perperam hactenus attributa, DONATIO, aliquid etiam in commune conferamus. Neque verò alienum à propoſito noſtro fuerit, explicare Lectori, quibus nunc nominibus eæ Regiones inſigniantur, quarum hîc fit mentio. videlicet, ne quis receptæ Opinioni aſſenſum ſuum commodare, ac de Reineri Snoi ſententiâ, *Zuthardeſhagam*, eam eſſe falſo hariolętur, quæ hodie * *Hillegomenſis Torrẽs* vulgò indigitatur. Cuius adeò conjecturæ vanitatem coarguit facilè ipſe cùm locorum ſitus, tum ſignificationis diuerſitas. Quæ enim ratio eſſet, tam procul EGMVNDA poſitum locum, velut

Ridiculum.

Limitem conſtituere Egmundanæ Diœceſeos Territorio? quum non citra eam, verùm vltrà potius IVS Ditioque COMITATENSIS à REGE Donatore circumſcribi debuerit. Quò magis adducor, vt credam (præterquam quòd vtriuſque vocabuli eadem propè eſt ſignificatio) *Suderwoudeſem* plagam denotari, quæ hodie Monachodamo confinis eſt, & *Marcæ Inſulæ* è regione oppoſita. & quidem eò probabilius, quod MARCHAE appellatione nihil aliud quàm Limitem intelligi voluerint Maiores noſtri, & quidem ſignificantiſſimè. Facit item ad hancce conjecturam, quòd in ARNVLPHI DIPLOMATE, quo à REGE illo GEROLPHVS COMES iam anteà fuerat honeſtatus, ZVTHARGESHAGAE quoque mentio occurrat: tamquam

Coniectura ſuper eâ re noſtra, ſed coiectura tantùm. neque enim ita mihi Suffenus ſum, vt hæc pro oraculis haberi velim: à quo tantum abſum, vt pro magno etiam Apolline eum ſim habiturus, quicumque probabilius aliquid in hâc Hiſtoricæ hariolationis Symbolã contulerit.

Noſtra ad antiquioris Æui, ac ſitus fidem conformata opinio.

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

qui Limes eſſet FRISIAE noſtræ OCCIDENTALIS. De FORTRAPA porrò aliquid vt addam, popularium meorum hallucinationibus dandum arbitror; Municipio * quondam haud incelebri, & cuius frequens etiamnũ in archetypis illis ac membranaceis Accepti Expenſique Tabulis, quæ Illuſtriſſimi BOIORVM DVCIS ALBERTI iucundiſſimam nobis memoriam repræſentant. tametſi Municipij eius nullum hodie ſuperſit veſtigium. In cuius locum ſabuloſa neſcio quæ pelagij puluini facies in BORSELIAE Æſtuariis poſiti ſucceſſit. cuius Inſulæ ruina *FORTRAPAM quoque cum aliis circumiectis Pagis ac Municipiis vno eodemq. reciprocantium fluctuum gurgite inuoluit. adeò helluosè ac voraciter, vt nomen quoque ipſum iam in obliuionem propemodum abierit: vix decima cuique è Neptuni filiis, nauiculariis puta, ſiue adeò piſcatoribus mari vitam quærentibus cognitum, immò ne fando quidem auditum. Et imperitè nimis (vti alia plæraque omnia) Io. noſter Gerbrandus, Snoius, ceteri, qui FORTRAPAM ad CASANDAM oræ FLANDRICAE pertinere ſomniauerint. De KINHEIMO res nota, & ſatis ſuperque iam anteà de eo à nobis diſputatum. Atque ita quatuor cæli regionibus determinatam Ditionem DIEDERICI comperiemus, ZVTHERDESHAGA Orientem verſus, FORTRAPA ad meridiem,

* Ante Iacobæ Bauaræ Principatũ.

In vada quippe abiit, tænia facta maris.

* Voortrappen, vernaculo ſermone ab indigenis vocitatum.

Quid nõ diluuies, quid non deletis arenæ?

Neque aliter in Chronicis ſuis Flãdricis Meierus noſter.

diem, ad Septemtrionem KINHEIMO, Oceano ad Occaſum. Nolo hîc complere chartas fabulis ac deliramentis quorundam noſtratium, qui aut hac, aut auorum ætate mera febricitātium ſomnia in Commentarios retulere. Nam quæ de meo vſque adhuc recenſui, aut veterum Chronologorum conſenſu recepta, aut ex eorumdem ſaltē fontibus deriuata incorruptiore Antiquitatis Teſtimonio nituntur. Quamquam & illis, in tantâ longinquitate temporum, labeculæ nonnihil quam ſuperius eluimus, aſperſum fuerit: atque hæc ipſa non ita à me aſſeuerentur, vt non lubentiſſimè (ſi quis certiores modò coniecturas attulerit) de ſententiâ meâ ſim diſceſſurus. vt qui iam inde ab initio incorruptam Veritatem profeſſus, citra gratiam aut ambitionem (quarum cauſſas procul habeo) ad PRINCIPVM noſtrorum res geſtas Ciuibus meis ex fide tradendas omnia ſtudia, omnes curas meas ac cogitationes ſeriò & quidem auſpicato contulerim: bonæ Conſcientiæ potius, quàm opimâ præmiorum ſpe propoſitâ inductus. Itaque & hîc & in vniuerſo opere conſenſum Vetuſtiſſimorum ſequuturus, quæ diſſentanea his prodiderint Recentiores (eoque minus fidei merentes) diſtinctè ac penſiculatè tradere inſtitui: ſic vt in comparatione diuerſitas protenus, immò contrarietas eluceat, intelligaturque, quaſi membrum quod-dam

Certa fero certis Auctoribus.

Editionis huius noſtræ Scopus.

Præter illorum hominum morem ac mentem, qui non in hanc veræ Virtutis Arcem, ſed in arcā potius arcum ſuum dirigūt. Idq; in perpetuum mihi imperare decreui.

Conferendo inter ſe pugnantia, comparando contraria, quò oppoſita inuicem magis magiſque elucescant.

dam à reliquis partibus ita differens vt veluti putridum abſcindi potius debeat, quàm Hiſtorico huic corpori diutius adhærere: niſi acerbior eſſet medicina vlceri tam altè inuſto, & iampridem medullas omnium peruagato. Tametſi futuros non dubito, qui animi ſui morbum turpiter ignorantes, aut malitiosè diſſimulantes, Famæ verba ſe dare præoptabunt potius, quàm ab Hæreſi illâ inueteratâ, penitiſque ſemel ſenſibus infusâ diſſidere: atque ita errorem ſuum depoſitâ tandem perſonâ ingenuè ac ſimpliciter confiteri.

Ne fueris hic tu.

Nunc à ſemitâ in viam aliquando redeamus: ad COMITEM noſtrum dico; cuius rerum geſtarum famâ permotum, quòd eâ ætate inter Duces armorum gloriâ inclytos clariſſimus haberetur, LVDOVICVM Germanorum REGEM, CAROLI illius CALVI fratrem, narrant hunc (ſi Dîs placet) * Nepoti ſuo honorem habuiſſe, vt idem WASDAE NEMVS de ſuo fuerit dilargitus: ſexennio poſt Donationem ſuperiorem, falsò hactenus CALVO attributam. Idque OPTIMO IVRE, hoc eſt, omnis Clientelaris obſequij nexu exſolutum: * Vxoriis precibus gratificari volens ſcilicet. Et hæc quidem iis ipſis ignoſcenda, præſertim quum pro ſe REGII DIPLOMATIS habeant Auctoritatem, in hanc ferè ſententiam concepti, verbis meis:

A diuerticulo repetatur Fabula.

* *Ex parte uxoris Ludouici, uti mox narrabitur.*

* *Hemmæ, quam Materterã etiam Comiti fuiſſe, ridiculoſiſſimè cõmiſcuntur.*

LODEWICVS DEI GRATIA REX, *Vniuerſis iuxta ac ſingulis tam futuris quam præſentibus innoteſcere ac palam fieri expetimus,* REGIAM *thalami noſtri conſortem* HEMMAM *preces ad nos ſuas pro* DIEDERICO COMITE (*Fidei nobis ac Clientelæ nomine iam anteà obſtricto*) *gratioſè interpoſitas detuliſſe: ſuppliciter orante atq; obſecrante, vti eidem de Syluâ quadam* (COMITATVI *ipſius contiguâ*) *quam* WASDAM *vulgò appellant, cõcedere ac gratificari* REGIO *noſtro Fauore non indignum duceremus. Cuius nos Petitioni haud grauatim annuentes,* DIEDERICO COMITI SYLVAM *ſuprà memoratam, quæq;* SYLVÆ *illi cedunt, cum pratis, aruis, paſcuis, cultis incultiſque, tum amne interſecante; damus, donamus, largimur ipſi cum omni Poſteritate*

Attende, mi Lector, in hoc Diplomate Lodouici Regis nomen, omiſsâ Regni cui imperabat appellatione, ſimpliciter per ſe poſitum, ex more prius à nobis obſeruato: contrà in Diplomate Caroli Simplicis Francorũ Regni Titulum diſertè expreſſum.

Verba ipſius Diplomatis, ex Cœnobij Egmondenſis Archiuis tranſcripti, ſic habent:

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis:

LOTHOWICVS DEI Gratiâ REX. Notum ſit omnibus Fidelibus noſtris tam præſentib9 quàm futuris, quod dilecta cõiunx noſtra HEMMA Regina adiẽs noſtræ Celſitudinis præſentiã humiliter deprecata eſt, vt cuidam noſtro Fideli ſcilicet THEODRICO COMITI Foreſtum WASDA in eodem Comitatu cum pratis, aquis, terriſque aratoriis, exitibus & regreſſibus, cumque rebus pertinentibus ad prædictum Foreſtum perintegrè noſtro daremus præcepto. Cuius Petitionibus, (prout dignum eſt) fauentes, prædicto COMITI prædictum damus atque largimur Foreſtum, vt habeat,

ſuâ ſolidè atque in perpetuum, id eſt, non VSV *modò verum etiam Mancipio poſſidendâ: atq; ita vti eampſe* OPTIMO IVRE *quanta quanta eſt ſuopte arbitratu alienare, vendere, legare quibus velit, libera eidem poſteriſq; ipſius omni tempore ſit poteſtas. atque hæc omnia citra alicuius contradictionem vel impedimentum. Et quoniam Donationẽ hanc noſtram ratam, fixam, atque immutabilem manere in perpetuum volumus, haſce voluntatis noſtræ indices Tabulas & manu noſtrâ ſubſcripſimus, &* REGII *inſuper Sigilli auctoritate iuſſimus confirmari.*

habeat, teneat, poſſideat ſuis cum ad ſe pertinentiis tã ipſe quàm ſui hæredes, ſeu cui ipſe ſuique Hæredes vendere, vel mãcipare voluerint, ſine omni contradictione. Et vt firmius maneat inconuulſumq́. ſeruetur, hoc ei Præceptũ fieri iuſſimus, & manu propriâ ſubter firmãtes Sigillo noſtro iuſſimus ſigillari. Signũ Domini LOTHOWICI glorioſiſſimi REGIS. GEZO Cãcellarius ad vicem Domini Vthelrici (*al.* Othildrici) Archiepiſcopi, ſummiq́. Cancellarij recognouit & ſubſcripſit. Datum A. D. DCCCLXVIII. Idus Aprilis. Regnante Domino LOTHOWICO A. XVI. Indictione XII. *pro quo in aliis exeratum exſtat*: A. XV. Indictione XV.

Hactenus DIPLOMA REGIVM, cuius fidem furcillare, non eſt meum. quam in iis ſolùm deſidero, qui illud ipſum perperam nobis (ne non ſollenne ſuum illud obtinerent) ac præpoſterè interpretati. dum in WASDAE Saltu explorando impediti, atque inter ſe diſcordes, alij nomen iſtud

O Fides, Fides vbi es? aut vbi te quæram? Nunquid apud Seres, Americóſve lates?

ad ſolam WALCHRIAM trahunt, alij porrò vſque ad vniuerſas ZELANDIAE Inſulas extendunt. Quorum neutros verum dicere, argumenta habeo haud obſcura. Nam & WALACHRIA in his locis, ſiue malis WALCHRIA, iamprìdem anteà Danorum ac Normannorum claſſibus patefacta Chriſtianis æui * Scriptoribus luctuoſi argumenti occaſionem præbuerat: & vniuerſa ZELANDIAE Ditio incluſa pomæriis iis, quæ Francorum REX CAROLVS, haud CALVVS, verùm SIMPLEX DIEDERICO COMITI poſteà aſſignaturus, id quod paullò ſuprà oſtendimus. Proinde ſatis acceptum compertumq́ue eſt mihi, WASDAM hanc aliam non eſſe, quàm quæ hodie apud Belgas WASIAE nomen poſſidet: cum ob ſoni vicinitatem, tum quòd propter hanc ipſam (tanquam ad ſe Perpetuo Hæreditariæ Succeſſionis Iure pertinentem) per tot ſæcula in Vicinos illi tractui Flandros à COMITATIBVS noſtris bellatum. Nam quo alioqui Actionis prætextu eam ſibi aſſerendi HOLLANDOS PRINCIPES cupiditas inceſſiſſet? Neque eſt, quòd aliquem SYLVAE, aut Nemoris vocabulum conturbet: quo etiam prata, flumina, locaq́ue in patentes aperta campos comprehēduntur: loquendi more antiquis illis perquàm vſitato. Adde, quòd WASDA hæc in Diplomate REGIS Ludouici, non ſolùm ſylueſtris

* *Vide quæ nos ex illorum temporum Chronographis retulimus ſuprà lib. 3. pag. 11[...]*

Waſda, hodie Waſia, non Zelandia; neq. Zelandiæ pars Walchria: id quod perperā hallucitis noſtratibus creditū ac perſuaſum hactenus.

Foreſtum Waſdæ, eſt in Archetypo.

Syluæ, ſiue Nemoris ſignificatio quouſque ſe extendat.

ſylueſtris & nemoroſa, ſed & aruo fælix, & pratis læta, & riuis non inamæna deſcribitur. Sed enim hæc & ludus & iocus præ aliis ineptiarum centonibus, quos ſuauiludij iſti non PRINCIPVM perſonis modò, ſed & minorum quaſi gentium Diis, hoc eſt, proximo à PRINCIPE, ac Secundario domeſticæ NOBILITATIS Ordini aſſuere nihil veriti. dum iis ipſis neſcio quos Aborigines atque exotica trans mare procul ac montes petita incunabula liberaliſſimè affingunt, & quidem de ſuo, ſtolidiora an vaniora perincertum. In quibus illud multò feſtiuiſſimum, Wiltos ac Sclauos (qui per arma ſedes ſibi id temporis finitimis in locis conſtituerant) regionem iſtam WASDAE nomine antiquitus celebratam (quam iidem illi, vt dixi, ZELANDIAM fuiſſe contendunt) non iam alienam; ſed, quia viribus inferiores eandem amiſſuri videbantur, quaſi belli Iure mordicus retinere voluiſſe: & nouū PRINCIPEM vi deturbare conatos, Inaugurationi eius & moram pariter & grauiſſima armorum impedimenta obiectaſſe. Vtque ab illuſtri mendacio originem Illuſtris BORSELIORVM Proſapiæ conſtituerent, addunt: LVPOLDVM neſcio quem, DVCALI (ſi Dîs placet) SVEVORVM ſanguine oriundum, DIEDERICO COMITI ſubſidio miſſum à Germaniæ REGE LVDOVICO: ad Wiltos & Sclauos

Rebus commentitiis, non magis quàm ſomniantiū viſis, fidem adiungere debemus.

De antiquiſſimo Sueuorum Ducum Stemmate conſulendus Nauclerus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Hîc Hircina caui ſpirant mendaciâ folles.

debellandos ſcilicet: eumque ſedibus inibi conſtitutis, quum ob rem bene geſtam Præfecturæ Titulum adeptus eſſet, BORSELIAE genti ortum dediſſe: quæ Nobilitate & opibus poſteà clariſſima, Principalibuſque Familiis inſerta, occaſionem adulatoribus dedit cum pretio mentiendi. Qui tamen ita manifeſtò tenentur, vt interruptâ interciſaque STEMMATIS ſeriè, à Primo hocce tam glorioſæ DOMVS Fundatore ad Secũdum eius Succeſſorem, interiecto ſæculorum plùs minùs quatuor interuallo Vanitatem ſuam ipſi ſuopte indicio denudent arguantque. Sed his valere iuſſis, immo vapulare potius, ad reliquas etiam ſalebras, quæ in extremo ſcrupei iſtius itineris adhuc nobis peruadendæ reſtant, gradum aliquando moliamur. quibus ſuperatis, tutius patientiuſque per ſequentium tramitum anfractus poterimus exſpatiari. Ac primùm ſuper eo Quæſtiones agitandæ, quiſnam REX iſte LVDOVICVS, quis item fuerit DIEDERICVS COMES, quò commodius inter vtrumque ſcilicet non minus ACCEPTI, quàm EXPENSI Ratio conueniat. Siquidem quò minus ad principem illum HOLLANDICI COMITATVS Aſſertorem trahere ac referre poſſimus, non Nominum diſparitas, verum ipſa Temporum prohibet Oeconomia; quam in alterâ priore illâ CAROLI SIMPLICIS Donatione

Hiſtoricâ diſtant quàm procul iſta fide?

Quiſnã iſte Waſdæ Nemoris largitor, quis denique Regalis huiuſce muneris acceptor fuerit, paullo curioſſius inquiſitum.

natione deteximus modò. Sublato enim Fundamento illo CAROLI CALVI, ruere neceſſe eſt quidquid ſuperſtruitur, & imprimis illud Fratris eius Diploma. Quidnam igitur dicemus? alium ſcilicet fuiſſe LVDOVICVM, ARNVLPHI nimirum CAESARIS Filium, cognomento GERMANICVM, Pronepotem alterius *LVDOVICI? A quâ parte magis mihi ſtandum putarem, niſi REGINAE nobis HEMMAE Nomenclatura obſtaret, quam priori illi denuptam conſtat: quum hic ex Saxonicæ Domus Proſapiâ vxorem habuerit; quam nonnulli LVTGARDAM, alij MATHILDAM vocitant. HEDA quidem, qui opinionis huiuſdem FVNDVS eſt, perfacilè excuſari poteſt, ſi ſimilitudinis præſtigio falſus minùs Veritatis ſcopum attigerit. laudari certè debet, quòd vulgatæ rei falſitatem, in tantâ lippientium turbâ, primus atque ſolus perſpexerit, deprehenderitq́. latentem hunc in herbâ anguem, quem ſuſpectum anteà nemo habuerat. Quapropter numeros hîc, vt in CALVI Donatione, mutare animus non eſt. Suſpicari tantùm lubet, alium fuiſſe *DIEDERICVM, ad quem hæc LVDOVICI liberalitas pertinuerit: eumq́ue fortè GEROLFI Patrem; qui GEROLFVS noſtri DIEDERICI Primi Pater fuerit. Id quanto aliorum ſomniis probabilius ſit, breuiter videamus: iuratiſſimorum Teſtium,

Eius nominis Quarti, cognomento Germanici.

Scrupulus iniectus.

Heda excuſatus.

Eiuſdem nſiquam ſatis laudata in inueſtigandis cõmunis Patriæ Antiquitatibus induſtria atque curioſitas.

Auctor Comitis noſtri Diederici I.

Probabilis ex temporum conciliatu, tum perſonarum qualitate, ac nominum ſimilitudine coniectura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſtium, necubi fides claudicet, Auctoritate ſubnixi. Et quidem apud * Reginonem legitur: GEROLFVM & GARDOLFVM Friſonum COMITES à GODEFRIDO REGE Legatos ad CAESAREM miſſos: & * alibi apud eundem, EBERHARDVM DVCEM, filium MEGINARDI à WALGARIO FRISONE Filio GEROLFI, dum venatum pergeret, per fraudem trucidatum. En vt hic WALGARIVS GEROLPHI Filius, natione Friſo nominatur. quem eundem eſſe cum WALGERO, DIEDERICI noſtri Fratre, facilè mihi dabunt, qui morem illis temporibus vſitatum confundendi has formas literarum non ignorant. Vt quum * *Warnarium* pro *Warnero*, * *Guntarium* pro *Guntero*, *Otgarium* pro *Otgero* paſſim, atque his conſimilia ponunt Rerum Francicarum Scriptores. Sed obiicient, plures eſſe potuiſſe WALGEROS, neque argumentum ſatis ſolidum eſſe, quòd ſit hic ipſe. Primùm illis opponam ſimplicitatem illam Veterum, quam copioſiſſimè enodauimus ſuprà; nuda PRINCIPVM nomina ponendi, non adiectis Locorum, Titulis: deinde, quòd FRISII cognomento, ad diſcrimen aliorum idem nomen gerentium, inſignitur: ſatis id indicio eſt, non eſſe alium, neque diuerſum ab hoc noſtro: cuius Gentiles etiam plæriq. mox ſequuti haud alio ferè cognomine cenſentur apud * externos. Cauſſam eius rei latius alibi deducemus.

Margin notes:

* *Lib. Chro- nic. ſecundo.*

An. DCCC LXXXV.

Libro ſuprà laudato.

An. DCCC XCVIII.

* *Apud Fro- doardum.*

* *Apud He- manni Co- tractum.*

Sic Hungariũ Præſulem, pro Hungero, pro Rutgero Rutgarium, Waltariũ pro Waltero paſſim exaratum inuenias.

* *Atque ... cæteros M... rum auct... (vti dixi... mus) Vet... ſtate.*

cemus. Quapropter quum WALGERVM hunc, ſiue (vti aliis placet) WALGARIVM, DIEDERICI noſtri Fratrem fuiſſe in confeſſo ſit; cauſſam nullam video, quin eundem etiam Patrem illi aſſeramus. Cui ſententiæ illud inſuper ſuffragatur, quòd GEROLPHI COMITATVS (ſicuti ex vetuſtiſſimis ARNVLPHI REGIS Tabulis apparet) iiſdem ferè Limitibus circumſcriptus fuerit, quibus Iuriſdictio DIEDERICI noſtri.

Alterum ex finium vtriuſque coniunctione atque ὁμωνυμίας argumẽtum.

Atque hæc quidem de Patre, quantum proximè potuimus coniectando aſſequi, pedem ex denſiſſimis tenebris promouentes. Quod verò ad Auum pertinet, cognominem ei fuiſſe (id quod paullo ante dicere occæperamus) haud abſurdè videtur colligi ex eo, quòd DIEDERICI Illuſtris COMITIS mentio fiat apud *Aimonum, qui LVDOVICO BALBO CAROLI CALVI Filio Cubicularius fuerit: cuique idem *BALBVS COMITATVM Auguſtodunenſem ſupremis Tabulis legauerit. Ac tametſi haud obſtinatè pertenderim, hunc eundem eſſe, cui WASDAE NEMVS ex LVDOVICI REGIS liberalitate obuenerit; tamen id à Veritate minùs abhorrere, quàm alterum illud iactatum omnium ſententiis; & ad fidem pronius eſſe nemo (opinor) negabit: præſertim quum Auctores ſuos laudare poſſit, neque temporum ratio refragetur. Quod idem de COMITVM noſtrorum origine dictum volim: quam quùm non

Ad Auum quoque COMITIS noſtri certiſſimâ (vti ſpero) coniecturâ peruentum.

*Lib. 5. cap. XXXIX.

*A. DCCC-LXXIX.

 poſſent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

poſſent Noſtrates quidam ab incorruptæ Antiquitatis monimentis repetere, huic Tabulæ cupreſſum appinxerunt: & ne nihil dicere viderentur, ea protulerunt, quæ ne à ſano quidem homine ſomniari poſſe Oreſtes dixerit. in quibus tantum abeſt vt aliquâ recti ſpecie in ſententiam ſuam perducere curent Lectorem, vt contrà vecordiam ſuam manifeſto prodant. Et dubitabit iam aliquis ab iſtis liberrimè diſſentire, & hæc non ſolùm falſa, ſed etiam ridicula explodere? quæ tamen non duxiſſem diligentius refellenda, niſi eſſent homines pro ſententiâ cui ſemel adhæſerunt etiam contra verum contumaces & refractarij, qui in hac machærâ, inſtar PELEI, ſibi mirificè placerent: & magnam opinionem ſcientiæ ex iis, præſertim apud inſcitum vulgus aucuparentur, qui tamen tantum abeſt, vt quam ſibi ſperarant gratiam gloriámve aſſequantur; vt ab iis ipſis quorum aſſenſionem captarant rideantur, & domeſtico Præconio Imperitiæ ſuæ colligant Teſtes. Vnum hoc reſtat, vt de WALGERO etiam aliquid dicamus. qui an THEISTERBANTIAE Principatum (id quod non nemo affirmat) tenuerit, quoniam certioribus argumentis deſtituimur, in medio relinquemus. Ad eum certè AMEIDAE vrbis Portoria; nec non Regiones Leccam inter atq. Iſelam fluuios pertinuiſſe, & Annalium monumentis & * DIPLOMATVM memo-

O ſteriles veri nugas! ô ſomnia, ſurdas
Qualia ad exequias Præfica cantat anus.

Sed valeant per nos iſti, vel Morboniam abeant potius: ſtolidiores, an vaniores, perincertum.

De Comitis noſtri fratre Walgero, Theiſterbantiæ (vti volunt) Principe, quædam neq. trita, neque proletaria.

memoriâ teſtatum exſtat. Quod ad liberos attinet, binos eum filios reliquiſſe comperimus, RADBODVM & FOPPONEM: quibus tertium præterea Fratrem, HATTONEM nomine, ex Diplomate quodam peruetuſto adiungere poſſe videor. Cæterùm progeniem WALGERI in Filijs eius defeciſſe facile crediderim; non leui argumento, quod Nepotes nullos inueniam: & in partem Iuris Succeſſioniſque partim *Eccleſiam Vltraiectinam, partim COMITES noſtros veniſſe, eſt veriſimile.

*Ex Aufredi Comitis anteà, deinde Præſulis liberalitate ſuper qua Heda noſter cõſulatur, item Pontus Heuterus in Heuſdanē Stemmatis Deſcriptione.

Sincerè atque integrâ fide huc vſque narrata à nobis omnia: neque quidquam ex vano hauſtum, quod ſciam. Hoc volebam, neſcius ne eſſes. Haue, mi Lector, & , ſi merui conatibus noſtris Fauentiam ſaltē adhibe, quiſquis es.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE NORDOVICIS,

HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER SEXTVS.

BREVIARIVM LIBRI.

CAVSÆ *mutationum in his locis vltimâ ex origine ſummatim expoſitæ ac recenſitæ.* BATAVORVM *gentis Elogium ex* TACITO *aliquanto curioſius expenſum.* ROMANÆ *potentiæ declinatio, ex rerum nouatione à* CONSTANTINO AVG. *potiſſimùm terrarum Orbi inuectâ: qui primus* LEGE *latâ Emeritos, ſiue Veteranos in mediterranea traductos à Limitibus cuſtodiendis ſemouerit. vnde Barbaris nationibus in* ROMANAS *quà vellent Ditiones aditus patefactus: ſimul* BATAVI *quoque, idoneos nacti Duces, in partes tracti. Qui inter* HENGISTI *etiam auxiliares,* FRISIIS, *an* SAXONIBVS *adſcripti, trans mare ierint militatum. Nominum in his regionibus ex Dominantium ambitione, an libidine potius inducta ſubinde variatio. De* WILTIS *quædam ac* SCLAVIS *neque protrita, neque proletaria.* IVNIANÆ *ſententiæ in* HOLLANDI *Nominis Etymo confirmando ſubſcriptum: tantiq́ Viri Auctoritas à Pitheciorum calumniis publicitus defenſa: ſimul Tragomontana Hæreſis in perpetuum damnata: quæ patriam hanc noſtram continuis aquarum exundantium Eluuionibus patuiſſe antiquitus,* BATAVIS *porrò Auribus ſeſe perſuadere ſtuduit: nullis Caiorum* AGGERVM'*ve propugnaculis obſeptam atque communitam. In quibus conſtruendis quàm ſtrenua efficaxq́ olim* ROMANÆ *gentis exſtiterit induſtria, multis maximiſq́ argumentis ac rationibus comprobatum. Sed neque* FRANCOS *olim, neque* SAXONAS *eiuſce rei ſcientiâ expertes fuiſſe, euidentiſſimè*

ſimè oſtenſum. Nouæ ſuper ZVYDVICO ac NORDOVICIBVS meis coniecturæ. De FOSSA OTTONIANA accuratè dictum. WALACHRIÆ ZELANDICARVM Inſularum nobiliſſimæ Antiquitas. PLINIANA BATAVICÆ Chronographiæ ratio ad dioptram Geometricam preſſius conſiderata, contrà receptam ac tantum non præiudicatam Municipum noſtrorum Interpretationem; in vetuſto HELII RHENANI Amnis ſitu explorando, haud ſecus quàm in CHARYBDI laborantium. ROMANORVM in vocabulis GERMANICIS admutilandis; atque ad Latinæ pronuntiationis regulam deflectendis licentia. RHENI Fluminis Nomenclaturæ ex locorum ac regionum ſitu ſubinde variatæ. Colles iſtos Arenarios, quà quidem Oceanus terrarum finitor ambit, perpetuos Littoris noſtri poſſeſſores fuiſſe, iam inde ab antiquo. NANNIANÆ obiectioni obuiam itum. De FLARDINGENSI MARCHIONATV, eiuſdemq́; Vrbis Metropolitanâ quondam in his locis dignitate, cum curâ ac fide diſſertatum: idq́; de CONTRACTI maximè ſententia; cuius auctoritati aduersùs IVNIVM noſtrum ſecus opinantem ſuppetiæ à nobis latæ. FLARDINGÆ Ciuitati à Fluuio cognomine vocabulum antiquitus impoſitum. Sicuti & MEDEMELACÆ. Huius tamen Oppidi Antiquitas in controuerſiam vocata. Fluuiorum & SINCFALÆ & FLEHI ex vetuſtiſſimis FRISIONVM LEGIBVS redintegratæ nunc primitus Nomenclaturæ. Accuratè porrò de vtriuſque Fluminis, tum VETERIS FLEVI ſitu diſputatum: ſimul de BVRDONIS Fluuij appellatione noua inſtituta quæſtio; donec ad BAMESTRAM ventum denique. Priſcarum aliquot his in locis Diœceſium, ac Parochiarum, à DIVO quondam GVILLIBRODO inauguratarum, Enumeratio & quaſi Recenſio. Vt VARNVM Fluuium WARMONDÆ Municipio, ita ARNVM amnem ARNEMVDÆ Oppido primam Nominis occaſionem præbuiſſe. BEVERVICVM, diuerſam ab hodiernâ appellationem habuiſſe; AGATHÆQVE (Tutelari loci DIVÆ) germanam Nominis Etymologiam debuiſſe antiquitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

A BATAVIS aliquando, ſeruatâ & rerum & temporum œconomiâ, ad eam quam in hanc vſque diem obtinemus appellationem tranſituri, neque abs re, neque inſtituto noſtro alienum facturi videmur; ſi, prius quàm ad auſpicatiora illa

Cauſæ mutationum in his locis ab ipſis vſque incunabulis ſummatim repetitæ recenſæq́.

HOLLANDICI Nominis incrementa gradum prouehamus, tantæ mutationis cauſſas in ipſo huius libri veſtibulo altius aliquanto repetitas leuiter prælibauerimus. quò videlicet quamuis faſtidioſi Lectoris guſtui potius quàm ſatietati conſulatur. quem ne ante legitimum cœnæ tempus promulſide conficiamus, cautione vtique ac prouiſu eſt opus. Dandum hoc cum primis altricis noſtræ GENIO inſitæque

Amicitia, vbi rogat, imperat: & ſcio quã πειθανάγκην, hoc eſt, & Suadæ pariter & Neceſſitatis vim adfert.

nobis in PATRIAM caritati: dandum Amicorum, (nos noſtraque ſtudia FAVORE ſuo ſubleuantium) efficaciſſimis ad perſuadendum precibus: dandum denique necdum antiquatæ effœtæ'ue penitus BATAVORVM gloriæ. Quos vtique armorum ſcientiâ, animorum robore in tantum cæteras gẽtes præſtitiſſe accepimus, vt quamquam plurimis ac ferociſſimis nationibus

Hoc Virtutis opus veræ.

cincti, non per obſequium, ſed præliis & periclitando tuti eſſent. Etenim quàm diu totum terrarum ORBEM aut Victoriis amplexa, aut bello, ROMANI IMPERII valuit

Batauos nõ minus ſuarũ virium fiduciâ, quàm Ro. Societatis opibus ſubnixos, eam ſibi nominis celebritatem comparaſſe, vt à fi-

MAIESTAS; multis retro ſæculis Pacem illaceſſiti nutrierunt. inuiſæ CATTORVM potentiæ (à quibus patrio ſe ſolo ad extrema

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vſque Oceani littora pulſos meminerant) præter populariū ſuorum turmas, ROMANI inſuper nominis terrorem oppoſituri. Atque hoc illud eſt, quod haud tacitè innuere videtur Tacitus,* vbi narrat, *Batauos, Romanis opibus, nunquam validiorum ſocietate attritos fuiſſe.* Quo quidem Elogio quodnam aliud genti noſtræ ab florentiſſimo AVGVSTAE Hiſtoriæ Scriptore glorioſius tribui potuerit, haud ſanè video. Poſtquàm verò communis illa (quæ Terriculi inſtar omnibus eſſe videbatur) ROMANI Nominis formido mortalium mentibus deceſſit: cunctique ſocij iuxtà ac prouinciales, diſiectis effractiſque ſemel conſueti obſequij repagulis, eò vſque inſolentiæ ſuæ frænos laxarunt, vt ad ipſum quoque tanti Principatus ſolium euertẽdum viam affectarent: haud ſecus quàm ſi publico exciti claſſico in vnum vndique coöluiſſent: tunc etiam BATAVORVM Populus inter tot armatas pariter atque in vnius IMPERII exſcidium coniuratas gentes, immotam diu Pacem cuſtodire nequierunt. Nam quid facerent ROMANAE Societatis fiduciâ, tantiq. præſidij fulcro orbati penitus ac deſtituti? hinc præualentibus FRANCORVM armis ſolicitati non ſemel, & quidem ex propinquo, inde Quadis ac SAXONIBVS (cum FRANCORVM gente de Imperio certantibus) ſuſpecti; atque vtroſque ipſi viciſſim ſuſpectantes: à quibus anteà quoque, Conſtantio

*Libro Hiſt. quarto.

nitimorum iniuriis tuti vndique, ac velut inuiolati haberentur.

Romanæ potentiæ declinatio.

Vnanimis omniū ferè populorum in vnius Vrbis exſcidium pariter ruentium conſenſus, & veluti publica quædam totius humani generis conſpiratio.

Batavi quoque, vnà cum cęteris nationibus, exuto Imperij metu, peſſum dataque iam ſemel Ro. nominis reuereuerentiâ, in partes tracti.

Quid facerent pauci contrà tot millia fortes?

Vti ſuprà in Batauiâ fuſius declaratum.

Vt ſingulis ſuſtinẽdis facilè ſuperiores, ita vniuerſis cōpoſiti impares futuri; ac ſuccubituri proculdubio aduerſariorum multitudini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſtantio ac Iuliano imperantibus, grauia multa atque hoſtilia pertulerant. WILTIS denique ac SCLAVIS intra Pomœria ipſorum vi penetrare; deque ANTONINAE ARCIS poſſeſſione cum veteribus Colonis comminus in certamen deſcendere; palamque ad armorum Iudicium prouocare auſis.

Concordiâ modicæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.

Neque id adeò mirandum, quum gliſcentibus per Italiam factionum ſtudiis, accenſiſq. ad ciuilium diſcordiarum procellas Principum animis, extrema IMPERII ſine curâ haberentur: eò remiſſiore, quod glorioſiſſimi illi Terrarum gentiumq. DOMINI, ne dicam Terreni IOVES, imminutis per tot exoticorum ac ciuilium bellorum clades Legionibus: neque vnde noua domi ſupplementa pararentur vſpiam ſuppetente copiâ:

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

Gotho interim, Hunno, Vandalo, Franco, & Afro in omnes occaſiones intentis; atque in proximas cuique regiones hoſtiliter inuadentibus, ita in anguſtum coacti atque agitandi inopes omni ex parte premebantur, vt ad Italiæ ſuæ pomœria, ipſamque adeò IMPERII ſedem tuendam ac defenſitandam non ſufficerent.

Romani Prouinciis defenſitandis impares, Legionarios ac præſidia ſua procul à limitum Imperij cuſtodiâ deducere ac domũ reuocare neceſſitate compelluntur.

Quo tandem factum, vti militaria vndequaq. præſidia è Prouinciis deducere, ac domum reuocare cogerẽtur. Quâ etiam tempeſtate, frequenti Tranſrhenanarum gentium incurſu non modò Romanorum Colonias, ſed & Prætoria idemtidem vaſtata; ſubuerſa Legionum hyberna; tum Vete-

Alemannorum ac Tranſrhenanarum gentium frequẽtes in ripam Gallicam, hoc eſt, Romanum Limitem irruptiones, nõ ſine inſigni Legionariorum iuxta ac Prouincialiũ clade peractæ patratæque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Veteranos Rhenani Limitis cuſtodiæ præpoſitos in Caſtris ſuis oppreſſos conſtat. Id quod omne fatali Imperatorum ſocordiæ, Ordinumque (vti dicere inſtitueramus) diſſenſionibus imputandum: atque ex eo iuſta ſupremi NVMINIS offenſio. Vnde ſenſim animorum robur elangueſcere, diſciplina militaris eneruari, paulatimque immenſum illud IMPERII corpus reſolui ac deſtrui, donec ad extremum proſtratis viribus, deliquium patiunti haud abſimilis, ſuâ ipſa mole ad caſum dari ac peſſum ire occœpit: omnium circumquaque* populorum contemtui primùm, mox auaritiæ inſuper ac libidinibus expoſitum. quas lanienæ vndiq. ac publicæ velut vindictæ expletio conſecuta. Initium eius mali à CONSTANTINO AVG. qui quum Veterem ROMAM Nouâ VRBE ac ſua (Conſtantinopoli inquam) commutaſſet, Biceps prorſus IMPERIVM reddidit: idque ipſum ex vniformi ac ſingulari ſic quaſi Biforme effecit: vt alterum Orientale ſcilicet, alterum Occidentale vocaretur (ex quâ ſectione CAESARIA quoq. illa Bicipitis AQVILAE Inſignia nata primitus) nouâ inſuper Prouinciarum omnium diuiſione, aliaque ſingulas adminiſtrandi formâ inductâ. Neque contentus tantam rerum nouationem ROMANO Orbi inuexiſſe; quò hominibus etiam Militaribus gratificaretur, primus * LEGE ſanxit, vt qui Agri, Villæ, Pagi, Op-

Quid non Ambitio potuit ſuadere malorum.

*Quos Alemannos, Suevos, Burgundiones, Francos, Longobardos, Gothos, Hunnos diſcretis inter ſe ex ſingulorũ Idiotiſmo nominibus appellatos legimus.

Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Interiores Imperij Ro. ruinarũ cauſſæ.

Bicipitia Imperialis Aquilæ Inſignia quânam occaſione, quoque tempore nata, atque vſurpari cœpta primitùs.

*Lex Flauia Conſtantini Aug. de Hæredius Emeritorum: qua Parochia id temporis (quaſi tu Prabẽdas dicas) nominata.

Auctor nouationis eius Conſtantinus Aug.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pida Comitibus, Ducibus, Præfectis, Tribuniſque & Veteranis emeritis ad honeſtum victum aſſignata per Prouincias forent, ad Hæredes eorumdem legitimo Succeſſionis iure tranſirent. Quâ nimiâ ergâ Milites indulgentiâ (acerrimè à * Zoſimo Comite caſtigatâ) breui effectum; vt, meliore Legionum parte à Limitibus ſubmota, diſparſiſque per Prædia ſua ac Mediterraneas Vrbes * Veteranis, liber Barbaris nationibus quà vellent in ROMANAS Diciones aditus pateret: auxilij indigas, & ad quamcumq. validiorum iniuriam expoſitas, intectas vndique atque indefenſas. In eo proinde Orbis concuſſi motu BATAVOS meos (tanquam nihil ad ſe tantus rerum tumor pertineret) inter tot periculorum auidos, ſiue Socios, ſiue vicinos ſuos, & otium & Pacis bona coluiſſe, compreſſiſq. (quod vulgò dicitur) intrà ſinum manibus feriatos deſediſſe, non eſt veriſimile. Illud credibilius, Populum continuis præliorum caſibus exercitum quæſitæ ne an oblatæ potius occaſioni neutiquam defuiſſe, ſed conterminarum gentium Auſpicia ſimul ac Fortunam ſecutos; atque ab iis ipſis in commilitium haud grauatim adſumptos; non in partem Victoriarum mo-

Indulgentiâ omnes deteriores ſimus.

Omnibus circum adnitentibus.

In quâ naui id tẽporis etiam Batavi noſtri.

Ductâ ex ingenio ac moribus gentis probabili coniecturâ.

Ita enim naturâ ferè comparatum videmus, vt nihil hominũ ſocietates facilius cõciliet; nihil arctius inuicem ſolidiusq. deuinciat, quàm morũ ſimilitudo, mutuaq. inter ſe parium animorũ ſtudiorumq. conſenſio.

* Qui ſ... Arcadio ... Honorio ... ſteriam R... manã G... ſcripſit.

* Quib... armis a... lona p... fixis, ... trali l... ac Ciu... vacare ... cum ...

Obſer... ab iis ... fatale ... omnium ... gentium ... gratiam ... preſſi... ſtincti... exami... vacu... à Go... ptam ... perio ...

*fere Græciam cum Hiſpaniis atque ipſâ adeò Italiâ, à Bulgaris Daciam atque ... ſiam; à Vandalis totam Africam, à Francis Germaniam Galliáſque: à Saxonib... tanniam, à Sclauis Sarmatiam, Dalmatiam, Illyricum; nec multò poſt à Sar... Ægyptum, Arabiam, Syriam, Chaldæam: à Tartaris Armeniam, Hircaniam ... chos, à Turcis Aſiam omnem minorẽ cum Cappadocia, Ponto, Bithyniâ & reli... Perſarum vſq. terminos Aſiæ prouinciis; à Perſis quidquid in Indiam vſq. porrig...

dò, ve-

dò, verum in prædæ quoque ac præmiorum communionem veniſſe: iam inde à Fatali illâ (quam paulò anteà attigimus) omnium ferè per Europam gentium migratione: vnde mox plus quam Barbarica Gothorum in Hiſpanias, Longobardorum in Italiam, Francorum in Gallias, Anglo-ſaxonum in Britanniam inuaſio ſubſecuta. Quandoquidem inter ſuſpectos & validos, vbi ferro, non iudiciis diſceptatur, æquitatis vel modeſtiæ famam affectare, extremæ dementiæ eſt. Virtutes enim (vti cautè & ſuprà quàm credi poſſit Politicè à Tacito animaduerſum) nomina ſuperioris ſunt: vſuque ferè ac moribus iniquiſſimè comparatum videmus, vt *FORTVNA Obſequens Diis hominibuſque applaudentibus, Victori vbique in Sapientiam cedat: victo contrà, præter capitis ac rerum ſuarum iacturam; non inertiæ modò, ſed & Stultitiæ nomen tribuatur: Quæ quidem omnia eò probabiliora, quòd Anglorum inter ac Saxonum auxiliares (qui Vortigerni Regis accitu, HENGISTI ductu, trans mare in Britanniam primùm barbaricâ claſſe tranſgreſſi) non Iutas modò, ſiue Gothos, ſed & FRESONES ſtipendia factitaſſe, compertum planè habeo atq. exploratum. FRESONES dico, quibus & nos id temporis (conſeneſcente paulatim gratiâ illâ gloriaque Nominis BATAVICI, ne dicam penitus exoleſcente) populari rumore accen-

*Virtutis nomen obtinens hodie.

Vide ea quæ ſuprà libro primo fuſiſſimè à nobis ſuper eâ re explicata.

Fortuna victori vbique prò Sapientiâ: & ſcitum nimis proletarium illud Idiotiſmi noſtri: Gheluckige dwaſen behoeuen gheene wyſheyt.

Res enim ſecundæ (id quod perfacilè Saluſtianæ fidei credendum) mirè ſunt vitiis obtētui: aduerſæ etiam bonos detrectant.

Inter Hengiſti Saxonis auxilia ac Socios hinc cū armatâ claſſe in Britanniam tranſgreſſos, Batauos etiam meruiſſe, ex promiſcuâ Friſici nominis vſurpatione oſtenditur.

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſos fuiſſe, communiſque ex eo appellationis participes factos, haud abſurdum ſit credere: ſollemni apud exteros etiamnum populos loquendi ritu ac formulâ; qui BELGAS vniuerſos, tametſi propriis domi appellationibus & quidem nationatim diſtinctos ac diſcriminatos, communi tamen FLANDRORVM nomine promiſcuè hodie indigitare conſueuerunt. Niſi ſi quis potius Saxonibus primum occidentalibus adſcriptos, mox in communionem quoque Cimbrici nominis veniſſe, ſuſpicari maluerit. Vtut eſt, in confeſſo illud, dum SAXONES cum FRANCIS de Imperio armati dubio aliquandiu Marte decertauere, interim BATAVIAM hanc noſtram *SAXONIAE INFERIORIS Titulo comprenſam fuiſſe & quaſi circumſcriptam. Dein FRANCO rerum potiente Nomenclaturam vnà cum re pariter commutaſſe, hoc eſt, in nomen ſimul ac ditionem victoris conceſſiſſe: primò quidem MEDIOMATRICVM, mox AVSTRASIAE, ſiue adeò FRANCIAE ORIENTALI; poſtremò LOTHARINGIAE REGNO attributam. Medio temporis cum Friſonibus, vicinis ſuis, communis vocabuli honorē idemtidem participaſſe. quos id certè temporis haud paulò quàm hodie laxioribus Pomœriorum finibus amplificatos floruiſſe, eſt in confeſſo, donec tandem importuniſſimo Danorum ac Normannorum hoſpitum ſuperuentu (quos

CAROLI

Etiam Aborigines noſtros aliquando Saxoniæ Inferiori attributos, cū Cimbris pariter honorem nominis participaſſe.

A quorum crebris incurſionibus Littus etiã Belgicum, (vti Beatus Rhenanus tradit) Saxonicũ appellari cæptũ. Cimbros autē per per lõgum tempus hæc atque his vicina per Flandriam loca poſſediſſe, inuenio apud Hectorem Boëthum Scotorum gẽtis Hiſtoriographum.

Sic voluenda ætas commutat nomina rerum Poplorúmque ſimul.

Danorum ac Normannorum in his locis graſſaturæ ac latrocinia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

CAROLI illius verè MAGNI, ac LVDOVICI PII Auctoritas in fide hactenus officioque continuerat) abrupto præter exſpectatum FOEDERE; quod * Abietini illi & piceis in ſyluis educti homines cum FRANCORVM Regibus Iuramento interpoſito pepigerant; ea incommoda eæque clades popularibus noſtris illatæ inflictæque, quarum effugium non niſi morte inuenirent. Quas hunc demum exitum habuiſſe ſequente Libro commonſtrabimus, vt NORMANNORVM DVX * ROLLO, eiurato Paganiſmo, Regiam Neptim in matrimonium, Neuſtriam porrò in Dotem ſiue præmium Victoriæ potius (cuius ratio non redditur) ab ignauo Principe acceptaret. Éxemplo (opinor) Godefridi Regis, cui ex Pacto planè huic conſimili Dotalem item FRISIAM cum Regiâ CAROLI CRASSI Nepte obueniſſe, recens etiam tum memoria, non abſque Conſcientiæ morſu tacito, exulceratis adhuc Chriſtianorum animis impreſſa reſidebat. Atque hunc in modum pars illa Galliarum multò florentiſſima à reliquo FRANCICI REGNI corpore diuulſa atque alienata, in Populi illius Aquilonaris & nomen pariter & Dominationem conceſſit. perpetuis porrò atque indefeſſis Normannicarum virium incremẽtis æternum debitura, quòd iam inde à CAROLI SIMPLICIS temporibus in hunc vſque diem continuatam NORMANNICI Nominis

*Totum hoc ad Etymon vocabuli, Dannemãs/ referendum. Quâ de re Iunianam Batauiam conſulendam cenſeo.

*Mirum, ni Rodolfi nomẽ habuerit Ductor iſte Normannus: id quod ex ſollenni Idiotiſmi noſtri pronuntiatione coniecturâ auguror: vt fiat, Roelof/ & per Syncopen, Roel. Ex quo quidẽ ſemilatinos iſtos mediæ ætatis Scriptores, Teutonica Lingua minus intelligentes, Rollonis vocabulũ edolaſſe nobis atque exſculpſiſſe eſt veriſimile.

Quæ quidẽ omnia ſuperioribus libris particulatim explicuimus.

Rollo, Normannorum Ductor, Regiæ neptis nuptias pactus, Neuſtriam pariter, belli abs ſe Iure occupatam à Carolo Simplice accipit in Dotem.

Godefredi, Normãnorum item Regis, exemplũ imitatus.

Neuſtria mutati nominis occaſionem Normanno victori merito acceptam refert.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Idem quoque de Hollandiâ noſtrâ, Zelandiaque (Danorum pariter ac Normãnorum Coloniis exiſtimandũ.

nis appellationem ad poſteros tranſmiſerit. haud diſpari vtique cum genitrice noſtrâ BATAVIA Fati vſa conditione, quæ (quemadmodum & ZELANDIA) haud alios mutati nominis auctores, quàm DANOS NORMANNOSQVE, Aborigenes ſuos, agnoſcit. Quæ ſententia haud Nannium modò, ſed & Iunium quoque noſtrum (at quem Virum?) approbatorem inuenit.

Neque tamen primigeniam Hollandici nominis appellationem à Wendorum, hoc eſt, Boruſſorum gente auſpicium cepiſſe abnuerim: apud quos *Hollandia* etiamnum Oppidũ haud incelebre, vtpote Ducatus Titulo honoratum, exſtare comperitur.

Niſi ſi quis à Venedis potius, ſiue WENDIS, quos Boruſſos hodie ac Prutenos vocitamus, nominis originem nos debere contenderit; ductâ ex eo potiſſimùm coniecturâ, quòd intrà eiuſdem Populi Ditionem, haud procul Elbingâ, tanto poſt tempore Oppidum etiamnum Ducale, integrum HOLLANDIAE noſtræ vocabulum repræſentans, in Geographicis Pruſſiæ Tabulis reperiatur: ſartâ tectâ aſpirationis notâ, quam in OLANDIA illâ Scandinauianâ deſiderari ineptè hodie calumniantur Critici.

Quippe neque immunes olim à barbarico Wiltorum pariter ac Sclauorum dominatu hæ Prouinciæ.

Neque pernegari poteſt, ex earumdem regionum partim Inſulis, partim cõtinente WILTOS olim profectos ac SCLAVOS, adiunctis ſibi fortiſſimis Hunnorum, poſt Saxoniam Oceano tenus depopulatam, loca quoque RHENO contigua, tum FRISIAE noſtræ pomæria occupaſſe: in quibus HOLLANDIAE (abs ſe fortaſſe ita primitùs denominatæ) pars fierent. Id quod ſatis amplè etiamnum in Ciuium noſtrorum auribus reſonantes & WILTENBVRGI &

Qui & Wiltenburgo & Sclauẽburgo Arcibus ab ſe conditis primam nominis dederint occaſionem.

SLA-

SLAVENBVRGI Arcium arguunt Nomenclaturæ. Quarum adeò Originationibus eò æquiorem me præbeo; quòd & RVTHENICVM LITTVS in Menapiſco ac Flandris ſuis agnoſcat Meierus: & Patriam ipſe ſuam ab eadem gente (Ruthonis inquam) RVTHENIAM antiquitus vocitatam non diſſimulet: quæ in FLANDRIAE poſteà appellationem tranſierit. atque ita in veteribus ſeſe Memoriis reperiſſe, haud obſcurè profiteatur. Sed neque à fide nimium abhorrere videtur, alias item complures, præter ARCES quas nominaui modò, his in locis à WILTORVM gente Colonias deductas: atque inter cæteras ſuperſtes hoc etiamnũ ſæculo Municipium, quod WILDRECHT hodie, id eſt, WILTORVM Oppidum vulgò indigitamus; calamitoſæ illius Inundationis, quæ Anno ſuprà M. & CCCC. viceſimo IACOBA BAVARA Imperante contigit, memoriâ inſignitum. Vt de WILTSVENIO interim ſileam, ab iiſdem populis, ſoloque paluſtri ac bituminoſorum Ceſpitum feraci, primigeniæ etiamnum appellationis (vti ſuſpicor) veſtigia retinente, tametſi non ignorem Wilt, Feram item noſtratibus ſignificare; & generatim omne ferum, dictione Wilt, exprimi: interdum etiam à *Feritatis* intellectu ad neſcio quam *Vaſtitiei* notionem traduci. Neque deſunt Auctores, qui pro VLTRAIECTO WILTRAIECTVM ſcribendùm mordicus perten-

Quos quidẽ ille eoſdẽ cum Saxonibus ac Cimbris facit: à Teutonica voce ſcilicet, Ruthen *quæ* Latrocinari *Latinis ſignat, deriuatâ nominis Etymologiâ. Cui & Strabo ſimul & Plutarchus conſentiunt, aſſerentes pariter dictionẽ* Cimbros *veteri Gallorũ Lingua nihil aliud quàm* Graſſatores, *ſiue* Prædones *denotare.*

Huc mirificè facit Hieronymi illud ex Epiſtolâ ad Gerontiam: *Gens Theutonũ ex vltimis Gallorum Oceani atq; Germaniæ profecta littoribus, omnem Galliam inũdauit: ſæpiuſq; cæſis Romanorum exercitibus, apud Aquas Sextias Mario pugnãte ſuperata eſt.*

Hactenus ille, quibus ſubiungit Meierus: Quæ quidem verba eorum comprobare videntur opinionẽ, qui *Cimbrorum* ac *Teutonum* nomine omnes Oceani accolas ab vltimis & auitis *Cimbrorum* ſedibus aduſq. *Littus Flandricum* intelligi volunt. Plura ea de re qui volet, apud eundem, ſi quærat, initio operis eſt reperturus.

His Wiltbroeccum *&* Wiltricum *adiungamus licebit, veterũ item apud Brabãtos vicinos Municipiorum nomina. niſi ſi quis cum* Gezopio *potius, alterum à Palude ſylueſtri, alterum à Ferarum Regno vocabuli vtriuſque Etymon deriuare maluerit.*

Wiltraiectum, prò *Vltraiecto* & ſcribi & pronuntiari debere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pertendant. ità ſeſe in Vetuſtiſſimis illius Eccleſiæ Archiuis liquidò exaratum repeɾiſſe, haud timidâ aſſeueratione confirmantes. VT vt eſt, tametſi HOLLANDIAE noſtræ Etymon ad commune Oppidi illius, quod dixi, Boruſſici vocabulum neque inſcitè adeò, neque citrà rationem referri

Vide Hortiſium rerum Vltraiect. lib. I. Item Hedam; Iunium noſtrum deniq. Bataviæ Cap. XI. in Vltraiectinæ Vrbis deſcriptione.

Magnorũ virorum Auctoritas à Pithecíis & Spinturniciis temerè ſolicitari non debet.

poſſe videam; ego tamen à IVNIANI Oraculi Decreto, hac quidem in re, ita temerè mihi diſcedẽdum non puto. tutius ſapientiuſque exiſtimans tanti viri Auctoritati ſubſcribere potius, quàm cum nupero iſto neſcio quo de Titanum proſapiâ Braſſicano memetipſum in Moriæ pariter ac Vaniloquentiæ Ludum præcipitanter coniicere.

Hoſtibus eueniant Obſonia talia noſtris: Ad ſtomachũ crambe non facit iſta meum.

Braſſicano inquio, qui rem ſe factam habiturum putauit, ſi de communi Eruditorum ſententiâ damnatam iam olim Hæreſim, nouo paxillo ſuſpenſam, Mimicum prorſus in morem proponere, ac ſuperciliosè deintegro venditare inſiſteret: non quidem in IVNIANI THEATRI ORCHESTRA, verùm in Poſtſceniis apud neſcio quos Subroſtrani Ordinis cõgerrones ſuos.

Similes habent labra Lactucas, & ſcitum nimis illud Comici: *Mutuum muli ſcabunt.*

Quibus ex facili aliquando ſeſe perſuaſurum ſperauit, homo ſuâ quoq. ipſius confeſſione NVGATOR, Regionem quam incolimus, non HOLLANDIAE ſed HOLTLANDIAE vocabulo indigitatam fuiſſe antiquitus. hoc potiſſimùm inductus argumento, quòd vniuerſum pulcherrimæ huius Prouinciæ noſtræ tractum nemoroſum quon-

Sorex ſuopte indicio perit, verum eſſe vti videas Verbum vetus: *Turdus ipſe ſibi malum cacat.*

Hollandiæ, quaſi Holtlandiæ, Etymon à Lignis deductum refutatur.

quondam, fraxineaque ac roboreâ ſuprà quàm cuiquam credibile ſit materiâ feracem & copioſum exſtitiſſe, credi poſtulat ſibi. Quem in noualia hodie aſſiduâ atque indefeſſâ agricolatorum induſtriâ conuerſum, ſuccidaneaque hac haud paulò fructuoſiore magiſque ad quæſtum conducente ſpecie, tanto poſt tempore interpolatum videmus. Atque ipſe in hac machæerâ immane quantum ſe iactitat. Quaſi verò abietum, fagorum, tiliarumque ac quercuum, aliarumque id genus arborum, vmbroſâ comarum opacitate iuxta ac virore luxuriantium lætior olim his in locis exuberauerit copia, quàm in viciniâ, reliquiſque longius à Mari Oceano diſſitis, nec tam Aquilonarium ventorum turbini obnoxiis regionibus. Quâ in Claſſe ante cæteros Prærogatiui Iuris æſtimationem merentur Tenchteri, Vſipetes, Cugerni, Sicambri, Menapij, Anſuarij, Taxandri, Tungri, Eburones, Bethaſij, Ambiuariti, aliæque haud cis Moſam aut Rhenum modo, ſed & trans vtruſque Fluminis ripas poſitæ Nationes: apud quas omnis generis arborum fruticumque feraces etiamnum ſyluæ nuſquam non ferè ſpaciantibus occurrunt, omnia apricâ Nemorum ſuorum opacitate quaqua verſum inumbrantes, maximâ naſcendi auiditate: neque oculos multiplici colorum diſcrimine oblectantes modò, verùm corpora etiam ab imbri-

Hollandiam hanc noſtram ſaltuoſam quidem ac ligni feracem fuiſſe antiquitus, cæterùm nihil ad plæraſque vicinorum populorum Prouincias, apud quos hac etiamnum tempeſtate potiorem ſoli partẽ pometa frequentia occupant, vel roboraria, luciq́. ac ſaltus vmbroſa arborum comantium viriditate delectabiles.

Suaue, ſopor feſſis in gramine: ſuave morari Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ.

bus, æſtu, frigore, omniq́ue cæli ſubinde variantis intemperie ſarta tecta vmbraculorum ſuorum denſitate præſtantes: ſimul membris leni ambulatione recreatis temperato frigore, ac frondium leuiter inter ſe confligentium ſuſurro, gratiſſimi ſoporis illecebram inducentes. Quorum tamen omnium illis in locis vberiorem, quàm hodie, priſcis etiam temporibus copiam exſtitiſſe, non ipſæ modò complurium locorum arguunt Nomenclaturæ, (à lætiſſimo arbuſtorum fruticantium prouentu Etymon ſuum ſortitæ) ſed ſuperſtites etiamnum reliquiarum (vt ita dicam) reliquiæ oſtendunt, frequentes inquam trunci ac *ſcrobes, exciſarum arborum monumenta. Ita vt de tot tantiſq́ue, quas ſingulatim anteà enumeraui, regionibus nullam mihi nominare poſſis, cui non multo aptius conuenientiuſq́. Syluaticæ iſtius Nomenclaturæ proprietas tranſcribi atque aſſignari debuiſſe videatur, quàm Telluri huic noſtræ Genitali. Cuius vti partem aliquantam hiſpidam ac fruticoſam fuiſſe antiquitus arbuſtiſq́ue ſponte natis potius quàm manu conſitis inhorruiſſe haud abnuerim, ita potiorem eius tractum obiecta mari ſabuleta, Lacúſve paſſim vel paludes occupaſſe, præter ingenium ſoli res ipſa indicio eſt. Sed enim hæc & talia ex Hydrographicis ac Geographicis cum Patriæ noſtræ tum circumiectarum Ditionum Pinacibus

*Vnde paſſim altiſſimis ſ... bris actarum quercuũ ra- dices erutæ effoſſæq́.

Ita vt in quamcumq́. illarũ potius, quàm in Pro- uinciam hãc noſtrã Hol- landi nomi- nis appella- tionem con- ueniſſe, exi- ſtimari de- beat.

Ad Geographicas Belgicæ noſtræ Tabulas, hoc eſt, ad Theatrum Ortelianum facta Prouocatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

cibus explorate cognoſci ac percipi poſſunt; vel potius in rem præſentem veniendo, adhibito oculorum ſenſu, coram etiam conſiderari: illud non item, cuiuſmodi prima illa herbeſcentis HOLLANDIAE noſtræ facies; quis qualíſve locorum habitus extiterit, aut cultus: nedum vt Veteris illius BATAVIAE vel ſitum, vel formam, poſt tot ſæculorum ambages, promptum ſit nobis ad præſtationis fidem repræſentare. Eò dico, ne quis hoc loco à me Chorographi officium exſpectet ſcilicet, vel Metatoris partes vt expleam: vtq́ue (quod in Agris Limitandis fieri conſueuit) gentes olim BATAVIAE noſtræ conterminas, & in quadrum confines, ceu Augurali Lituo, definiam; hoc eſt, vt quæ ſingularum regionum Pomœria, tum quibus hæc ipſa quantiſq. inter ſe confiniorum ſpatiis atq. interuallis diſtincta fuerint antiquitus, exactâ ad decempedam Architectonicam dimenſione, vnquam me coniecturâ porrò aſſequi poſſe confidam. in tantâ præſertim Veterum Memoriarum caligine, tamq́ue ſollemni Chorographorum ſic quaſi de compacto rem gerentium taciturnitate: qui de rebus ignotis ſibi atque incompertis muſſare potius, ac verecundo ſilentio non dico inſcitiam ſed candorem atque modeſtiam ſuam profiteri, quàm Annalium ſuorum fidem turpiter mendaciis contaminando Poſteritati fucum facere, ac Lectorum credulitate

Locorum Veteris illius Bataviæ ſitū, tum regionum interualla ac Limites ex fide hodie repræſentare, non eſt meum, neq. cuiuſquam etiam me doctioris: ne fruſtrà ſies.

Qui ſciat hoc, Deus ille, Deus fuat ipſe neceſſe eſt.

Laudanda certè hac in parte Maiorum noſtrorū ingenuitas, præ Snoiis, Gerbrandiſq́ue, ac Tragomontanis iſtis, quos Patriæ noſtræ Chronologias tot Lemorum atq. Arindiliorum portentis; tantiſq́ue & rerum pariter & verborum ſordibus conſpurcare non puduit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

dulitate præpoſterè abuti maluerunt. Pudenter ac prudenter vtique. Ad quorum, BATAVICAE prorſus ingenuitati conſonum exemplum, quùm & ipſe me penitus componere ac conformare, hoc eſt, quùm intrà Limites ab HEDA, HORTENSIO, IVNIOQVE præſcriptos totum me continere decreuiſſem : idque ipſum apud conterraneos meos iam inde ab initio palam fuerim profeſſus; ecce tibi è tranſuorſo derepente exortus neſcio quis Acroämatum compilator (homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenij, iudiciique nullius) quem vſque eò impudentiæ iuxtà atque imperitiæ ſuæ habenas laxare, inſanabile quiduis chartis illinendi impulit cacoëthes, vt cultiſſimum hoc communis PATRIAE noſtræ ſolum nullis quondam AGGERIBVS obſeptum temere iacuiſſe, palam deblaterare veritus non ſit. In quo non ſolùm Veritati diſſona, ſed & NATVRAE ipſius GENIO repugnantia in vulgum ſparſiſſe videri debet. Nam quid (obſecro) inſulſius, vel abſurdius, quàm publicè credi velle, glorioſam illam tot tantiſque Ro. HISTORIAE præconiis BATAVORVM Inſulam, lectiſſimorum olim equitum genitricem, Militiæ Magiſtram, continuis minacis Oceani, amniumque ex alto decurrentium inundationibus patuiſſe, totoque ſinu furentem intrà viſcera Neptunum admittere coactam; receptamque velut in pe-

O pectus ſine corde, ô ſine fronte caput.

Perdendi chartas Blennum inſanabile & Hirrum. Trãſuorſos cacoëthes agit. Dì talia Monſtra, Dì talem noſtris terris auertite peſtem.

Nec veriſimile loquere, nec verum, Frutex.

lagiam ſocietatem cum ipſis quodammodò gurgitibus fluctuaſſe? haud ſecus quàm ſi ROMANO IMPERIO nullas alias ex ſe commoditates, quàm Æſtuariorum vicem præbere, habilis atque opportuna indicata fuiſſet. Ea præſertim Inſula, vbi famoſum illud SEVERI AVG. * ARMAMENTARIVM; apud quod ſolemnes Britannicæ Claſſi ſtationes; vbi Germaniarum Caput LVGDVNVM; FORVM HADRIANI, AGRIPPINAE PRAETORIVM; nec ALBINIANA modò verùm HERCVLANEA quoque CASTRA. Quâ denique inter tot tantaſque Ditiones IMPERIO ſuo aut Fœdere ſociatas, aut belli Lege quæſitas, haud aliam ſibi cõmendatiorem habuiſſe videntur Imperatores ROMANI. Idque maximè * propter faciles appulſus, & opportunitatem loci ad tranſmittendum bellum. Atqui iſtiuſmodi Paradoxorum ſomniatores cogitare debebant, nullam vnquam gentem militari AGGERVM ſtruendorum ſcientiâ ante ROMANOS fuiſſe. Qui quùm BATAVOS (Aborigines noſtros) per tot ſæcula non ſocietatis modò mutuæ (ſicuti alias plæraſque Nationes) ſed Prærogatiuo inſuper * Fraternitatis Titulo gloriantes, IMPERIO ſuo obſtrictos atque fœderatos habuerint; quis credat, niſi qui eodem cum Tragomontano noſtro delirij poculo inebriatus fuerit: quis credat inquam ita ſupinè oſcitantes, ac Securitatis cum ſuæ tum

Arx Britannica.

Vide Tabulam itinerariam, quàm ingenti Ro. Orcheſtræ plauſu in lucẽ nuper edidit magnus ille Auguſtanæ Reip. VII. vir, M. Velſerus.

Nulla cui plus gẽs, quàm noſtra Batauica debet.
O ſi his dicendis par mea Muſa foret,
Viderit hinc Arcis quamuis monimẽta Britannæ,
Plus oculis nunquam debuit illa ſuis.

** Vti ritè ac Politicè à Tacito obſeruatum.*

Romanorũ in Viis publicis communiendis, Aggerúmque ac vallorũ molibus exſtruẽdis ſollertia atque peritia.

** Vide Iuniũ Batau. cap. V.*

O Socordiam mirificam atque incredibilem, niſi Braſſicæ maior eſſet; pudendam adeò ac

flagitioſam Aboriginibus noſtris inſcitiæ pariter atque negligentiæ notam inurentis.

Publicæ (quam imprimis cordi habere debuerant) in totum oblitos fuiſſe ipſorum ſiue Duces, ſiue adeò Præfectos; vt quam curam RHENO ac MOSAE, in ſuperioris GERMANIAE parte impenderant; Caſtellis paſſim ac præſidiis per vtriuſque amnis ripas ordinatè diſpoſitis; eam in eorumdem Fluuiorum, quà in ſubiectum Oceanum deuoluuntur, Oſtiis faucibuſq. communiendis neglexiſſe? Eos dico, quibus inter aſſiduas laudatæ illius Militiæ Exercitationes frequens ac tantum non ſollemne, Vrbes hoſticas Vallo pariter atq. foſsâ circumdare, & quidem totas: *VIAS præterea CONSVLARES aggeſtu terræ altius editiúſque exſtructas, per medias interdum paludes, continuatis directiſque longè ac latè ad perpendicularem Lineam itineribus, militari manu communire. Quod genus nos † *Caios* hodie, id eſt, *Aggeres* vernaculo ſermone vulgò indigitamus, Latinè *Pontes Longos* à Tacito denominatos. Cuiuſmodi ab L. Domitio, NERONIS Imperatoris auo, haud procul Amiſiâ in Cauchorum finibus aggeratos, Cæcina poſteà vetuſtate ruptos, GERMANICI iuſſu, reficere atq. inſtaurare aggreſſus, ab eodem *Scriptore memoratur. Nihil proinde apud ROMANOS illos Terrarum Dominos frequētius, quàm AGGERVM molitiones; non in hoc ſolùm,

Romanorum induſtriæ opera ac monimenta.

* *Quarum vſus ita Dig. lib. 43. Tit. 7. L. 3. deſcribitur:* Viæ militares exitū ad mare, aut in Vrbes, aut ad flumina publica, aut ad aliā viam militarem habent. *Eodem Iſidori quoq. pertinet locus, qui* Viam Terrenam *cùm eâ quæ Lapidibus ſtrata, confundere videtur, quùm ſcribit;* Aggerem eſſe mediæ Stratæ eminentiam coäceruatis Lapidibus ſtratam, ab Aggere, id eſt, coäceruatione dictā, quam Hiſtorici Viā Militarē vocant. Abſolutè autem Viæ Publicæ, Aggeres. *De quibus plura noſſe ſi voles, vetuſtiſſima illa Tabula Itineraria Schedia conſulenda cenſeo; quorum & Editori & Explicatori*

M. VELSERO *nos* (BATAVOS *dico*) *potiſſimùm acceptum referre conuenit, quod in antiquis patria noſtra ſedibus neque peregrinari amplius nobis, neque hoſpites eſſe videamur.* † Kayen/ ofte Kaedijken. * *Libro Annalium primo.*

vti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vti aduerſus BARBAROS munimentum eſſent; ſed verò vt Agros etiam campoſque ROMANAE Ditioni parentes ab exæſtuantis Oceani impetu ac violentiâ defenſitarent: ſimul Fluuiorum excurſus oppoſitis vtrimque molibus coërcerent: illud cumprimis prouidentibus copiarum Ducibus, ne actuoſa illa otiiq́ue impatiens VIRTVS diutinâ laboris intermiſſione elangueſceret. Eò dico, ne quis fortè tot bellorum Victores, militarium operum immunes, in vnum pugnæ laborem reſeruatos exiſtimet. quorum tamen operâ effectum, vt RHENVS tertij ad FLEVVM Oſtij auctus appellatione, per *Foſſam cui DRVSIANAE nomen, aliquot paſſuum millibus continuatam, nouo exitu deductus fuerit in mare. Id quod ſuprà in Batauiâ iam anteà declaratum. Quam quidem Foſſam Aggere quoque à Druſo communiri cœptam primitùs; cæterum opus illud inchoatum anno demum tertio ac ſexageſimo à Paulino Pompeio, NERONIS Principatu exercitibus in Belgicâ præpoſito, abſolutum fuiſſe, auctor nobis Cornelius Tacitus. Nec contentus his DRVSVS, niſi inſuper quinquaginta amplius Caſtella RHENANAE Ripæ imponeret: ſubſidio Prouincialibus, & terrori aduerſus ingruentes. Idem de alterâ quoque ab eodem Tacito memoriæ proditâ FOSSA exiſtimandum, quam inter RHENVM & MOSAM militari manu deduci

Virtus in Actione potiſſimùm conſiſtit.

**Quam Foſſam posteà Germanicus Cæſar cum milliariâ nauium claſſe ingreſſus, poſt Vota Druſo patri facta, Lacus inde Rheni & Oceanum ad Amiſiă vſq. flumen proſpero curſu emenſus à Tacito memoratur.*

Quinquaginta amplius Caſtella per vtramque Rheni ripam à Druſo ordinata atque diſpoſita ad prohibendas Germanorum incurſiones.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

deduci his in locis poſteà imperauit CORBVZO, Auctoris ſui nomen referentem. Quid? quòd ex vetuſto illo quod Antonino AVG. tribuitur Itinerario perſpicuè planum, Galliarum Limitem ſub ROMANIS Imperatoribus ita ordinatum fuiſſe, vt à Rhetorũ finibus & Argentorato per VIAM quam vocant MILITAREM, præter Nemetes, Vangiones, Confluentes, Vbios, Vlpia caſtra ac Traianam Coloniam deſcendendo, RHENI Ripa ad BATAVVM vſque OCEANVM non ſolùm diſpoſitis per interualla aduerſus GERMANORVM incurſiones Caſtellis, ſed &* *Pontibus Longis* ac perpetuâ terreorum Aggerum indagine, velut Vallo quodam obſepta firmataque eſſet. Neque aliorſum quàm ad militare iſtud ROMANAE munitionis genus trahenda ſuprà dicti Hiſtorici verba; quo loco idem narrat, CLAVDIVM CIVILEM Ducem partium, relicto Oppido BATAVODVRO, quùm raptis quæ ferri poterant, cæteris igne iniecto in Inſulam conceſſiſſet, diruiſſe molem à DRVSO GERMANICO factam, RHENVMQVE prono alueo in GALLIAM ruentem, diſiectis qui morabantur obiicibus, effudiſſe. gnarum videlicet deeſſe naues efficiendo ponti, neque exercitum ROMANVM aliter tranſmiſſurum. Atque ita velut abacto amne, tenuem alueum, Inſulam inter Germanosq. modico anteà vnius fluminis diſcrimine à BATAVIS diremptos, conti-

Galliarum Limites à Rhetorũ finibus per fluminis Rheni ripas Romanorum præſidiis inſeſſi atque firmati.

Aggerem militari manu, ac Druſi quondã Auſpiciis ad duo paſſuũ millia in Salam flumẽ deductum demolitur Ciuilis.

* *Quos anti-gnitus Caios à Gaiando, id eſt, cont-cẽdo denomi-natos ex Ful-gẽtio & Vet-Gloſſis docui-mus ſuprà. A Belgicâ fortaſſe voce deriuatâ E-tymologia, quâ minori iſtud ac le-uiorum Ag-gerum genus Kaien/ ſiue Kaedijken vulgò indigi-tamus.*

Eſt operæpre-tium obſer-uare, eande prorſus Ve-

rũ illius Batauiæ ſub tẽpus Autumnale faciem fuiſſe, quæ eſt hodie quam etiam Rhegino eâdem ferè circa Caroli Craſſi Aug. tempora Chorographiâ vſus agnoſcit; quo loco Friſiam noſtram ac regiones Friſiæ contermi-nas cum propter impenetrabiles paludes, tũ infinitos aquarũ in diuerſa labẽtium decurſus exercitibus inacceſſas idem graphicè, hoc eſt, ad viuũ nobis repræſentat.

continentium terrarum ſpeciem præbuiſſe. non ſine graui Romanarum Legionum alarumque tum cohortium incommodo, adeoque variâ inter partes belli Fortunâ, ac Marte ancipiti, vt propius periculo fuerint, qui vicere. Siquidem Cerealis poſteà vacuam ſibi CIVILIS digreſſu factam BATAVORVM Inſulam (cuius humile adeò ac paluſtre ſolum cum flexus Autumni, tum crebris pluuialibus imbribus ſuperfuſus Amnis in faciem ſtagni oppleuerat) hoſtiliter populatus, parum abfuit quin exercitûs totius (vt cum verbi periculo loquar) in ipſa terrâ naufragium pateretur; ſeque ac ſpes omnes cum ſuas tum publicas vnius plagæ dehoneſtamento corrumperet: tantum non VARI QVINTILII fatũ; ac trium Legionum ſtragem æquaturus: nullo videlicet commeatuum prouiſu, tum procul digreſsâ Claſſe. Vnde conſequi neceſſe fuit, vt caſtra in plano ſita vi fluminis differrentur. Sed vicit tamen ad extremum peruicax illa ÆTERNAE VRBIS Fortuna, patriciis CEREALIS artibus callidè ſuſtentata: eò valentioris, quod non ambiguam & gratiæ ſimul & impunitatis fiduciam inter ſpem metumque fluctuantibus aduerſariis oſtenderet. Quippe & promiſſis ſimul & minis tentabantur, vt bello impares, in pace nihil amiſſuri. Vnde concuſsâ primum Transrhenanorum fide, inter BATAVOS quoque de reconciliatione partium ſermo-

Cerealis Batauiam intrat.

In quâ periclitatur ab aquis.

Nota illa non virilis eiulatio Octauiani Aug. *Quintili Vare, redde Legiones.*

Perpetua Ro. Imperij fælicitas.

Ad Pacem Batauos inuitat Cerealis.

Atque hi inclinãt.

Kk nes

nes orti, ſummis pariter atque infimis, ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ (quæ plærumque magnos ſpiritus infringit) ad Pacem haud obſcurè inclinantibus. Initium mali ab ipſis (quod mirere) GERMANIS; quos, quùm ROMANAS Legiones in tanto diſcrimine deprenſas, veteri ARMINII exemplo, perfacilè opprimere & poſſent & vellent, dolo à ſe flexos imputauit CIVILIS. Id quod rei ipſius, quam paucis poſt diebus deditio inſecuta, exitus comprobauit. Incredibili mediusfidius animorum inconſtantiâ: quæ apud nos tamen haud paulò procliuius, quàm apud poſteros fidem inuentura videatur: ſi modò ad ſcæua horum temporum ingenia ac fallaces amicitias reſpiciamus: eorum hominum maximè, qui & odiorum & fauentiæ cauſas non ex æquo ſed commodo æſtimare conſueuerunt. Ite nunc ſcioli, & fluminum noſtrorum fauces atque alueorum ripas nullis olim chelarum proiecturis, nullis vel AGGERVM vel Cothonum munimentis; nullis denique emiſſariorum ſiue cataractorum clauſtris obſeptas fuiſſe, quærite qui credat vobis. Neque verò eſt, quod ex Plinianæ Hiſtoriæ relatu priſcas CAVCHORVM gentes hîc nobis obiectet quiſpiam: de quorum regione ac ſolo experientiſſimus ille rerum Naturæ indagator, ob vaſtos reciprocantis Oceani meatus dubitare ſe prædicat, vtrúmne terræ ſit, an pars

Quid non mortalia pectora cogis, Spes vitæ, mortiſq. metus?

Nuſquam tuta fides.

Id quod nos non ex auditu, ſed verò multis maximiſque experimẽtis cognitum compertumq. habemus: non ſine graui & bonorum pariter & dignitatis (iniquiſſimis calũniis oppugnatæ) diminutione.

Obiectio ex Plinianâ oculatæ fidei relatione arceſſita.

* Libro cap. 11.

pars maris. vtpote cuius incolas ad Septemtrionem poſitos idem in re præſenti viſos ſibi non ſine miratione ac miſeratione teſtatur, pelagio æſtui vndequaque obiectos cum Neptuno aſſiduè bellum gerere, nullis Aggerum molibus, nullis vallorum ſepimentis defenſos, ſed eorum loco miſerrimam gentem tumulos obtinere altos, aut tribunalia ſtructa manibus ad* experimenta altiſſimi æſtûs caſis ita impoſitis nauigantibus ſimiles, quùm integunt aquæ circumdatæ naufragiis; quùm verò receſſerint, fugientes cum mari piſces circà tuguria venari. Vt enim concedam, (quod tamen cur faciam cauſam nullam video) Plinianæ huic deſcriptioni non nimium diſſentaneam initiò exſtitiſſe Veteris illius BATAVIAE faciem: antequam CATTI in has ſedes tranſgreſſi; in quibus pars ROMANI IMPERII fierent: prius-quàm (inquam) regio hæc noſtra vel DICTATORI CAESARI innoteſcere, vel Veteranorum præſidiis firmari cœpta; Britannicíſve aut Gallicanis etiam claſſibus adiri ac frequentari. At verò poſtea quàm initâ ſemel cum Ro. Populo Societate, nō diſcrimina ac labores modò, ſed & bellicæ laudis gloriam communicare inſtiterunt; quis porrò animū inducat credere, adeò obtuſæ naris ac bardos exſtitiſſe Aborigines illos noſtros, vt quùm oppugnationum machinamenta totque Strategemata ac ſtrophas militares,

Admirabile Paupertatis ingenium.

*Id quod nos patrio Idiomate ita interpretaremur: Op de proeue van een Sprinck-vloet.

Conceſſio.

Obiectionis ſuperioris infirmatio ac refutatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

aliaque eiuſmodi complura ex ROMANAE Diſciplinæ Formulâ eoſdem auidiſſimè haurire, induſtrioſiſſimè perſequi, eaque ipſa in priuos porrò vſus transferre non puduerit; AGGERVM rectè atque ordine ſtruendorum rationem ac ſtudium, tanquam ſuperuacuum, nihil quidquam ad ſe pertinere iudicaſſe: ac propterea parum penſi habuiſſe, vti eius rei ſcientiâ Municipum ſuorum animi imbuerentur. Niſi ſi tamen, Aboriginum noſtrorum mores ex horum temporum ingeniis æſtimantes, ſuperbiam fortaſſe ipſis obſtitiſſe arbitremur, quò minus aliena inuenta ſiue inſtituta, ſi non in melius, at certè prò virili aliquâ tenus imitarentur. Ij præſertim, quibus CATTORVM ſobolem ſe eſſe, necdum penitus etiam memori ex animo exciderat. De cuius Populi, vltra Barbaricæ indolis captum gnaui atque induſtrij, & robore pariter & docilitate, haud abs re fuerit Auguſtæ Hiſtoriæ * Principem hunc in modum buccinantem auſcultare: *Multum (vt inter Germanos) rationis ac ſolertiæ, præponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, Fortunam inter dubia, Virtutem inter certa numerare; quodque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in Duce, quàm in exercitu, &c.* Proinde tantum non communis ſenſûs defectu mihi laborare videntur, qui ſententiæ

Fortes creātur fortibus & bonis, Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum Virtus, neque imbellem feroces Progenerāt aquilæ columbam.

Ex Ennianæ illius Formulæ præſcripto:

Nauorum, imperium ſeruare eſt Induperantum.

tum veteris dicti ſententiâ: *Qui neſcit parere, neſcit imperare.*

Corn. Ta… tum Lib… moribus G… manorum.

tiæ

tiæ ſuæ frigus atque inſulſitatem proletariæ illius Parœmiæ præiudicio ſuffulcire ac corroborare pertendunt, quâ vulgò prædicatur, *Hollandiam hanc noſtram nimis vtique præmaturè ac præproperè, immo toto ſæculo quàm oportebat temporius,* AGGERIBVS *cingi ac communiri cœpiſſe.* quum Prouerbij iſtius fidem non ad prima ac vetuſtiora illa, per quæ ROMANIS opibus præ cæteris omnibus floruit RES BATAVA; ſed verò ad multò propiora nobis tempora trahi oportere, non opinione ſolùm ſed etiam ad Veritatem mihi habeam perſuaſum. quibus fortaſſe (ſicuti fieri conſueuit) ob crebras atque immodicas inundationes, aut per ciuiles diſcordias neglectos, aut hoſticâ vi diſiectos perfoſſóſve AGGERES, exuſtáſve cataractas iacuiſſe lubet credere: quibus porrò in tempore integrandis aut reficiendis impar fuerit indefeſſa illa Maiorum noſtrorum vigilantia ac ſtrenuitas. Ex quo factum, vti regiones non paucæ exuberante mari à continente ſuo reuulſæ, ac cæcis arenarum puluinis coöpertæ, formidinem hodie faciant nauigantibus; aliæ gurgitibus hauſtæ obrutæque penitùs in profundum abierint; nonnullas etiam ex aruis & paſcuis in Vadorum ſterilitatem reciprocantis pelagi æſtus commutauerit: quæ tamen poſteà, Viciſſitudine quâdam rerum, paulatim limo quem Mare infuſum inuehit velut tectorio quodam ſuperinducto,

Prouerbium, quod ore vulgi apud noſtrates hodie circũfertur, ſic ſonat: Hollandt hondert Jairen te vroech bedijckt.

Proletarij illius Dicti fides pariter atque auctoritas eleuata.

Omnia tẽpus alit, tempus rapit: vſus in arcto eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

verticem denuò extrà vortices (quod dicitur) exſerere, nouaque ſuccidaneæ terræ accretione auctæ, CHOMARCHIAE FIDEM primum, mox auxiliares etiam Colonorum manus implorare inſtiterunt. Maximo ſanè ac propemodum incredibili pecunioſorum Ciuium compendio, quibus ad Vada iſtiuſmodi perpetuâ CAIORVM AGGERVMQVE indagine munienda, pareſque tantæ molitioni ſumptus ſuppeditandos & MERCVRIVS dexter & FORTVNA OBSEQVENS lucrificam Facem alluxere. Quod ſi quis fortè ad ROM. IMPERII occaſum, ſimul ad illa tempora nos reuocare maluerit, quibus nō minus hîc, quàm in confiniis FRANCORVM Principes ſummam habuere, nec illos quidem ita Limitum ac Præfecturarum ſuarum negligentes atque incurioſos fuiſſe, nobis quiſpiam perſuaſerit, vt non inter grauiſſimas REGNI tractandi occupationes, CAIIS etiam AGGERIBVSQVE inſtaurandis (quorum præſidio nixa potiſſimum Prouincialium ſalus) aliquantam vigilantiæ ſuæ ac ſolicitudinis partem impenderint, quibus earum rerum procuratio demandata. Documento fuerint nobis Antiquiſſimæ FRANCORVM *LEGES, quæ CAROLO MAGNO imperitante in publicum promulgatæ: tum nominatim Caput illud Libri quarti, quod, De AGGERIBVS *iuxtà Ligerim faciendis*, inſcribitur. Vnde nimis quàm perſpicuè dilucet,

Ad propiora tempora decurſum, per quæ Occidentale illud, hoc eſt, alterū Ro. Imperij corpus ad Francorū Principes tranſlatum denique.

Nemo enim (ſi quidem I. Ctis credimus) præſumitur iactare ſuum.

Ei argumento firmando Frācorum Leges allegatæ.

* *A Iohanne Heroldo Editore publicata primitus ac Baſileæ A. 1557. per Henricum Petri.*

cet, ne hac quidem in parte Principatus illius regimen incuriæ vllius vel ſocordiæ coargui aut inſimulari poſſe. A quorum Fonte quùm COMITES etiam noſtri non imperij modò ſed & Natalium ac Nobilitatis ſuæ Auſpicia pariter atque incrementa acceperint, quid Politiæ minus vel Hiſtoricæ fidei conſentaneum, quàm Principes tantâ Ciuilis Doctrinæ experientiâ inſtructos nullam CHOMARCHIAE publicitus adminiſtrandæ rationem habuiſſe? Niſi ſi quis forte Heroïcis eorumdem conatibus conſiliiſque bella partim domeſtica partim externa impedimento fuiſſe per cauillationem obiiciat, quò minus terrâ mariqùe Publicæ ante omnia Securitati conſulere, ac Prouinciarum ſuarum commodis in tempore prouidere potuerint. Quarum partem vtique non minimam in Publicorum operum cuſtodiâ, AGGERVMQVE potiſſimum incolumitate conſiſtere, nulli hominum generi quàm HOLLANDIS notius. Videlicet vti munimenta omnia ſiue pelagiis fluctibus, ſiue fluuiorum incrementis oppoſita, ſarta tecta cum curâ & fide habeantur. In quibus ordinandis atque conſtruendis quàm experientes porrò atque induſtrij iam inde ab antiquo habiti fuerint Maiores noſtri, vel ex hoc intelligi poteſt, quòd poſteaquam anno MCLXXIX. pars illa FLANDRIAE Maritima quæ BRVGAS ſpectat, furentis Oceani vim

Non obtuſa adeò geſtarunt pectora noſtri Maiores, Francis vſi ductoribus olim.

Et ſuis & vicinorũ periculis edocti.

Hollandi, Aggerũ muniendorũ causâ, ob ſingularem eius rei peritiam, à Flandris diluuie laborãtibus in auxilium aduocati.

atque

atque immanitatem ſenſiſſet, damno illi ſarciendo non aliunde quàm ex his locis ac regionibus, ob ſingularem iſtiuſmodi Publicorum operum peritiam, ſtructores petitos atque accerſitos conſtat. Quam quidem rem à Meiero Flādricarum rerum compoſitore, non ſine condigno gentis noſtræ Elogio explicatam operæpretium fuerit hoc loco interponere:

A. MCLXXX. *Aggeres factos lego ab* HOLLANDIS *(earum rerum longè peritiſſimis) ab Dammis ad Sluſam vſque (Lamminſvliet tunc dictum) atque extruſum mare, quod eum tunc tractum inundauerat.*

Verba Meieri ex lib. Annal. VI.

Sluſa, Lamminſvliet vocitata antiquitus.

Et mox ibidem.

HOLLANDI *Foſſores (ſicut referunt Damménſes) qui* AGGERE *facto, & Mari excluſo* DAMMVM *condiderunt*, DIEDOLPHORVM *cognomen accepère:* DIEDOLPHI *enim ſonat idem quod, Qui foderunt: & Marcus* DIEDOLF, *id eſt, Qui fodit.* DIEDOLPHORVM *porrò cognomen longo perſeuerauit tempore.*

Hollandi, Dammi Oppidi in Flandriâ conditores.

Iidem Diedolphi ex re cognominati.

Hactenus Meierus: Quod ſi neque ROMANOS, neque FRANCOS, à quibus rationem AGGERVM conſtruendorum quaſi per manus traditam doceri poſſent, auctores vnquam Populares noſtri habuiſſent; at profectò aliquantum ſaltem Chomarchicæ iſtius ſcientiæ guſtum ex SAXONVM (qui per hæc loca aliquamdiu regnauere) gentis diſciplinâ neque difficulter ſanè neque incommodè haurire potuiſſent. Quorum

Sed neque Saxones olim eius rei ſcientiâ expertes fuiſſe, Helmoldi indicio comprobatum.

efficaci

efficaci operâ atque induſtriâ AGGERES quondam ad ALBIM poſitos exſtructóſque fuiſſe de HELMOLDO, antiquæ fidei Scriptore, didicimus iam pridem: * Libro Chronicorum ſuorum primo hunc in modum narrante:

* Hiſtoria Sclauorum lib. 1. cap. 89.

Siquidem has (Sclauorum) terras SAXONES *olim inhabitaſſe feruntur. tempore ſcilicet* * OTTONVM, * *vt videri poteſt in antiquis* AGGERIBVS, *qui congeſti fuerant ſuper ripas* ALBIAE *in terrâ paluſtri* BALSAMORVM: *ſed præualentibus poſtmodum* SLAVIS, SAXONES *occiſi; & terra à* SLAVIS *vſque ad noſtra tempora poſſeſſa, &c.*

* Imperatorũ

* Nota de antiquis Saxonum ad Albim Aggeribus Hiſtoricum oculatæ Auctoritatis teſtimonium. Vixit autem floruitq́ue Helmoldus iſte ante annos plus minus quingentos.

Niſi ſi quis tamen AGGERES hoſce ad antiquiora tempora pertinuiſſe ſuſpicetur, ac ROMANIS potius quàm SAXONIBVS vel CIMBRIS munitionis iſtius gloriam imputare maluerit. Cuius quidem Teſtimonij propterea etiam commemini lubentius, quòd apud eundem Hiſtoricum, poſt debellatam * ALBERTI VRSI ductu SCLAVORVM nationem, in Paganorum locum ac ſupplementum bello occiſorum, Auſtrale Albiæ littus, omniaque plana ac paluſtria cum plurimis Oppidis ac Ciuitatibus, ab Vrbe Saleueldelâ ad Saltum vſque Boiemicum ab HOLLANDIS aduenis (à Duce ſuprà memorato in eaſdem terras accitis) occupata atque habitari cæpta; nouaſque complures inibi Colonias à noſtratibus deductas comperior. Quæ quidem

Imperante Frederico primo.

* Albertum cognomento Vrſum Orientalis Sclauiæ Marchionem intellige.

Balſamorum regio ad Albim cedit colonis Hollandis.

nos omnia (Aretalogis noſtris vſque adhuc ignorata) in Vitâ DIEDERICI eius nominis VI HOLLANDORVM COMITIS, ſuo loco in tempore memoraturi. Atque hæc ipſa ſatis ſuperque eſſe poterant non infirmandis modò ſed & penitus ſubruendis iſtorum hominum rationibus, qui maiores noſtros, ſiue Aborigines potius, vſque eò vitæ prodigos, ne dicam ſaluti cum ſuæ tum publicæ iratos infenſoſque vixiſſe, imaginosè perſuadent ſibi; vti regionem quotidianis pænè vndarum eluuionibus obnoxiam colere atque inhabitare ſuſtinuerint; nullis neque à fronte, neque tergo, neque ab lateribus vſpiam contra infeſti maris ac fluuiorum proteruiam, vel ſabuletorum (ſicuti hodie) vel terreorum Aggerum munimentis defenſi protectique. atque ita aſſiduè cum Æolo pariter ac Neptuno iniquo nimis Marte committi atq. confligere: immò ludibrium debere potius bruto adeò ac barbaro Elemento. Stultiſſimi mortalium (ſiue Bataui illi, ſiue Hollandi, ſiue Friſij, aut etiam Friſiabones fuerint) nec tam Fatorum inuidiâ quàm ſuapte incuriáne dicam an ſocordiâ infelices; vt quibus debellandis externo hoſte opus non foret; neque damnoſior aliunde vel intractabilior obuenire poſſet vicinus. Sufficere inquam hæc poterant ad ſubruendas omnes aduerſariorum machinas, infirmas adeò ac ruinoſas. Addendum tamen ex abun-

Quo quid abſurdius, vel etiam ſtolidius excogitari poſſit non video.

Qui ſibi nequam, cui bonus?

Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

abundanti, & quaſi ſuperpondij loco, Aggerum hanc conſtruendorum rationem neque nuperæ (vti iſtis commentum placet) neque nouitiæ inuentionis rem eſſe; ſed verò iam inde ab initio; poſtea quàm agris cultura, ingeniis docilitas atque in commune conſulendi intelligentia acceſſit; à Batauis primùm ex diſciplinâ Romana, mox Hollandis Zelandiſque auidè arreptam, poſteriſque porrò ſic quaſi per manus traditam, ex reſiduis etiamnum vetuſtiſſimorum aliquot Pagorum Nomenclaturis planiſſimè conuinci poſſe: quorum ſingulorum poſterior ſyllaba in Dijck, voce *Aggerem* noſtratibus denotante, terminatur. Exempli gratiâ: *Cattendika (Auitum familiæ noſtræ Hæredium) Ellewoutſdika, Euersdika, Geersdika, & †Hőgerſdika; ARCES, ſiue Municipia, Borſeliam, Zuijdtbeuelandiamque ac Nortbeuelandiam, (ZELANDIAE Inſulas) nominis ſui vetuſtate haud obſcurè nobilitantia: Nortdika denique, quæ opulentiſſima quondam ac primæ dignitatis Abbatia; Principum Procerumque noſtrorum cenſibus ac patrimoniis ditata, dicataque perpetuæ Veſtalium de ſummo loco Virginum caſtimoniæ; vnà cum celeberrimo veteris Weſtcapellæ portu, aliiſque non paucis Vicis Caſtelliſque ac Municipiis per Walachriam noſtram antiquitus celebratis, ante ducentos annos, & quod excurrit, helluoſis Oceani fluctibus

Aggeres moliri atque exſtruere, haud nouitij, ſed verò antiquiſſimi inuẽti rem eſſe.

Per numeros veniunt iſta graduſq. ſuos.

Aliud Argumentũ ab antiquiſſimorũ locorum, in Dijck exeuntium, Nomenclaturis.

*Quod, Cattorum Aggerem, à primis Coloniæ illius conditoribus Latinè interpretari poſſumus.

† Ab Hunnis fortè, id eſt Hungaris ſic dicta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

bus obruta abſorptaque; hodie ne tenuiſſimas quidē tanti nominis reliquias reliquas habet. Exſtat & apud Flandros *Mardika*, exiguus nunc Viculus, ac bonâ ſui parte ſpiſſiſſimis arenarum cumulis coöpertus; ſed Antiquitatis gloriâ ingens: ab obliteratâ iampridem (vti apparet) *Aggeris* memoriâ appellationem ſortitus. Plura in eiuſdem vocabuli terminationem exeuntia aggregare ſuperſedeo; quæ neque notitiam neque vſum Aggeres muniendi Maiorum noſtrorum induſtriæ defuiſſe, multò euidentiſſimè conuincunt. Quamquam quid tricor, & quaſi rudibus batuens ventilandi finem facere non ceſſo? Quin potius, brachio probè iam ſemel concalefacto, à Præluſione ad pugnam; hoc eſt, abiectis aliquando haſtis Samnitium ritu ad arma Decretoria procedimus? quo videlicet ipſius aduerſarij latus pugnatorio mucrone petituri vnius plagæ ictu rem conficiamus. Quam quidem omninò faciliorem factura nobis Birriæ noſtri imperitia, non ſolum intecto latere ſe denudantis, totoq; penè corpore ad ictus expoſiti, ſed (quod impenſius etiam mirere) ſuo ſemet gladio iugulantis, hoc eſt, induentis ſe ſuâ ipſius confeſſione, quâ palam idem aſſeuerare non dubitat, fuiſſe aliquando tempus, quùm Rhenus fluuius ſolito alueo demotus, communi incolarum pariter adnitentium operâ ac ſumptu, per ſinuoſos manufactorum

Mardikæ, Viculi apud Flandros antiquitas: cui Schoondiken quoque An. 1377. diluuie conſumptā adiicias licebit.

A Rudibus, id eſt, exercitatoriis armis ad Pugnam.

Suo ſibi hunc iugulo gladio.

factorum canalium amfractus deriuatus fuerit in Leccam. Qui exilis olim Riuulus, atque ad id vſque tempus intrà colliquiarum ſuarum anguſtias coarctatus, ſuprà oppidum Batauodurum adoptivas è fonte ſuo Rheno aquas trahere potius quàm rapere videbatur: modicis vix anteà ac piſcatoriolis lembis nauigabilis. At poſteaquàm inops ille, vixque * Nomini ſuo ſuſtinendo par creditus, certantibus prouincialium ſtudiis, iactis vtrimque molibus, de Riuo Flumen, dromadumque ſimul ac corbitarum patiens effectus, in eam quæ ſequuta eſt amplitudinem excreuit, vt ſuprà natalium fortunàm ac genitorem etiam ſuum cornua auſus fuerit attollere, ex eo quoque medio Rheni ad Catuicum Oſtio obturamentum creari neceſſe fuit. adminiculantibus in partem arenis, quas Africi Caurique ventorum flatus, nimium nobis familiares, è ſicco littore impulſos introrſùm ſuſcitant. quæ tam famoſi fluminis, ac Romanis toties claſſibus nauigati fauces coäceruatis ſubinde cumulis oppleuere. Ità enim naturâ comparatum videmus, vti accretio vnius in alterius ferè detrimentum redundet. Eam verò interuorſi obſtructique Rheni fluminis calamitatem, in annum octingenteſimum ac ſexageſimum, arbuſtorum ſtrage infamem, incidiſſe; recentiores plærique Chronologiarum Scriptores conſentiunt (quâ in claſ-

Rheni fluminis in Leccam deriuatio.

* Quod Elicem ſermone verneaculo ſonat.

Quam medij mox eius ad Catuicum oſtij obſtructio conſecuta.

Commodum compendiumque vnius, alterius incommodũ ac diſpendium.

Poſt Cataclisſmum illum memorabilem, quo omnis hæc regio vſque ad Vltraiectinæ Ciuitatis mænia lõgè lateque vexata peruia facta, ac nauigabilis.

 ſe etiam

ſe etiam Heda noſter) moderante per eá tempora Vltraiectinæ Eccleſiæ Lutgeri Antiſtitis habenas Hungero * Friſio ſucceſſore. Cuius narrationis fidem quùm Æſerninus quoque noſter citra omnem hæſitationem fuerit ſequutus, mirum verò eundem non animaduertiſſe, Foſſionem iſtiuſmodi, quæ videlicet per mediam regionem deducta ac continuata, tranſuorſa tot camporum ſpatia longè lateque & hinc & illinc occupauerit, neque abſolui vnquam, neque ad effectum porro ab incolis perduci potuiſſe, niſi & eâdem operâ ex aggeſtu terræ, quam in altum paulatim ſtructam ac coäceruatam ex Elicis illius alueo in vtriuſque ripæ margines Foſſorum egeſſerat induſtria, noui quoque Aggeris, qui fluminis diluuiem laterum ſuorum obiectu in poſterum coerceret, fundamenta pariter ac firmamenta ponerentur. niſi ſi quis naſutior fortè ac dicacior hominibus illis priſcis, ob inſitam eorumdem animis ſimplicitatem, ad foſſarum opera facienda bidentes, ligones, palas, rutra, marras, crates, cophinos, ſiue corbes doſſuarias, vehicula denique ac plauſtra quibus portaretur terra defuiſſe cauilletur. Quod quidem hominis nugatoris fuerit aſſeuerare, ſtulti credere. Et verò hanc Aggerandi rationem, Foſſionum quæ hodie fiunt experimentis comprobari, neque incognitum neque inexploratum habent ij, quibus per Rhenanum

* x I. poſt Clementem illum primum Antiſtite.

O cæcitatem mentis incredibilem; O tenebriones meos, quibus medio diei ſolem quæritantibus nihil adeo in tantâ luce neque liquet, neque lucet.

Atque hæc diſſociabilia eſſe, ægerrimeque diſſidium pati, ecquis vero vſque adeò rerum imperitus, qui cauillando inficias ire ſe poſtulet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

num Agrum, Delphicúmve, aut Scieda- *Heimrades vulgò inditâ ex re appellatione vocitamus. penes quos ſuprema Aggerum muniendorum Præfectura. de cuius vocis Etymo, eiuſdemq́ue legitimâ interpretatione contra Iuniani decreti ſententiam lib. II. multa à nobis ſuperius declarata.*
menſem, Chomarchiam aliquando, vel Aggerum procurandorum Septemuiratum, aut Quinqueuiratum gerere aliquando contigit. in quibus & nos nomen etiam noſtrum profiteri ſanè haud pudet: & quidem eò fidentius, quod & aliquantam Rhenani Agri partem Hæreditario ſucceſſionis Iure poſſideamus; & Nordouices mei Borealem quondam Veteris illius Rheni ripam, ſiue Aggerem potius Territorij ſui pomœriis fuerint cõplexi; Suiiduicum contra Waſſenariæ Ditionis pecu- *Nouæ ſuper Zuiiduico, ac Nordouicibus meis coniecturæ.*
lium ad Auſtralis ripæ Aggerem pertinuerit. Et verò vtrique Municipio à regionis poſitu antiquitus nomen inditum fuiſſe, nihil eſt quòd ambigamus. Neque longè nimium ab huiuſce opinionis ſcopo Iuni-
Batauiæ Capite XVII. ana acies collineaſſe videri debet, qui à regionum itidem ſitu CATTORVM quondam gentem vtrique Vico auſpicium nominis dediſſe; eoſdemq́ue ab vtrâque parte Rheni duo præſidiaria hæc munimenta, præter CATVICVM (ità abs ſe denominatum primitùs) condidiſſe, credibile ſibi videri teſtatur; ob Oſtij commoditatem maximè tum faciles è Britanniâ appulſus. quæ ratio SEVERI quoque ARMAMENTA- *Vnde Britanniceæ Arci transmarini huius nominis occaſio quæſita primitùs.*
RIO (BRITANNICAE ARCIS appellatione inſignito) primam Nominis illius Tranſmarini dederit occaſionem. Illud quoque ſilentio prætereundum non videtur, quòd

Corne-

Cornelius Battus, Veriani quondam Oppidi Medicus, * ac ERASMO noſtro perquàm familiaris, in Coſmographiâ ſuâ ſcriptum reliquerit, in vetuſtiſſimis ſe Zelandicarum rerum Memoriis reperiſſe; Danos quondam & Gothos aliquot Zelandiæ Inſulas (inter quas idem ille Walchriam, Borſeliam, Nortbeuelãdiam, Scaldiam, Zuiitbeuelandiam ac Duuelandiam nominatim recenſet) armorum Iure abs ſe occupatas, atque aliquamdiu poſſeſſas, immenſæ molis Aggeribus, veluti vallo quodam cingere ac munire contrà influxus maris & fluminum, *fatali tandem neceſſitate compulſos fuiſſe.* quùm prius inibi editiſſimos quoſdam tumulos, ſiue tribunalia manibus ſtructa, adiunctis ſibi *ergaſtulorum* copiis, erexiſſent, vt quoties pelagij æſtus vltra ſolitum *exuberantes* increſcerent, haberent quò ſe cum familiâ omni ac pecuariis ſuis in ſiccum ac tutum quouis tempore receptarent. illîc tantiſper ſtabulaturi, dum immanis illa ac plus quàm Decumana vndarum efferuiſcentium tempeſtas deſæuire paulatim occiperet atque detumeſcere. Vnde immenſum illud, ac plus quàm Cyclopicæ molis opus, quamquam crebris marinorum fluctuum eluuionibus interruptum aliquoties ac velut ſuſpenſum, ad extremum tamen faſtigio tenus, hoc eſt, ad experimenta altiſſimi æſtûs, in eam tandem amplitudinem perductum, vt ab inunda-

** Id quod propè innumerabiles, Batti nomine inſcripta, Magni illius popularis noſtri Epiſtolæ confirmant.*

A. LIIX. ſuprà ſeptingenteſimum.

De Danis & Gothis, Zelandicarum quondam Iuſularum occupatoribus, neque aliena, neque rei quam inſtituimus aſſertioni diſconueniens, Batti illius Eraſmiani narratiuncula.

Tantæ molis erat Zelandam condere gentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

inundationis periculo Inſulares tutos indemneſque præſtare in futurum poſſe haud diffiderent. Cui narrationi ſtabiliendæ idem Latinos neſcio quos nobis verſiculos, quaſi pro Teſtimonio, allegat. quos lubens equidem fidei faciundæ cauſsâ referrem, ſi tamen eos ipſos tanti eſſe exiſtimarem qui hoc loco lectitarentur. Poſtremò ad ſuperiora, quæ narraui, plenius etiam validiuſque corroboranda; neque inconcinnè, neque præter inſtitutum noſtrum aggregari poſſint ea quæ de FOSSA * OTTHONIANA (originē nominis ab Auctoris ſui appellatione ſortita) in Flandricis Annalibus à Meiero pariter Marchantioque producuntur. Quam quidem FOSSAM in Geographicâ Veteris BELGII Deſcriptione ſæculo noſtro repræſentatam ORTELIANAE quoque agnoſcunt Tabulæ. Eam dico, quam MAGNI illius †OTTONIS AVG. Imperatoriis Auſpiciis, nouo atque immenſo opere, neque ſine graui Prouincialium impendio, inter WALACRIAM FLANDRIAMQVE è SCALDI flumine in Gallicanum vſque Oceanum deductam, fidem faciunt nobis Auctores ſuprà laudati. Eam verò Foſſionem abſque validiſſimis AGGERVM ſubſtructionibus,

Versus quidem (vti captus eius ſæculi erat) tolerabiles, ſed non mei ſtomachi.

Noua Foſſæ Ottonianæ inter Flandriæ continentem Zelandicaſque Inſulas è Scaldi fluuio in Oceanum deriuatio ac deductio.

Nihil Rationi, hoc eſt, Politiæ magis conſentaneum.

** Othingam Foſſam hanc indigitat Marchantius, eámque Othonem Magnum Aug. Imperij ſui finem ſtatuiſſe, Meiero ſubſcribens atteſtatur. Eandem verò nos Hontam, Dullartum, Wielingias; ex locorum varietate ac ſitu, patriis vocabulis vulgò hodie nominitamus.*

† Cuius Filius paterni tam nominis quàm Imperij ſucceſſor, Comiti noſtro Diederico poſteà Affinis

An. 949. vti quidem ego à Meiero in Flandricis Annalibus temporis rationem ſub ductā inuenio. Alij hanc Ottoniana Foſſa deductionem totis XXX. pòſt annis factam volunt: eam in annum demum DCCCC LXXX. reiicientes. Quæ Computatio ſi recipitur, conſequens fuerit, vt non ad Primum illum, ſed ad Secundum potius, Paterni (vti diximus) tam nominis quàm Imperij Succeſſorem. Foſſionis iſtius Auctoritas referatur. Ego tamen Meieri noſtri calculo lubentius ſubſcripſerim.

ac perpetuâ terrei Valli indagine patratam, ac furentis Neptuni fluctibus temerè nimis atque inconſideratè obiectam fuiſſe, qui credit, næ illum Politicarum rerum impenſè rudem, omniſq́. imprimis CHOMARCHICAE diſciplinæ expertem, ac verè (quod vulgò dicitur) Tragomontanum eſſe oportet. Cæterùm illud in ſuſpenſo relictum atque indeciſum hactenus animaduerto, vtrúmne rectà per tranſuerſos Arenarum Littoralium Colles (vti ORTELIO placet) an verò potius per exilis id temporis ac vadoſi Freti alueum, in cuius locum poſteà HONTAE Fluminis profunditas ſucceſſit, AVGVSTSSIMAE iſtius FOSSAE deriuatus fuerit Canalis. Egò verò poſtremum iſtud pro vero habeo, factâ ex eo potiſſimùm coniecturâ, quòd de vetuſtiſſimis Frācicarum rerum Hiſtriographis edoctus iampridē fuerim, WALACHRIAM quam dico duobus ferè ante OTTONIS huius Imperium ſæculis, haud quidem FLANDRICI Continentis partem, ſed verò INSVLAM ſemper hinc marinis, inde fluuialibus aquis circumfluam fuiſſe, iam inde ab antiquo. neque WALACHRIAM modò, verùm & alias plæraſque ZELANDIAE noſtræ INSVLAS. Ad quas potius, quàm ad tertium illud ac Septemtrionale RHENI Oſtium (cui nomen FLEVO) verba CAESARIS accōmodanda cēſeo, quo loco,

RHENVM, vbi Oceano appropinquauit, in

Næ fueris hîc tu.

Id verò mihi non fit veriſimile.

Walachriæ in Zelandiâ Inſulæ antiquitas.

In quo Iunianæ maximè ſententiæ Suffragatorem me præbeo. quam quidem ſub Octaui-Capitis exodium in Bataviâ ipſius es reperturus.

plures diffluere partes, multasque & ingentes INSVLAS *efficere*, teſtatur. Sed neque aliouorſum PLINII narrationem trahi poſſe exiſtimo, * Libro Naturalis Hiſtoriæ quarto RHENI Inſulas diſpartientis his verbis:

* Capite xv.

In RHENO (inquit) *ipſo propè centum millia paſſuum in longitudinem nobiliſſima* BATAVORVM INSVLA, *&* *Canineſatum. &* *aliæ Friſiorum, Cauchorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſatiorumque ſternuntur inter* HELIVM *ac* FLEVVM. *Ita appellantur Oſtia, in quæ effuſus* RHENVS, *ab Septemtrione in* LACVS, *ab Occidente in* MOSAM *ſe ſpargit. &c*

Ac de FLEVI quidem ſitu vbi antiquitus fuerit inter Antiquarios ac PLINIANAE illius Geographiæ curioſos nulla hodie controuerſia: quæ maxima ſanè & gratiſſima HELII Faucium exploratores exercet. Ità tamen vt Suffragiorum numero facilè præualeat præponderetque pars illa, qui HELIVM ad BRIELAM Oppidum ſtatuentes cum MOSAE Fluminis Oſtio confundunt: PLINIANAE (ſicuti apparet) Dimenſionis penitus obliti, quâ ſollertiſſimus ille rerum Germanicarum explicator, non ex auditis, neque ex alieno relatu, verùm oculatæ fidei Teſtimonio inter vtrumque illud, RHENI Bicornis OSTIVM Centies propè Mille paſſuum intercapedinem conſtituit. Cuius adeò longitudinis rationem ſiquis Agrimenſor hodie, ſeu Decempedator ad Dioptram Geometricam exigere

Hiſtorici certant, & adhuc ſub Iudice Lis eſt.

Pliniana ſuperioris Batauicæ deſcriptionis ratio ad normã Geometricam paulo penſiculatius exacta atq; examinata, præter vulgatam Municipum noſtrorum interpretationem, in vetuſto HELII fluminis ſitu miſerrimè fluctuantium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

inſtituerit, næ idem ille facilè (opinor) deprehenſurus, Occiduum hoc RHENI Oſtium, ſolius PLINII Elogio celebratum, haud paulò diffuſius porrectiuſque in longitudinem pariter ac latitudinem extendi ſolitum antiquitus, quàm maiori ferè Ciuium meorum parti communiter hodie perſuaſum: neque BRIELA modò, vel MOSAE curſu tenus, ſed verò aliquantulum etiam ſuprà WALACHRIAM Inſulam proferri porrò atque ampliari debere. ad CANALEM illum Vorticoſum inquio, cui vulgò inditum ex re vocabulum, WIELINGEN. Quod quum Romanis auribus inſolens prorſus, ſimul pronunciatu aſperum videretur, de Theutonicâ voce Latinam HELIVM nobis concinnauere: ab Idiotiſmi noſtri ratione neque penitus abhorrente, neque abludente nimium, totidem ferè & quidem confinium Elementorum ſono. Neque vero REGEM Fluuiorum RHENVM in tantæ laxitatis ſpatia nunc à nobis primùm exporrigi porrò ac diffundi, mirum cuipiam videri debet; quùm ex Veterum deſcriptionibus exploratè conſtet, Tertium hoc RHENI ad Occidentem OSTIVM, parte ſui GALLIAE viciniore VAHALIS ſibi cognomentum aſſumpſiſſe, mox id quoque vocabulum mutaſſe MOSA Flumine: eiuſq. immenſo ore (CRAMMERAE ac SCALDI Amnibus ſociatum) ſupra WALACHRIAM denique in GALLI-

Nulla ſit hae potior ſententia.

Romani verborum in externarum gentium Idiomatibus nouatores liberrimi.

Rheni fluminis Nomenclaturæ ex locorum ſitu identidem variatæ.

CANVM

CANVM Oceanum ſe effudiſſe: CAIIS primùm, hoc eſt, Longis (id quod antea dictum) Pontibus arcendo Æſtui, mox maiore etiam atque operoſiore AGGERVM mole, communi incolarũ ſtudio ac ſumptu exſtructis, vtrimque intrà Aluei ſui ripas coërcitum. ad publicam INSVLARVM quas agmine ſuo præteruehitur, Securitatem, intrà quarum confinia idem Plinianus ille quem dico RHENVS, variato ſubinde nomine, tantus tamque profuſè exuberans ſurgere idemtidem attolliq́ue conſueuit, vt non Amni ſed Freto ſimilis videatur, cum amplitudine, tum profunditate, altiſſimo æſtu denique, quo à marinis fluctibus repulſus multoties intumeſcit. Reſipiſcere proinde tãdem, vel potius deſtertere incipiant aliquando Endymiones noſtri, quos plus quàm fanaticâ cerebelli ſui veſaniâ inflatos palam aſſeuerare non pudet, Aboriginum noſtrorũ temporibus nullos per vniuerſum huiuſce Ditionis tractum aut pelagio æſtui, aut Fluuiorũ exundationibus arcẽdis Cothones, Caios AGGERESVE, nulla vſpiam locorum Emiſſaria, nullas deniq. Cataractorum moles exſtitiſſe. Etenim ad genus illud Sabulonis Oceano obiecti, & * Tumulos Arenarios quod attinet, quos quidem nulla humanorum operum efficax induſtria, ſed vis manifeſti NVMINIS, ipſiq́ue adeò NATVRAE Aurigator DEVS, VENILIAE ac marinorum

> Multa mole docendus aprico parcere campo.

> Procul hinc, procul eſte profani.

> Quis talia commemorando, Democriti à riſu ſe cohibere queat?

> Colles Arenarios, quà quidem Oceanus terrarũm finitor ambit, littoris noſtri poſſeſſores fuiſſe, iam inde ab antiquo; non (vti aliis placet) nouiter exortos hodie, vel maiorũ noſtrorum temporibus.

> * Quos Dunas vulgò dictitat Idiotiſmus noſter.

ſluctuum furori obiecerunt: eos verò ego non nuperos ac nouitios, verùm iam inde ab antiquo perpetuos Littoris noſtri poſſeſſores fuiſſe, mihi perſuaſiſſimum habeo. Cui opinioni imprimis fulciendæ Nominis fuerit Etymologia, CANINEFATVM genti ex re, hoc eſt, ex frequenti eſúne, an capturâ potius Cuniculorum inditi: quibus regio illa præ cæteris inſigniter abundat, ob Arenariorum Collium commoditatem, in quorum hypogæis, hoc eſt, antris ac ſpecubus ſubterraneis γεώρυχον illud animantis genus paſſim ſtabulari, latebraſque ſuas ac receptaculum habere conſueuit. Quod genus *Dunas* hodie appellat Idiotiſmus BELGICVS; Vocabulo, quo loca omnia montoſa & accliuia noſtris hominibus vulgò inſigniuntur. Quorum fideli potiſſimum præſidio ac Tutelæ nos acceptum referre conuenit, quòd tot tantæque etiamnum per HOLLANDIAM paſſim WESTAFRISIAMQVE diſparſæ vetuſtiſſimæ Nomenclationis Parochiæ, ſiue adeò Præfecturæ, iam inde à D. GVILLIBRODI Epiſcopatu, vnà cum PRAEDIIS ac VICIS ſuis in hanc vſq. ætatem perennauerint. Quippe quibus in editiſſimâ Prouinciarum parte collocatis, ab aquarum reſtagnantium ingurgitationibus leuius, tolerabiliuſque periculum fuit: ſemperque intra fatalem perniciem diſcrimen ſtetit: quùm econtrà interim PAGI innumerabiles, frequentia

De Canin- fatum gen- Etymo ... noſtri B... uſa conſi... da Cap. X...

Hoc quoque non de nihilo Argumentum, neque cinerem quæritans.

Quid quantumque Sabuletis illis littoralibus plæraque Hollandiæ noſtræ atque adiacentium regionum debeant Municipia, euidentiſſimis locorum etiamnum ſuperſtitum indiciis ac documentis demonſtratum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

OPPIDA, COLONIAEQVE ac MVNICIPIA, aliquanto interius ac depreſſiore regionis ſolo poſita fundataque, vel profundis hauſta fluctibus, vel arenis obruta, miſerandum rerum humanarum ſpectaculum præbeant: ac ne vmbram quidem appellationis priſtinæ, nedum aliquod aut loci ſui aut dignitatis exoletæ veſtigium reliquum conſeruare potuerint. Nihil enim in rebus mortalium perinde fluxum atque euanidum, quàm in paluſtri ac depreſſo ſolo condita ædificia: præſertim ſi detrimentoſus ipſis incubuerit Vicinus, Lacus puta aliquis, vel amnis extrà aluei ſui margines ſubinde diffundi atque exſpatiari conſuetus. cui fidem ripis ſeruaturum quàm male credi ſoleat, vtinam non & hodie recentibus etiamnum ſuperiorum annorum eluuionibus, totque ac tantis municipalium prædiorum, villarumque, ac latifundiorum noſtrorum calamitatibus cognitum compertumque haberemus. Et tamen illud mihi haud grauatim ſanè perſuaderi perpeti poſſum, nondum etiam ſtabilito ſatis vel conſolidato COMITVM noſtrorum PRINCIPATV; neque * CHOMARCHAS vllos, neque SEPTEMVIROS è primariâ Nobilitate delectos, legitimeque ac ordine conſtitutos fuiſſe; penes quos Perpetua ac Sollemnis hodie CAIORVM, AGGERVM, ac VIARVM Militarium Curatio, qui Publicâ Auctoritate ſubnixi iiſdem

Non bene vicino creditur Oceano.

Atqui iſtud perfacilè, citra cauſæ tamen quam inſtituimus præiudicium, aduerſario conceſſerim.

* Quod genus nos, Dycgrauios hodie; hoc eſt, Aggerum Comites; Septemuiros verò conſtituendis Aggeribus præfectos, vulgò Heimrados indigitare conſueuimus. De cuius vocis priſcâ ſignificatione complura huc ſpectantia libro Annalium ſecundo diſſeruimus.

iiſdem *Sartis tectis præſtandis* anniuerſarias Fabrorum atque opificum operas ſtatâ mercede conductas habeant, opus quotannis imperent, adhibitâque quæſtione molium altitudinem ac firmitatem, & quidem in re præſenti, cum curâ & fide exigant: ſimul Emiſſaria, Euripos, & Aquagia opportunis locis ordinent ac diſponant: poſtremò qui volaticos illos Arenarum nimbos (quorum fluor ventis agitatus impulſuſque Collibus potiſſimum noſtris vaſtitiem minitari conſueuit (ſollemni* CARICVM Plantatione, quaſi pedicis quibuſdam conſtrictos intrà teſqua ſua cohibeant: prorſus, *operam addant ſedulò, ne quid* RESP. *detrimenti patiatur*. Alia temporum illorum ratio, alia hominum conditio, alia rerum Oeconomia fuit. Neque tamen rudi quamuis atque impolito ſæculo arbitros ipſis aut inſpectores defuiſſe crediderim, quibus ſi non legitimos ac iuſtæ magnitudinis AGGERES, at perpetuas ſaltem LONGORVM PONTIVM moles aduerſùs Maris, aut Fluuiorum impetum vallandi Curatio aliqua ſollemnis cum REIP. tum PRINCIPIS nomine incubuerit. At enim huic ſententiæ palam aduerſatur magni cuiuſdam popularis mei Auctoritas (NANNII inquam Alcmariani) Libro Miſcellaneorum ſuorum X. de Patriæ noſtræ origine hunc in modum argutantis:

Quod ſi penitius liceat in origines inquirere, omninò mihi

Cæterùm nihil hæc omnia ad Argumentorum noſtrorum rationes vel tantillum aliquâ ex parte infirmandas, nedum conuellendas penitus, aut ſubuertendas.

Tempores mutato mutantur nomina rerum.

Nannij noſtri hallucinatio detecta.

* *Vulgo D[illegible] Helmpla[illegible]tinghe.*

Ad imitatio-nem Plinij dictum, qui conſimiliter, Ægyptum Nili bene-ficium, eſſe autumat.

mihi perſuadeo, HOLLANDIAM *munus Boreæ ac* RHENI *eſſe; ac principiò nihil præterquam altius quoddam Æſtuarium Oceani fuiſſe: ac paulatim aggeſta arenæ, quam plurimam ibi Boreas excitat, primum in littus, poſteà in montes aſſurrexiſſe; quos ibi quotidie & naſci & perire videmus.* RHENI *Verò vndas ad iſtud obſtaculum, quaſi ad Aggerem retentas fuiſſe, ac magna cum limo quem ſecum trahit circum has oras ſubſediſſe, atque ità longâ alluuione hæc paſcua nata eſſe.* Et hactenus quidem ille. Quæ mihi ſanè, ob rationes ſuperius explanatas, parum cautè ac circumſpectè à tanto viro in Commentarios relata videntur. Cæterum Cenſuræ huic noſtræ facile occurri poſſe video, ſi ad tempora illa BECCESELANA, quæ mox Fatalem illam OGYGIAE Diluuiei vaſtitiem conſecuta, NANNIVM fortaſſe reſpexiſſe, lubeat ſuſpicari. quibus tam hîc, quàm in * Viciniâ, eamdem freto, littori, campis faciem fuiſſe: neque incerta à ſolidis, breuia à profundis, in tantâ rerum omnium confuſione, ne dicam CHAO, à quoquam mortalium internoſci potuiſſe, vel peponi (opinor) vel ipſi etiam BRASSICAE perſuaſum iri haud deſpero. Equidem neſcius non ſum, longius me quàm inſtitutæ HISTORIAE aut ordo, aut breuitas poſtulabat, in Diſſertationis huius argumento immoratum. Cuius moræ tædium vti diluam ac detergeam, ad promiſſi mei præſtationem melius

** Apud Friſios, vel etiam Cauchos.*

Abi, Vir magne, ac lucrifac Cenſoriam notam: quæ reliquis tuis in rem Literariam meritis vti à nobis condonetur, Iure iampridem tuo facile impetraſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Veterum aliquot Coloniarum, ſiue Municipiorum, quas celebritatem aliquam in his locis habuiſſe accepimus, enumeratio.

lius fuerit properare, vt vel ex his ipſis, quàm in ſuperiore Diſputatiunculâ fruſtrà fuerit NANNIVS noſter, tanto clarius etiam euidentiuſque compareat. Ad Coloniarum inquam Veterum quondam in his locis celebrium, Pagorumque aliquot ac Municipiorum in hanc vſque diem propagatas appellationes: à FLARDINGA initio facto, Primariâ olim Comitatenſis huius ditionis CIVIVATE & (ſi* VERIENSI COMITI credimus) MARCHIONATVS Titulo antiquitus decoratâ. Quam fidem cur tam ILLVSTRI, Æuique eius quo de agitur ſuppari Scriptori denegemus, cauſam nullam video; miror que quidnam HOLLANDI generis diſertiſſimo IVNIO in mentem venerit, qui nobilitatæ adeò Veritatis HISTORICVM modò non *Latæ Culpæ Reum* palam agere eſt auſus, quòd COMITEM videlicet noſtrum, DIEDERICVM eius Nominis Quartum, non HOLLANDIAE, ſed* FLARDINGAE Titulo inſignem atque honoratum faciat, Id quod idem ille, quem dico, perabſurdum videri ſibi, libero ore palam profiteri non dubitat, veluti iuſtâ quadam indignatione motus, quòd vniuerſam circũquaque HOLLANDI PRINCIPIS Ditioné vnius quaſi Municipij Pomeriis incluſam circumſcripſerit CONTRACTVS, contractè vtique atque anguſtè nimis. Cui ipſe iam nunc Aduocatus vt veniam, Reum non modò ab Intentione

* *Hermanno Contracto, cuius Chronicum vnà cum reliquis Germanicarum rerum Scriptoribus aliquoties iam in Germaniâ recuſum.*

Hermannus Contractus à Iunio Latæ culpæ arguitur, quòd Diedericum IV. Hollandiæ Comitem, Flardingæ Marchionatûs Titulo inſigniuerit.

* *Ità enim in excuſis Contracti Editionibus lectio illa corrigenda, prò (quam omnium ferè Exemplarium contextum vitiauit) Flardinge*

Eius Hiſtorici Defenſio.

Actoris

Actoris omnium Suffragiorum calculis abſoluendum cenſeo, ſed & benignâ Gratiarum actione inſuper, publicoque debiti Elogij Honore liberaliter proſequendum, quòd vti primus ità & ſolus COMITEM noſtrum MARCHIONIS Titulo condecoratum ex ILLVSTRI Illuſtriorem reddiderit. Et verò ad ipſius Ciuitatis Prærogatiuam quod attinet, nihil hac etiam in parte à CONTRACTO culpæ admiſſum. Nã quid obſecro mirandum, ſi à Capite, hoc eſt, ab ipſâ Prouinciæ METROPOLI (vti tunc fuerunt tempora) vniuerſum Prouinciæ corpus denominauerit? præſertim necdum cognitis, immò ne conditis quidem adhuc luminibus iſtis ac Columinibus CIVITATVM; quibus poſteà (redactâ in anguſti ac ſemiruti Viculi formam FLARDINGA) Ius omne Prærogatiuæ Auctoritatis veluti Succidaneum in Publicis ORDINVM Comitiis ex Nominis celebritate, aut opum ſuarum magnitudine quæſitum. Quid enim? an non eandem etiamnum hodie in aliis plæriſque tam Galliarum quàm Germaniæ noſtræ principatibus conſuetudinem obtinere videmus, vti ſingulari vnius modò VRBIS appellatione cætera omnia minorum quaſi gentium ſiue Oppida ſiue Municipia vna pariter cum totâ regione comprehenſa cenſeantur? Exemplo fuerint VLTRAIECTI, MACHLINIAE, GRVNINGAE Vrbium Diæceſes; nec non BRABAN-

Conſimiliter & finitimos nobis Flandriarum Comites, atque in his Robertum illũ cognomẽto Friſiũ, Marchionum S. Imperij Titulum antiquitùs vſurpaſſe auctor nobis Meierus.

Flardingæ, id temporis Hollandiæ noſtræ Metropoli, prærogatiui Honoris Titulus neque abſurdè, neque præter decorum Principi noſtro ab Hermanno Contracto attributus.

Sollemni aliarum quoque regionum complurium exemplo, quibus etiamnum hodie ab vnius alicuius Primariæ Vrbis appellatione generale nomen impoſitum.

BRABANTIAE, IVLIACI, CLIVIAE, GELDRIAEQVE; tum LVXENBVRGI ac LIMBVRGI Ducatus, vnà cum Comitatu NAMVRCENSI; aliaque plura (quæ non recipit enarranda hic ſcripturæ modus) Principatuum vocabula, paſſim per EVROPAE Orbem reſplendentium. A. FLARDINGA igitur reliqua id temporis ſiue Oppida, ſiue Præfecturas, vel Pagos Auſpicia petere non puduit: quàm diu vtique in eâ PRINCIPIS noſtri PRAETORIVM; atque (vt ità loquar) COMITATENSIS Sedes durauit. * Eamdẽ, *munitiſſimæ* VRBIS appellatione honeſtam facit Scafnaburgenſis; ipſamque vnà cum RHENOBVRGO (cui parem item firmitudinis gloriam aſſignat) ab HENRICO AVG. Tertio eiuſdem nominis Imperatore, in gratiam (vti apparet) VLTRAIERTINI Præſulis expugnatam, COMITIQVE noſtro * DIEDERICO armorum vi extortam; idem CONTRACTO ferè coætaneus Scriptor prædicat. Quam quidẽ Hiſtoriam nos poſteà in PRINCIPIS eius Vitâ quem dixi, ſimulatque eò peruentum fuerit, in tempore memorabimus. Hoc tunc FLARDINGA fuit: nunc in eâ Principatûs quondam Sedem, ac COMITVM noſtrorum PALATIVM exſtitiſſe, cuinam hodie perſuadeas? Quæ reliquiæ, quòdue veſtigium? Laborat ANNALIVM Fides, vt FLARDINGAM vel ſimulacrum ſaltem aliquod, vel vmbram vnquam

Flardingam Principali Comitis noſtri ſede antiquitùs decoratam fuiſſe.

* Eius nominis Quarto.

Cuncta iacent vndis, & cæcomerſa profundo: Nec Superi vellent hoc licuiſſe ſibi.

quam

quam Ciuitatulæ habuiſſe, nedum vt aliarum METROPOLIM fuiſſe, atque ab vnius VRBIS Nomenclaturâ vniuerſam quàm latè patuit regionem æſtimatam, credamus. Nomen porrò Ciuitati inditum à Fluuio cognomine, eiuſdem (vti veriſimile eſt) partem quotamcumque id temporis ambire an alluere conſueto; prius quàm abſorptis ſimul cum ARCE mœnibus voragine MOSAE; adminiculante mari, latè oræ ipſius ripas & littora adediſſet. fidem vtique ad hoc non timidè aſſeuerandum facientibus mihi vetuſtiſſimis EGMVNDANI Monaſterij ARCHIVIS. Cuius adeò rei ideò à me promtius alacriuſque commemoratio inducta, quòd FLVVII non incelebris nomen quoque vnà cum alueo ſuo, quem antiquitus poſſedit, penitus hodie euanuiſſe, non ſine naturali quadam ingenui animi commiſeratione, indigner ſimul ac doleam. MOSAE primùm (id quod rei ipſius euidentia declarat) gurgitibus, vti diximus, & profundo abſumtum, ac deindepaulatim Obliuionis tenebris damnatum cunctis ad vnum ſic quaſi de compacto obmuteſcentibus ANNALIVM noſtrorum ſiue CHRONICORVM buccinatoribus. Quod & pluribus aliorum quoque FLVMINVM Nomenclaturis vſu veniſſe ex antiquiſſimis rerum noſtratium Monimentis obſeruauimus iam olim: atque inter cætera AMNI MEDEMELACAE, qui

Vocabulum Flardingæ quondam Ciuitati à cognomine Fluuio impoſitum.

Oppida quid querimur Fatis ceſſiſſe malignis Diffluxiſſe etiam flumina tota vides. Quorũ noſſe velis ſi nomina, promtius edam, Quot Ludos nobis Braſſica præbuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Idem quoque Medemelacæ fluuio (vnde & Medemblico Oppido nomen) longinquitate temporis exitium creatum

quùm aliquando (FLARDINGAE, æqualis ſui ac coætanei Fluminis exemplum æmulatus) cognomini Occidentalis FRISIAE Oppido duraturi Nominis occaſionem fuerit largitus; mirum equidem tantæ Nobilitatis Amnem ità funditùs ac ſolo tenus diſparuiſſe, vti fugitiui ipſius effœtique alvei atque ad extremos aritudinis terminos perducti, nec vola (quod aiunt) nec veſtigium vſpiam hodie locorum gentíumue compareat. Id quod omne auidæ, voraci, atque inſatiabili AVSTRINI MARIS viciniæ imputandum eſſe, res ipſa me tacente clamitat: nec ipſi quidem ſuperſtiti eiuſdem porrò Nominis OPPIDO parſuri ſcilicet, niſi indomita AGGERVM compages obſtaret; quibus aliud neq. ſolidius quidquam, neque firmius excogitari poteſt. qui oppoſitu ſuo ingluuioſam illam Septemtrionalis pelagi rabiem excipiunt retunduntque: partim continuo validè inter ſe confibulatarum trabium contextu per deuexam frontem Communiti: partim copioſæ ALGAE (quæ Maris eiectamentum eſt in propinquo) farcturane an coagmento verius prætexti atque obſtipati: Quo maximè præſidio aduerſus irati Neptuni vim ac violentiam Limites ſuos tueri ac defenſitare neceſſe habent illius oræ habitatores. materiâ ſanè (vbi ſpiſſata conſederit) ſolidâ adeò atque impenetrabili, vt, continendis firmandiſque contra marinorum fluctuum inſultus

Aggerum pro Medemblico Oppido excubantium ſoliditas ac firmitudo.

Algà, materia Aggerum. Eam Wier indigitant noſtrates; indidemque *Wieringiæ* Inſulæ nomen.

inſultus AGGERIBVS, vix Cyclopeæ ſaxorum moles denſius firmiúſve munimentum præſtare poſſe exiſtimentur. Proinde huic item Oppido (quemadmodum Vrbi FLARDINGAE) à Flumine, vti prædictum modò, noſtris adhuc Annalibus ignorato, vocabulum impoſitum; à primigeniâ eius orthographiâ nonnihil deflexâ voce. quandoquidem prò MEDEMELACA, MEDEMBLICVM vulgò hodie & ſcribere & dictitare conſueuimus. Quo in loco RADBODI, Friſiorum Principis Regiam aliquando ſedem exſtitiſſe (id quod plæriſque, ſicuti intelligo, hactenus indubitatè perſuaſum) inibique REGEM illum Luſtralis aquæ fonte tingendum, altero iam pede immerſo, mutatâ eueſtigio ſententiâ, alterum derepente ex ipſo Baptiſterio retraxiſſe, equidem perſuaderi mihi haud inuitus paterer, ſi tamen ex Archiuis noſtris certa adeò atque explorata Oppidi iſtius Nobilitas foret, vti Regnante RADBODO eam in rerum naturâ eſſe potuiſſe, probari poſſit. Quod quò minus credã, duo potiſſimum argumenta faciunt: primum quòd in vetuſtiſſimo CAESARIAE DONATIONIS Diplomate, quam IMP. * OTTO COMITI noſtro * DIEDERICO benignè de ſuo eſt gratificatus, nullam MEDEMELACAE Oppidi in Limitum regionis huius noſtræ deſignatione, ſed FLVVII ſolummodò, quem dixi, OPPIDO cognominis mentionem factam in-

Quæ quidem materia (vti à Iunio noſtro ritè memoriæ proditum) à maritimis locis omnibus circa Wieringiam Inſulam auidiſſimè expetitur, miſſis illuc nauibus, quæ ſyluam illã fundo erutam harpagonibus per dies æſtiuos ferè mari placido in Aggerum vſum aduectare conſuetæ.

Medemelacæ Oppido noua de Regiâ Radbodi ſede mota controuerſia.

Ego verò Vltraiecto potius (Friſiorum id temporis Metropoli) quàm Medemelacæ, Baſilica huius Apoſtaſia Hiſtoriam attribuerim.

Vide Iunij noſtri Batauiam cap. XVII. in Medemblici Oppidi deſcriptione.

* Eo nomine Secundus, Ottonis Magni F.

* Secundo eius nominis.

tam in-

Eius Largitionis Exemplum in Diederici II. Comitis Vitâ exhibebimus poſteà.

tam inuenio. Quam certè IMPERATOR ille in Auguſtiſſimo LARGITIONIS ſuæ DIPIOMATE ſilentio prætermiſſurus haud fuerat, ſi quidem OPPIDVM iſtud (vti diximus) eâ tempeſtate aut Datori, aut etiam Acceptori vnquam vel fando ſaltem cognitum fuiſſet. Alterum verò ei rei hoc argumentum dico, quod in Pontificiis VLTRAIECTINAE Diæceſeos Archiuis, inter tot vetuſtiſſimarum Eccleſiarum nomina, quas DIVVS GVILLIBRODVS primus his in locis EPISCOPVS ſollemnitus dicaſſe atque Inauguraſſe legitur, ne tralaticia quidem MEDEMELACAE huius noſtræ vſpiaam ocurrat mentio. Quæ Ratio euidentiſſimè Opinionis eius vanitudinem coarguit, quam de Oppidi iſtiuſce Antiquitate, Regioque inibi Palatio Aretalogi noſtrates in Acroämatum ſuorum Centones retulere. Et tamen fieri poſſe haud inficior, vt in aſſertionis huius veriſimilitudine mea me fruſtretur ac decipiat opinio: in partem dico, haud in totum. Vacillationis noſtræ cauſa hæc eſt, quòd in manuſcriptis HEDAE noſtri Commentariis, quibus idem ille (quem merito ſuo magni æſtimo) PONTIFICVM ſuorum res geſtas fideliſſimè iuxtà atque induſtrioſiſſimè eſt perſecutus, inter alia complurium locorum Nomina, quæ ſub primis illis ſuprà memoratæ Eccleſiæ EPISCOPIS, ac nominatim ODILIBALDO, annis ante COMITATVS

Interdum Veri decipimur ſpecie.

Cauſſa huius dubitationis noſtræ Heda.

TATVS

TATVS noſtri exordia plus minus ſexagenis, celebritatis nonnihil habuerunt, MEDEMELACAE etiam Nomenclatura ſe offerat, idque Regalium DECIMARVM occaſione, quas ex annuis Agrorum fructibus indidem recipere ſolitus Ordo Eccleſiaſticus, non diſtincto tamen, vtrúmne * *Villæ* ea ſiue Oppidi id temporis an Municipij potius appellationem ſuſtinuerit. Quorum alterutrum haud dubiè SCHEDA illa, Eccleſiaſticorum apud HEDAM Redituum ſummam particulatim comprehendens, diſtinctè expreſſura fuerat, niſi humilitatem VICI potius quàm CIVITATIS dignationem per ea tempora obtinuiſſet. Idque Vero verius eſſe quouis pignore contendere auſim.

Villæ vocabulũ eâdem notione accipio, qua in Rutilij Claudij Itinerario manifeſtè comparet illo in verſu: Nunc Villæ grandes, Oppida parua prius. pro Ciuitate ſcilicet, ex Gallicæ gentis Idiotiſmo

Diſquiſitionis illius ſcrupuloſitas explicata.

Et quoniam per cauſam Appellationum etiamnum ſuperſtitum, in FLVVIORVM mentionem qui apud nos iampridem fluitare deſierunt, haud temerè ſanè neque caſu incidimus; cur non (quando belliſſima eſt occaſio) & SINCFALE, & FLEHI; quorum iterata ſubinde in Vetuſtiſſimis FRISIONVM LEGIBVS Nomenclatio ſe offert; fugitiua nobis memoria retrahitur? non quidem gloriolæ inanis (quam nemo vnquam ſapiens concupiuit) ſed ſolo PATRIAE gratificandi ſtudio; cui nos potius quàm nobis ipſis nati eductique. Atque ille quidem (SINCFALA inquam) quonam gentium diffluxerit, ſiue euanuerit potius, id verò im-

Fluuiorum Sincfalæ & Flehi ex vetuſtiſſimis Friſioaum Legibus redintegratæ nunc primitus Nomenclaturæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

menſos * LACVS illos; DRVSO pariter ac GERMANICO nauigatos, ſcire oportet ſcilicet. niſi quod tenue etiamnum truncati Nominis veſtigium in partem vtique conſeruaſſe videri poſſit exiguus TEXELLAE noſtræ Viculus, cui nomen WALA. Quâ quidem voce Gurgitem vulgò, ſiue Abyſſum denotamus. Niſi ſi cui vocabuli iſtius notionem ad ORCI Æſtuarium referri potius placuerit; quod patrio Idiomate, * Tual van Vrck/ hodie indigitamus: ab vndarum rapiditate ità nuncupatum ſcilicet. Sed quoniam iam ſemel nobis non nimis infeliciter hoc Diuinationis genus ſucceſſit, in rem præſentem tertiæ quoquo Coniecturæ ſubſidium aduocemus. Ei verò hoc loco repræſentandæ auctor nobis SERVIVS, qui *Bicornem* RHENVM à MARONE dictum annotat, *quod per duos fluat alueos, vnum quà* ROMANVM *Imperium ſit, alterum interfluat Barbaros; ibíque* IAMBAL *vocari.* Tametſi plærique non minoris eruditionis quàm diligentiæ Viri Scripturam hanc apud accuratiſſimum illum VERGILII Interpretem haud ſatis integram atque ſinceram eſſe, neque temerè neque de nihilo ſunt ſuſpicati. Quomodò tamen ea integrari ac reſtitui debeat, nemo etiamdum (quod ſciam) coniecturâ eſt adſequutus. Neque ego hîc vel hariolus ſatis, vel diuinus; niſi quod leuiter ſuſpicari lubeat, Lectionem hancce SERVIANAM haud aliunde commo-

Duplex ſuper vetuſto Sincfalæ Fluminis ſitu coniectura.

Addita etiam tertia ex Seruianæ ſententiæ auctoritate, quâ Grammaticus ille re non minus quàm nomine Honoratus, alterum RHENI alueum, quo Amnis ille nobiliſſimus Barbaros interfluit; IAMBAL vocitatum prædicar[?]. De cuius ſcripturæ integritate mota inter Antiquarios controuerſia, ſuſpicionem inicit[?] nobis, pro IAMBAL fortaſſe SINCFAL in Seruianis Editionibus reſcribendum.

* *Qui vaſtiſſimum hodi[e] velut Me[di]terranei Maris Sinum conſtituunt; quique communi Auſtralis Pelagi ap[p]ellati[one] cẽſentur.*

* *Haud procul ab Inſulæ cognomine, medio ferè inter Enchuſam & Campos (hanc Transiſalanæ, illam Weſtfriſiæ noſtræ Ciuitates inclytas) freto collocatum.*

commodius quàm ex hac ipſa FRISICARVM LEGVM Auctoritate emendari poſſe, adeoque probabiliter corrigi: ſi quidem prò IAMBAL (quæ nihili vox eſt ac ſpuria) SINCFAL porrò deinceps in Seruianis Commentariis reſcribatur, totidem penè elementis, ſyllabâque nouiſſimâ in earumdem Literarum apices exeunte. Ad FLEHVM porrò quod attinet, quis eumdem eſſe nō videt, quùm Romani olim FLEWM nuncupauere? quod alterū RHENI Oſtium (alij Tertium faciunt) appellationem quondam ſuam FLEVO commutaſſe; eiuſdemque Nominis (quemadmodum & hodie) INSVLAM amplexum fuiſſe, iampridem de Pomponio MELA didicimus: in honorem CASTELLI cognominis à TACITO quoque noſtro celebratum. quod OLENIO quondam Præfecto è FRISIORVM rebellantium manibus in tutum euadendi paratam præbuit commoditatem: gnaro ſcilicet, haud ſpernendam illîc Ciuium Sociorumque manum Oceani littora præſidere. Quæ quidem Littoralis ad Oceanum ſitûs expreſſa deſignatio manifeſtò arguit Cornelianam hanc Chorographiam non aliò quàm ad * FLEVOLANDIAM noſtram, quæ ab SCELLINGA Inſulâ hodie FLEVI cognominis ſui Æſtuario dirimitur, trahi oportere. Cæterùm fuit tempus, quùm Hydrographicâ Aurigarij noſtri Tabularum fide inductus, Topicam hanc TACI-

Flehum verò Fluuium alium non eſſe, quâm qui Romanis Fleui nomine antiquitus celebratus, ex Plinij Tacitique ac Melæ relatione, & Caſtellum pariter, & Inſulā vnius eiuſdemque nominis amplexus.

De totâ hac narratione conſulendus Tacitus Annal. IV. ſub finem.

Corneliana Chorographiæ Veritas ex hodierni ſitûs demonſtratione aſſeritur ſtabiliturque.

* Hodie Vlielandt.

Ingenua proprij erroris confeſſio ac retractatio.

TI deſcriptionem non ad Inſulam illam Septemtrionali Oceano obiectam; verùm ad Maritima VADA potius vtrique FRISIAE interiecta pertinere exiſtimarem;* VETERIS etiamnum FLEVI nomenclaturam retinentia: * Breuia illa, ſiue Syrtes intelligo, Arenarum partim, partim * SVRDI RVMINIS appellatione inſignitas: quibus bina NESSI Æſtuaria ex tranſuerſo oppoſita, medio inter vtriuſque crepidines alueo; qui ab HARLINGA Oppido vela tendentes, hinc ad * MARSACORVM GVRGITEM, inde WIERINGIAM verſus obliquato ſubinde curſu naues ad deſtinata loca dirigit atque deducit. Atque in eam opinionem tacitâ quadam animi inclinatione rapiebar veri potiſſimum ſimilitudine impulſus: quoniam factâ ex ipſius loci poſitu coniecturâ probabile mihi haud quaquam videbatur, OLENIVM illum Cornelianum, in tanto tamque ſubitaneo diſcrimine deprehenſum, è perduellium gladiis in FLIELANDIAM noſtram fugâ ſe recipere potuiſſe; tanto præſertim ab vlterioris FRISIAE Continente interuallo diremptam. Quod quidem vel dimidio compendioſius futurum commutato ſitu, FLEVOQVE CASTELLO in interiorem Syrtium Friſicarum Sinum probabiliter traducto. Nunc & me fruſtrà fuiſſe, & locum illum Cornelianum à IVNIO aliiſque veriſſimè hactenus interpretatum, ingenuè equidem ac per-

lubenter

Ex veriſimilitudine ac rei ipſius probabilitate errorem humanitùs admiſſum, fautorum gratiâ ſubleuari potius quàm Cenſorij ſupercilij auſteritate premi atque onerari, ἐπιεικείῃ maximè, ipſique adeò Humanitati conſentaneum videtur

** Niſi quis hac ipſa Pul-uinorum p[...] tius vocabu[...] lo exornar[...] maluerit.*

* Het Oude Slie.

* Doue Balch.

* Marsdiep

Iubenter agnoſco. Ità tamen vt Æſtuarium illud (quod dixi) ſiue Tæniam marinam verius (tāto poſt tempore VETERIS etiamnum FLEVI nomen ſuſtinentem) ad Fluuialem eiuſdem Amnis decurſum, quem cum Tertio RHENI alueo quondam participaſſe creditur, accommodari debere exiſtimem.

Qui dubitet, Bleno ſtultior ille mihi.

Reſtat vnus etiamnum in FRISIORVM LEGIBVS, quas dixi, ſcrupulus. Siquidem in his ipſis, præter FLEHE Amnis Romanum prorſus in morem terminati vocabulum, alterius item apud eoſdem illos (FRISIOS Occidentales dico) fluere aſſueti, CISELI Fluminis mentionem es reperturus.

Etiam Ciſſli fluminis in Friſiorum Legibus commemoratio preſſius penſiculatiuſque conſiderata.

Quod equidem à FLEHO diuerſum fuiſſe, manifeſta inibi tum Nominum diſtinctio, tum locorum intercapedo oſtendit. Scin, quid ſuſpicer? Alterum ad Littoralem OLENIANI illius FLEVI ſitum, hoc eſt, ad FLIELANDIAM noſtrum, vaſto hinc * cognominis Æſtuarij Freto, inde Boreali Oceano interiectam referri oportere: alterum verò ad interiora illa, quæ dixi, VETERIS FLEVI Vada pertinere autumo, modicum etiamnum Nomini ſuo cuſtodientis Alueum, vix centeſimo cuique è noſtratibus, ſi Nauicularios tamen, eoſque qui maris fundum bolide explorare ſoliti excipias, vel tenuiſſimâ auditione cognitum.

Hæc cum vniuerſa, tum ſingula fauorabili (ſi qua alia) Probabilitatis ſpecie nituntur.

Et hæc quidem ex FRISIONVM LEGIBVS popularium meorum fauentiæ in præſens imputaſſe ſufficiat. De quarum

Pectoris ingenui eſt, admiſſo agnoſcere culpam

Teſte: neque errores diſſimulare ſuos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

LEGVM Vetuſtate ſi quis addubitauerit, poſtremum earumdem Titulum, de WVLEMARI Latoris ſententiâ prioribus adſtructum, penitius aliquanto inſpectum conſideret licebit. Is verò ſub finem inibi iſtiuſmodi verborum Formulâ conceptus legitur:

Inſcriptio Legis per Wulmarum ampliatæ.

De Honore Templorum, Tit. XI. *Paragr.* I. *Qui Fanum effregerit, & ibi aliquid de Sacris tulerit, ducitur ad mare, & in Sabulo quod* acceſſus maris operire ſolet, finduntur aures eius, & caſtratur, & immolatur* DIIS, *quorum Templa violauit.*

Attende hìc (Lector) exſecrandum Sacrorum morem, quo ante Chriſtianiſmi cognitionem Tranſlaubachani quondam, hoc eſt, trans Laubachum (quem Lauicam hoc tempore vocitamus) poſiti Freſones, humanas Idolis ſuis hoſtias immolare conſueuerant.

* Pro Ver[...] liâ, & [...] nos Teut[...] co ſerm[...] [...] terpretamur.

Ex quibus manifeſtum, LEGES iſtas, vigente adhuc apud FRISIORVM gentem Paganiſmo, & fortaſſe ante RADBODI tempora promulgatas fuiſſe. Quem quidem REGEM cõdignas impietate ſuâ pœnas MARTELLO exſoluiſſe,* ſuperius à nobis neque ſeptuosè neque defunctoriè explicatum. Quo item loco non pauca de BVRDONE Fluuio, ad quem cæſus RADBODVS, ex AIMONI Nobiliſſimi Scriptoris relatu neque indigna ſcitu neque iniucunda primi adeò (vti apparet) Municipibus noſtris tulimus expenſa. BVRDONE inquam, qui per nos primùm Natalibus ſuis reſtitutus tanto poſt tempore Veteris Nomenclaturæ memoriam recognoſcit. At enim vnum id temporis in tantâ exſequendæ HISTORIAE feſtinatione per incogitantiam prætermiſiſſe videri poſſumus, quod in Nomencla-

* Libro [...] pag. 92. [...] ſequentib[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

menclaturæ huius originatione explanandâ officio ac partibus noſtris defuerimus. ad cuius Vocabuli inueſtigationem, nunquam porrò erit vt nos AVGVSTAE illius HISTORIAE * Scriptoris indicio perueniſſe pœniteat. Cuius Auctoritate confiſus pro certo haud verear affirmare, Fluuium BVRDONEM (AIMONI, vti diximus, beneficio detectum nobis ac commonſtratum) non aliunde quam à IVLIO BVRDONE Nominis ſibi occaſionẽ inueniſſe. & quidẽ eo aſſeuerantius, quòd vir ille his in locis * GERMANICAE CLASSIS Præfecturam, ſub NERONE ſecutiſque Principibus, per annos aliquammultos ROMANI Imperij nomine obtinuerit. Reliquus eſt BAMESTRA, quem Legitimi quoque Fluminis cognomento honoratum apud Egmondenſis Monaſterij Archiua reperio. Cæterùm is de Fluuio iampridem in ſpacioſiſſimi hodie Lacûs Sinum conceſſit; ſeruatâ tamen * Veteris Nomenclaturæ dignitate. Sed enim de Amnium noſtratium arceſſitis vſque ex vltimâ vetuſtate Auctoritatibus plus ſatis. Nunc ad priſcarum aliquot Coloniarum ac Municipiorum appellationes, vnde aliquantiſper ſic quaſi per deuerticulum deſluxit hæc narratio, velut de tramite in viam aliquando regrediamur. gnari REIP. intereſſe cumprimis vt pro ſui quiſque ingenioli captu in Archaicis ac Secre-

tioribus

* Corn. Taciti.

Ad primigeniam Burdonis fluuij Etymologiam, ſiue adeò Nominis inueſtigationem nunc primum Cornelianæ Hiſtoriæ indicio ſagaciter peruentum deniq.

Cuius melior pars Rheni faucibus præſidio erat. Eadem quoque alias BRITANNICA dicebatur binominis Tituli honore inſignita.

Sic dedit Alfenus Alfeno nomina Vico,

A Lemo Herlemum ſic (puto) nomen habet.

* Vulgò, De Beemſter.

Bameſtræ fluminis in Lacum commutatio.

In communis Patriæ Antiquitatibus, rerumque ac locorum Originibus è ſitu eruendis pro virili cuique grauiter ac ſedulò allaborandum.

tioribus illius communis PATRIAE Monimentis * inueſtigandis deſudet: ſerioque ac ſedulò omnes animi ac iudicij neruos intendat, vt exploſâ Municipalium Acroamatum vanitudine, Antiquarum rerum * Origines (quantum quidem in tantâ Chronologiarum caligine atque inopiâ fieri poteſt) velut ex Orci Theſauris refoſſas in apricum educat denique. neque quemquam eſſe ingenio adeò infelici, vt non vel cum præſenti nominis ſui iacturâ SCAEVAM potius Famam malit, quàm nullam. Nam quùm Tragoras etiam noſter, ex Saturniis Lemis totus; immò quantus quantus eſt ex Nubigenarum vel Anguipedum potius ſeminio prodigioſè concretus conflatuſque, in tanta doctiſſimorum hominum copia, HISTORIAM ſomniare audeat, quid alios facere eſt æquum, quibus neque Fama, neque Cõſcientia mentitur? Ad quorũ copioſiſſimas meſſes ſi & ego quoque Spicilegium aliquod aggeſſero, id ſanè mihi vitio vorti non debet. Et verò operæpretium fuerit cognoſcere, ecquænam apud nos Coloniæ antiquitus: cuiuſmodi Pagi, Oppida, ſiue Municipia iam inde à FRANCORVM REGVM ac CAROLI illius MAGNI temporibus per FRISIAM HOLLANDIAMQVE culta potiſſimùm fuerint ac frequentata: tum quibus ex Idiotiſmi noſtri libidine cognomentis inſignita: quantum denique hæc

More ingenij humani.

Exemplo nobis Hircius eſſe poteſt: Non niſi *de ſulcis trahere argumenta profundis* Doctus & hinc ferro ſe iugulare ſuo.

Non omnia poſſumus omnes.

O mihi grata minis Æui monimenta prioris: O iucunda animo ſollicitudo meo.

ipſa à

ipſa à priſcâ illâ ſcribendi ac pronuntiandi conſuetudine, tam longi temporis vitio, hominumq́ue noua ſemper affectantium inſtabilitate, ſubinde variauerint. Quâ in re ne non & ego officiũ meum facere; operiſq́. cæpti curſum exſequi inſiſtã, ante omnia Lectorem meũ præmonitum velim, ne ex præſumtâ Vulgi Opinione Scripta noſtra æſtimet: néve Tragomontanâ Hæreſi, veluti Præiudicio quodam faſcinatus, animũ porrò inducat credere, vniuerſum huiuſce Regionis tractũ, ab VLTRAIECTINA vſque Diœceſi Oceano tenus, horrore quodam ferali, perpetuiſq́ue latrociniis infamem infeſtúmque; proinde & inhabitabilem, nulliſq́. aut certè perquàm raris commeantium veſtigiis frequentatũ fuiſſe antiquitùs. Quorum loco vel ferarum cubilia ac luſtra, vel prædatorum per vias graſſantium tuguriola paſſim dumis ac vepretis obſita ſpectabantur. Aliter enim hæc omnia ſe habuiſſe in PATRIAE noſtræ (HOLLANDIAE inquam) Etymo diſcutiendo declaraturi ſumus* poſteà: neque eam in hiſce regionibus aut agrorum vaſtitatem, aut hominum infrequentiam ac ſolitudinem fuiſſe, quam plærique vulgò hodie imaginamur: & ſi Vetuſtatis Prærogatiuâ gloriari lubeat, non defuturam nobis materiem, vnde cum Vicinis quibuſcumque de Antiquâ Illuſtrium Familiarum ARCIVMQVE NOBILITATE collato

Tantâ ſeſe homines mobilitate gerunt.

Ne fiat illud; Αὐτὸς ἔφα.

O mera ingeniorum febricitantium ſomnia, immò deliramenta veriùs.

Hoſtibus eueniat ſic habitare meis.

* Libro proximè ſequẽti.

Tolle animos mecum mea Pàtria: non egò Terræ Filius, aut Priſcis inficiãdus Auis. Tu quoq. iampridem meruiſti fortibus actis, A BATAVIS ne te degeneraſſe putem.

comminus gradu contendere, ac IVRE noſtro confiſi in non nimium anceps lubricumque certamen deſcendere audeamus, id quoque haud obſcurè nobis in tempore memorabitur. Quod tamen in anteceſſum aliquâ ſaltem ex parte omnibus vt patefiat, en tibi (mi Lector, quiſquis es) pro ſpuriis illis ac ſuppoſiticiis latebricolarum hominum guguſtiis, totque ac tantis Luſtrorum infamium portentis, Vetuſtiſſimas DIOECESIVM, ac PAROCHIARVM quas vocant noſtratium Appellationes ex Vero hauſtas, hoc eſt, & certâ & ſolidâ ARCHIVORVM EPISCOPALIVM fide pariter atque Auctoritate ſubnixas: quæ eaſdem hoc exemplo nobis ordineque conceptas repræſentant.

FLARDINGA, * *Kircwerua*, *Velſerburgum*, *Heiligeloa*, *Pettemum*.

Quas numero quinas, tamquam * Matrices quaſdã ac Prærogatiui Iuris gloriâ præ cæteris conſpicuas, Venerabili per hæc loca ECCLESIARVM Titulo antiquitus cenſeri mos erat: ab ipſo D. GVILLIBRODO. Primo illo VLTRAIECTINAE Sedis EPISCOPO, inter alias cõplures, ſollemnitùs quondã inauguratas, quùm reliquæ Minorum (vt ità dicam) NVMINVM ſuperioribus illis velut ancillantes, non niſi * SACELLORVM nomine in Ædicularum Cenſum numerumque venirent, proletariis huiuſmodi locorum Nomenclaturis inſignitæ.

Itâ Vicus quondam in- digitatus, qui non pro- cul Leidâ Oppido, Oe- gheeſti hodie nomen poſſi- det. Id quod nobis ex Ar- chetypis No- bilitatis no- ſtræ Genea- logiis, ſiue Stemmatum Municipa- lium Tabu- lis explora- cognitum compertum- que

Quas qui- dem Matri- etiam Eccle- ſias, ex F[illegible] mulâ C[illegible] ſollemnit[illegible] frequent[illegible] antiquit[illegible] denomina[illegible] inuenio.

Cappell[illegible] vulgo vo[illegible] tant.

 Harin-

Harinchemum, Schia, Rinesburgum, Warmunda, Leithemutha, Rinſaterwalda, Aſteterwalda, Agathenkerka, Aſcomanneſdilf, Sparneraſwalda, Sclota, Ecmunda, Alcmera, Miſnemum, Wognemum, Althendorpa, Vronla.

Templorum pariter atque Ædicularum, per Weſtfriſiam D. quondam Guillibrodo Καθιέρωσιν ſuam debentium, commemoratio, ex Archaicis Vltraiectinæ Eccleſiæ monimentis depromta.

Quæ quidem ſingula iſtiuſmodi hodie vocabulis exprimit Idiotiſmus noſter:

Arkom/ Schie/ Rhinsburch/ Warmondt/ Leimuden/ Rhijnſwaertwoude/ Ooſtwoude/ Beuerwijc/ Aſſendelft/ Sparwoude/ Slotē/ Egmōdt/ Alcmaer/ Miſnem/ Woggenem / Oudendorp / Vronen.

Quorum ſingulorum cauſas diſtinctè nos poſteà in loco & tempore reddituri: illud in præſens admonuiſſe contenti de WARMVNDA: quâ quidem voce nihil aliud, quàm * VARNI OSTIVM ſignificari, ſatis acceptum eſt mihi. A Fluuio videlicet non ignobili, qui ROSTOCHIVM, celebrem MEGALOPOLITANI DVCATVS hodie alluit ACADEMIAM. †Ità à VANDALIS quondam, nouæ per hæc loca Coloniæ deductoribus antiquitùs denominatum, primariæ apud nos hodie celebritatis * Municipium. Quod autem AGATHENKIRKAM, BEVERWICVM interpretari auſi fuimus, id verò legitimâ ac probabili ratione moti fecimus. Hac enim appellatione Oppidum illud antiquitus vocitatum fuiſſe, nobis ex Archiuis Eccleſiaſticis iampridem compertiſſimum, à S. AGATHA videlicet quæſitâ Nominis occaſione, in cuius Fide ac Tutelâ potiſſimum TEMPLI inibi dicati San-

** Eadem ratione ſcilicet, quâ Arnemudæ quoq; (portuoſo inquã Walchria noſtra Municipio) ab Arni fluminis Oſtio nomen inditum antiquitùs.*

† Ex more & ritu nouas in alieno Colonias deducentibus perquã ſollemni illud ante omnia ſtudioſè obſeruare ſolitis, vt patriis vocabulis, quibus domi antea aſſueuerant, Fluuios, Arces, Vicos, Oppida Municipia in terris abs ſe recens occupatis ornarent atque inſignirent. Quâ de re Iunius noſter conſulendus Batauiæ Capite XIII.

** Cuius Ius omne ac Dominium hodie penes glorioriſſimum Duuenuordici generis & Collegam & conſanguineum noſtrum, D. Ioannem à*

ctuarium. Quibus inſuper multò plura quoque eiuſdem prorſus generis attexere atque aſtruere poſſem: ex quorum Vetuſtate Metropolitana CATHEDRAE illius EPISCOPALIS ſplendor, amplitudo ac dignitas clarius etiam liquidiuſque eniteſcerent; ſi mihi de integritate ſcripturæ, quæ apud HEDAM partim in liturâ, partim mendis ac lituris deformata conſpicitur, ſatis planè ac dilucidè conſtaret. Nunc parcipromum hanc in partem ac reſtrictum fieri Neceſſitas me ſubigit; Apographi culpâ maximè, quod meliore ſui parte mutilum ac vitioſum, eiuſmodi omninò eſt, vt Medicam Chironis manũ potius, quàm Oedipi coniectoris acumen deſiderare videatur: Quocircà conſultius eſſe duco, vniuerſum illud ſub extremum potius huiuſce DECADIS finem reſeruare, quàm Andabatarum ritu clauſis velut oculis, in ambiguum porrò plenumq. periculoſæ aleæ certaminis genus, deſcendere. cum firmâ ſpe, fore, vt ex Ciuitatis illius Ἀρχειώταις Pollux interim aliquis, ſiue Tages potius exoriatur; qui melioris alicunde notæ Exemplar, immò Autographum fortaſſe ipſius HEDAE aut terra aut mari euoluat nobis: tantoque poſt tempore communis ſtudij conſortem, neque immemorem futurum, neque ingratum, deſiderati toties Theſauri faciat aliquando compotem.

Woudâ, & Batauica iampridem Claſſis, & iã Saltuaria nuper Præfecturam, Virtutis ergò, multis maximiſque experimentis domi béllique cognita, omnium Collegiorum ſuffragiis, auguſtâque Illuſtriſſimi PRINCIPIS *fauentiâ promeritum.*

Ex egeſtatis fonte parcimonia, veniâ digna potius, quàm reprehenſione.

Ante meos obitus ſit (precor) illa dies.

Vtinam, iterum vtinam: quod tamen abſque illorum hominum incommodo ac moleſtiâ fieri velim, quibus eſt ea res in manu.

IANI DOVSAE NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER SEPTIMVS.

BREVIARIVM LIBRI.

LAMENTABILIS GALLIARVM *facies ac ſtatus, ob intolerandas, immò pluſquam Barbaricas Paganorum in* CHRISTIANOS *perpetuò debacchantium afflictiones. Eius rei ergò ſollemnia Regni Procerum, nec non Epiſcoporum Comitia à* REGE *publicè indicta habitaq́ꝫ Pistis ad Sequanam. Aliæ Normannorum populationes ad Ligerim* HASTINGI *Ducis auſpiciis patratæ. Cuius Strategemate Dux Rainulphus ac Robertus Marchio captioſè per inſidias circumuenti fortiſſimè pugnando interficiuntur. quorum cædem miſerabilis Christianorum laniena conſecuta: nullumq́ꝫ interim auaritiæ, libidinis, ac crudelitatis exemplum à Paganis prætermiſſum: donec* REGEM CALVVM, *quater mille Talentorum pactione interpoſitâ (vt incendiis, rapinis, ac cædibus temperarent)* MAIESTATIS *ſuæ quodammodò obliuiſci, ac teterrimis* CHRISTIANI *Nominis hoſtibus Vectigalem fieri non puduit.* LVDOVICI, GERMANIARVM REGIS, *in Normannorum inſolentiâ ac graſſaturis coërcendis ſolicitudo ac vigilantia. Cuius* REGNI *ex libidine ſuâ deprædandi ſpe frustrati, rurſus in* FRANCIAM OCCIDENTALEM CALVO REGI *parentem arma ac vires ſuas conuertunt: infeliciter, neque eo quo conſueuerant ſucceſſu. Siquidem intrà* ANDEGAVI *Ciuitatis muros à* FRANCIS *pariter ac Britonibus & ferro & fame preſſi, poſtea quam alium nullum ſibi ex hoſticâ obſidione in tutum atque in apertum euadendi exitum ſupereſſe vident; auari-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tiam PRINCIPIS *aggrediuntur; Vrbis deditionem eâ lege facere polliciti, vti omne aurum atque argentum ex tot Eccleſiarum Vrbiumque ſpoliis ac manubiis in prædam Iure belli redactum; de manibus ſuis bonâ fide reglutinatum, eueſtigiò publicari,* REGIOQVE FISCO *addici paterentur. Idq́; à victore* CAROLO (*non tam gloriæ, quàm lucri ſtudioſo*) *neque ægrè ſanè, neque difficulter impetratum. Quæ captiuæ pecuniæ repræſentatio vti* REGI *in præſens (priuatim vtique) fructuoſa; ita haud multò poſt in publicam* CRISTIANISSIMI REGNI *labem ac perniciem erupit.* SAXONVM *ac* NORMANNORVM *inter ſe collatio, tum vtriuſque populi ingenia ac mores graphicè & quaſi penicillo depicti.* FRISONVM *oræ (quibus & nos id temporis accenſi aſſcriptiq́;)* RODVLPHI *Normanni ductu improſperè atque incaſſum tentatæ, Ductore ipſo vnà cum ſuorum octingentis in pugnâ à noſtris occiſo: reliquis (interpoſitâ Iuriſiurandi Sollemnitate) ad naues ſuas remigrandi poteſtate conceſſâ. hiſce* LEGIBVS, *ne deinceps in ditiones* LVDOVICO REGI *ſubiectas, prædandi causâ, aliquo porrò tempore pedem ponere inſiſtant. Quæ Pacta tamen poſteâ non ſeruata: nuſquam vtique ab ingenij ſui indole*
* Triennio poſt. *diſcedentibus* NORMANNIS. *Qui * deinde grauiore etiam quàm prius à* FRISIIS *multati clade, omnibuſque Templorum ſpoliis ac manubiali pecuniâ exuti; condignas ſcelerum ſuorum, tum violatæ Fidei pœnas exſoluêre. Quinque* NORMANNORVM *millia, ductu atque auſpiciis* LVDOVICI REGIS, *ferro interempta. Eiuſdem gentis poſt* REGIS *modò memorati deceſſum in* SAXONIAM *irruptiones. Immenſa* CHRISTIANORVM *ſtrages.* FRISIÆ *depopulatio:* TRAIECTO, TREVIRIS, *nec non* AGRIPPINENSIVM *ciuitati per eoſdem* NORMANNOS *vaſtitas inducta.* AQVENSIS *Vrbis Palatium in Hippæum, hoc eſt, equorum ſtabulationem conuerſum. Vrbes vnâ cum ciuibus deletæ funditus ac peſſundatæ. Templorum ſanctuaria profanata. Monaſteria per* FRISIAM *vnà cum* BATORAVNA, *celeberrimo eiuſdem gentis Municipio, di-*

repta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

repta exuſtaq́. NOVIOMAGO Ciuitati, per cauſſam NORMANNORVM inibi hibernantium, non ſine expugnandi ſpe, Obſidio facta per LVDOVICVM REGEM. Quam tamen idem mox pellacibus ipſorum promiſsis, vt ſolueret, inductus; Palatij REGII (vnà cum Munitione ibidem exſtructâ) incendio deformandi Paganis ex Vrbe emigraturis occaſionem præbuit. Qui mox in reditu ex Equitatu ſuo nouies mille capitum iacturam paſſi, reparatis ex integro viribus, duorum REGVM GODEFRIDI ac SIGEFRIDI Auſpicio ac ductu celeberrimas GERMANIÆ VRBES per vim occupatas diripiunt: omnia longè ac latè ſuprà infraq́ igne ac ferro defœdantes. Mox TREVIRIS (Galliarum Ciuitate) ſolo tenus exciſâ euerſâq́, MEDIOMATRICES vſque progreſſi; eiuſdem loci Antiſtitem (pugnæ aleam periclitari auſum) cum bonâ Epiſcopalium copiarum parte obtruncāt; reliquis fugâ dilapſis. Interim CAROLVS CRASSVS AVG. aſsiduis ſuorū precibus ſolicitatus ex Italiâ mouet; ingentiq́ exercitu conſcripto; rectà HASLOAM verſus (vbi NORMANNI, loci opportunitate confiſi, duorum REGVM viribus in vnum conſociatis, firmiſſimæ velut Arcis præſidium obtinebant) infeſtum agmen rapit. Secuta dein caſtrorum obſidio, oppugnatio, & vario euentu prælia: donec ex grauiore cœli ac Canicularium dierum intemperie fatiſcentibus hinc inde obſeſſoribus haud minus quàm obſeſsis, inter duos REGES atque IMPERATOREM ad Pacis conditiones deſcenſum: quæ hunc exitum habuerunt, vti Rex GODEFRIDVS Ritu CHRISTIANO, Baptiſmatis luſtratione ſeſe expiari pateretur: eiq́ AVGVSTVS Patruelis ſui Filiam in vxorem, FRISIAM in Dotem attribueret. Exin profuſæ in SIGEFRIDVM, eiuſq́ REGIS comitatum CRASSI Largitiones exponuntur. Quas vt ipſe viciſſim ſuâ ex parte aliquâ grati animi ſignificatione penſaret ſcilicet, hanc benefactori ſuo gratiam repoſuit, vt relictis direptarum abs ſe prius LOTHARINGIÆ ac GERMANIARVM confiniis in FRANCOS derepente populabundum agmen conuerteret; LVTETIÆ

PARISIO-

PARISIORVM *obſidionem facturus. Vnde non ſine aliquantâ ſuorum ſtrage depulſus: caſtriſq; ad Sonam flumen poſitis, cuncta circumquâque hoſtiliter depopulatus; cum detrimento* ECCLESIARVM, *& fatali omnium ignauiâ;* CARLOMANNVM REGEM *eò tandem anguſtiarum redegit; vt is, arbitrio Victoris ingenti auri pondere ad ſacomam appenſo,* XII. *annorum inducias ſibi ac ſuis conciliare cogeretur. Quæ tamen haud multò poſt morte* CAROLOMANNI *finitæ: cauſantibus* NORMANNIS; *ſe cum* REGE *defuncto, non autem cum Regni ipſius Succeſſore depactos fuiſſe: ſimul res* FRANCORVM *more ſuo turbare porrò perſeuerantibus. Ad quorum perfidiam vlciſcendam* CRASSO IMP. *vnà cum Principali Diademate Tutamen ac Defenſio* REGNI *delata. Cæterùm ea ſpes fruſtrà fuit: finem nullum facientibus* NORMANNIS *tam* FRANCICI *quàm* LOTHARINGICI *Iuris Limites per continuas prædationes inquietandi. Quorum exemplo alia inſuper* NORMANNORVM *manus* RHENI *Fluminis faucibus inuecta, Oppidoq;* DVISBVRGO *vi in poteſtatem ſuam redacto; exſtructâq; munitione ibidem loci hibernare pertendunt. Quibus* HEIMRICVS DVX *oppoſitus, eoſdem (omni prædandi licentiâ prædatoribus ademptâ) vaſa tandem conclamare, atque maritima loca vnde venerant, repetere, hoc eſt, in* FRISIAM *rurſus ſe recipere compellit.* DENEMARCAM *(quam ſignificat* REGINO*) intrà* HOLLANDIÆ *huius noſtræ pomœria, non autem in* DANICI REGNI *Cherſoneſo quæri oportere. In quâ verò* PATRIÆ *noſtræ regione ea hodie poſita, digito indice palam demonſtratum. Logbiſtorica cum* CAVLINO *neſcio quo Velitatio: ſed tamen clementer omnia; atque ita, vt is iam planè intelligere poßit; condignum ſe eſſe* TRAGOMONTANA *patellâ operculum: neque tanti tamen, quî cum ſerram vnquam porrò reciprocare ſuſtineat* DOVSA: ASCMANNEDILFVM, *Vetus* ASCOMANNORVM (NORMANNICI *quondam Populi) Colonia. Hodie* ASCENDELFVM *vocant.* HVGO (LOTHARII

THARII

THARII REGIS *ex Pellicatu Filius) Res Lotharingiæ turbat,* REGNVMQ. *Paternum reciperare tendens,* GODEFRIDVM REGEM *(Sororis ſuæ Maritum) conſcium atque adiutorem ſibi occultis Pactionibus conciliat adſciſcitq́ᵹ: qui rerum nouandarum occaſioni intentus, Legatione ad* CRASSVM IMP. *cum captioſis mandatis ſubdolè directâ, ſuis ipſe artibus deluditur: strophâq́ᵹ in auctoris ſui caput conuerſâ; conſiliis* HEIMRICI DVCIS *inſidiiſq́ᵹ circumuentus, in* BATAVA *Inſulâ cum omni comitatu ſuo obtruncatur.* HVGO *verò (incentor belli) luminibus priuatus, in* PRVMIENSE *Monasterium detruditur:* REGINONIS *Chronographi (hanc* AVGVSTÆ *illius* HISTORIÆ *partem diligentiſſimè perſecuti) ipſius manu attonſus.* SIGEFRIDVS REX *(obtentu* GODEFRIDI, *Socij* REGIS, *necem vlciſcendi)* LOTHARINGIÆ *partem occupat: atque inde motis* LOVANIO *castris,* XXX. *armatorum millibus instructus, rectâ viâ in* FRANCIAM: *certiſſimum ac præſentaneum ipſi* REGNI *Capiti* (LVTETIÆ *inquam* PARISIORVM, *ab eodem item* REGE *frustra anteà oppugnatæ) exſcidium, ruinam, vastitiem interminatus; niſi propugnatores eius deditionem facere in tempore maturent. Ad quos diſcrimine eximendos* HEIMRICVS DVX *cum exercitu miſſus,* NORMANNORVM *inſidiis præuentus;* REGISQVE GODEFRIDI *abs ſe occiſi* MANIBVS *ſanguine ſuo parentare iuſſus; incredibile est memoratu, quàm acerbam atque luctuoſam haud* FRANCORVM REGNO *modò, ſed &* IMPERIO *vniuerſo virtutis ſuæ memoriam ac deſiderium reliquerit: ipſo* IMPERATORE *prælium aut defenſionem nuſquam auſo. Qui ad extremum tandem conceſſione* NEVSTRIÆ, *(minus obſequentis ſibi, ac* LVDOVICI REGIS *fauore imbutæ) Paganorum animos tranquillat. Cui mox* IMPERIVM *omne (quòd ne priuatis quidem rebus diutius, nedum publicis administrandis idoneus videretur) de communi Procerum ſententiâ abrogatum: eiq́ᵹ (nouo prorſus exemplo) Curator datus* ARNVLPHVS, *nepos patruo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

truo. Quâ ex re CRASSVS tantam animi pariter corporiſq; ægritudinem contraxit (quùm modò non panis indigus, vix diurno victui neceſſaria à Fratris filio, Succeſſore inquam ſuo, impetraſſet) vt paucis poſt diebus in ignobili Pago Sueuiæ vitam finierit. A cuius obitu magni bellorum motus ex CHRISTIANORVM Principum ambitione, gliſcentibus Factionum ſtudiis, per vniuerſam EVROPAM longè lateq; ſparſi ac diſſeminati. PARISIORVM Ciuitatem iterùm ac tertium oppugnant NORMANNI: incaſſum ac ſine effectu: eâdem quoque, in ſemeſtri SENONVM (BVRGVNDICÆ Vrbis) obſidione, vſi Fortunâ. TRECARVM Ciuitas ab iiſdem direpta incenſaq;. BRITONIBVS, (inteſtino duorum Principum, de rerum ſummâ contendentium, diſſidio turbatis) bellum faciunt NORMANNI, cuius initio, penè vſque ad exitium gentis ex hoſtium ſententiâ depugnato, lætus BRITONIBVS finis fuit. Quo in tantum Paganorum vires attenuatæ, vt de quindenis bellatorum millibus vix quingenti ad Claſſem ſuam incolumes euaſerint. Quæ tamen plaga tantum abeſt vt contumaces Populi iſtius ſpiritus infregerit, vt mox reparato ex Sociis exercitu, factâ denuò in LOTHARINGIAM irruptione, more ſuo libidine omnia ac cædibus fœdauerint: caſtra in eiuſdem REGNI confiniis metati. Contrà quos ARNVLPHVS Aug. expeditionem accelerat: quæ initio haud ſatis IMPERATORIS ſui Voto reſpondens, eo demum Succidanei certaminis euentu eſt emendata; qui miraculo propior quàm certamini; ab ANGELORVM aliquo (promptiſſimo VINDICTÆ DIVINÆ Executore) cœlitùs potius profluxiſſe, quàm vel vllâ AVGVSTÆ potentiæ fiduciâ, vel humanarum virium virtute CÆSARIANIS contigiſſe; verè rem conſiderantibus, haud immeritò exiſtimari poſſit ac debeat. Nam quid obſecro admirabilius, quàm intrà breuiſſimi temporis ſpatium, ex infinitâ illâ CHRISTIANORVM bellantium multitudine vno non amplius capite deſiderato; centena ex aduerſâ parte PAGANORVM Millia aut ferro interempta, aut TILIÆ Fluminis gurgitibus abſor-

pta in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pta in Charontis cymbam deſcendiſſe? In quarum tamen rerum explicatione; immane quantopere inter ſe diſſentiant cum eius tum ſequentis ſæculi Chronologiæ: non quidem in cæſorum ſummâ concipiendâ; ſed in Anni, cui propriè Titulus VICTORIÆ iſtius debitus, fixâ aliquâ ac ſtabili deſignatione. ROLLO, NORMANNORVM Ductor, paucos poſt annos cùm nouâ popularium ſuorum claſſe adueniens, (inito cum ALVREDO Britannorum REGE, Societatis Fœdere) felici auſu collapſas Paganorum res it reſtitutum. Eius in WALACHRIA noſtrâ, FRISIAQVE aduerſus REINERVM LONGICOLLVM ac RADBODVM prælia & victoriæ. Vnde in GALLIARVM oras delatus, ROTHOMAGVM Vrbem (nequidquam auxilium à REGE præſtolantem) deditione accipit. Exin LVTETIÆ oppugnatione in caſſum tentatâ, EBROICOS ac BAIOCVM per inſidias occupat. ALVREDI REGIS, accurrente ſuppetias ROLLONE, in Regnum ſuum reſtitutio. Eius (ROLLONIS inquam) in GALLIAS reuerſio. LVTETIAM denuò oppugnat. Etiam CARNVTES. In cuius Vrbis oppugnatione parum abfuit, quin ipſe captor caperetur: niſi à deſperatione ſubſidium mutuatus, ferro viam ſibi per tenebras ac medios hoſtes inueniſſet. Eiuſdem, relicto Paganiſmo, ad CHRISTIANAM Fidem conuerſio. Cui nouiter baptiſato, & pro ROLLONE ROBERTI nomen amplectenti, REGIA Virgo in Matrimonium, NEVSTRIA in DOTEM cedit. Vnde NORMANNIÆ DVCVM primitùs, mox BRITANNORVM etiam REGVM longâ Propaginis ſerie deducta porrò, atque in hoc vſque Ætatis tempus perpetim continuata SVCCESSIO. Noui HVNGARORVM motus. Eius populi in GERMANIAM pariter atque FRANCIAM irruptiones, ac Victoria de LVDOVICO CÆSARE. Quæ cauſa fuit, vt iam ipſe, quàm Succeſſor eius CONRADVS, non VINDICIS (vti decuerat) BELLONÆ, ſed PLVTI Pacificatoris auxilio inuocato, cum ferociſſimis hoſtibus auro decertare potius, quàm ferro iterum experiri; remq; in diſcrimen

mittere maluerint. donec ad felicioris IMPERII *Auſpicia deuentum denique; & monſtratus* FATIS (MAGNI *illius* OTTONIS *Parens)* HEIMRICVS, *cognomento* AVCEPS. *Qui reuerà* AVGVSTVS, *Nominiſq́ ſui* MAIESTATI *atque Amplitudini reſpondens, longo poſt tempore primus dedecori publico obuiam ire auſus, intermiſſam iampridem (ne dicam intermortuam)* VETERIS IMPERII *Gloriam rediuiuâ armorum Virtute, factiſq́ ingentibus ſarciuit, & quaſi redintegrauit.* ARNVLPHI *Imperatoris Diploma.*

Vide ſup. lib. Annal. v. vbi multis diuerſiſque in vtrãque partem productis collatiſque inter ſe argumentis huius rei cõtrouerſia ad nauſeam vſque agitata, ac deciſa denique.

ERROREM Chronologorum noſtratium in annorum DIEDERICI primi COMITIS ratione ſupputandâ deteximus ſuprà: docuimuſque peruagatiſſimum illud CAROLI Francorum REGIS * Diploma, non ad CALVI, verùm SIMPLICIS munificentiam trahi oportere. Idque ex deprauatâ, an perperam expensâ Veteris Orthographiæ ratione, tum ex HAGANONIS COMITIS (qui infælici illi CALVI Nepoti coætaneus) laudatione, perſpicuè planum nos feciſſe confidimus. Reliquum eſt, vt quis medio tempore per annos Quinquaginta continuos, qui inter DCCCLXIII & DCCCCXIII interiecti, indigenarum hiſce in locis fuerit ſtatus, quæ viuendi conditio, preſſius aliquanto ac penſiculatius examinemus. vtrúmne videlicet ſuis, an alienis Auſpiciis domi pariter ac militiæ rem geſſerint: & ſi ſuis, cuiuſmodi aut Reip. formâ, aut diſciplinâ militari vſi; ſin alienis, quinam Principes, quæ've nationes

** Repræſentatum à nobis anteà lib. v. pag. 17[…] 179. 180.*

tiones cum hîc tum apud vicinos ſummam obtinuerint. quò euidentius nimirum ex ipsâ rerum geſtarum continuatione diluceat, Barbaris aduenisque in nos regnantibus DIEDERICI noſtri PRINCIPATVI neque fuiſſe interim, neque vllum adeò locum eſſe potuiſſe. inter tot præſertim tantaſque Septemtrionalium populorum Paganiſmo famulantium vexationes. Qui per multas maximaſque Neptuni pariter ac Martis difficultates & reciprocantis ſubinde Fortunæ impedimenta eluctati, non amplius iam (vti initio ſoliti)cum prædatoriâ manu, aut furtiuis expeditionibus, ſed iuſti belli mole ac Regiis claſſibus Chriſtiano orbi vniuerſo metuendos ſeſe ac formidabiles effecerant (id quod ſuperioribus libris abundè demonſtratum) haud maria ſolum aut littora modò intuta infeſtaque habere, ſed verò hinc in penitiſſimos Britanniarum receſſus, inde in ipſa Auguſtiſſimi FRANCORVM Regni penetralia ferro viam ſibi patefacere auſi: nullum inter ſacra profanaque, inter priua ac publica, diſcrimen facientes, ſed barbaricum prorſus in morem armorum Iure vſi, promiſcuè humana pariter omnia ac Diuina prædæ loco æſtimantes. Quos; tametſi aliquamdiu, præcellentiſſimorum Ducum, Ottonis ac Gerardi virtute profligatos; rurſum aliam in Gallias excurſionem feciſſe anno octingenteſimo ſexageſi-

Pernicax atque indomita Paganorum in Chriſtianis perpetuò exagitandis obſtinatio.

Ottonis ac Gerardi Ducum in re Chriſtianâ propugnandâ vigilantia ac ſtrenuitas.

A. DCCC. LXIII.

De excurſione Normannorum.

Conuentus Francorum ad Sequanam.

mo tertio comperior: fluuiique Ligeris oſtia ingreſſos Nannetum, Andium ac Turonum fines immaniter diuexaſſe. Cuius rei ergò Conuentus Epiſcoporum & Procerum Galliæ publicè indictus habituſque * Piſtis ad Sequanam, quo loco Normanni ſtatiua aliquamdiu habuerāt; cum maximo tam Regni quàm Eccleſiarum detrimento, palam lamentantium Templa exuſta, Leipſana Sanctorum hominum effoſſa, plæroſque è Clero vel Nobilitate aut impenſo pretio redemptos, aut crudeliter trucidatos. Quas teterrimas Paganorum in ipſis opulentiſſimi Regni viſceribus modò non ad exitium Rei Chriſtianæ exercitas afflictiones, quùm in annum demùm DCCC. LXIII. incurriſſe, fidem nobis faciat æqualis illorum temporum * Scriptor, ODO ABBAS S. Mauri ad Ligerim; mirum verò quidnā (id quod anteà etiam conqueſti ſumus) Chronologis noſtris in mentem venerit, palam aſſcuerantibus, CALVVM intereà REGEM otioſè ac placidè, tanquam nihil ad ſe barbarica illa Regni ſui vaſtatio pertineret, Indictiua Procerum ac Nobilitatis Gallicanæ Comitia in Principatûs ſui finibus apud Taxandros * Pladellæ ſollemnitùs concelebrare animum induxiſſe. Quæ Aretalogorum noſtratium ſomnia, vt nullo probabilitatis colore tincta, ità prius à me euidentiſſimis cum argumentis tum rationi-

* Piſtas hodie Piſſiacum appellant. A. Regni Caroli XXIII.

* Præfatione ad Librum Fauſti Caſſinenſis de Vita S. Mauri, citante Papirio Maſſono.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rationibus confutata, ſemelque in perpetuum exploſa; nullâ iam porrò Prouocatione reliquâ; iterum hîc nobis negotium faceſſere aut in Iudicium vocari non debent. Atque huic ſententiæ ſtabiliendæ continua ſequentium narrationum ſeries immane quantum momenti ponderiſque aſtructura. Ea verò ſic habet. * Triennio poſt ſuperiorem in Gallias irruptionem, Normanni denuò validiore claſſe è patriâ regreſſi, quùm rurſùs aduerſi Ligeris fauces ſubiiſſent, nouas populationes in fines Nannetum, Pictonum, Turonum atque Andium fecere, Haſtingi Ducis fiduciâ maximè: qui in agro Trecraſino apud Tranquillum Vicum infimo genere prognatus, pridem ad Chriſtiani nominis hoſtes tranſierat; effeceratque vigilantiâ ſuâ atque induſtriâ, vt illi alium belli ducem non optarent. Cui Aquitaniæ Dux Rainulphus, &. * Robertus Marchio regioni inter Ligerim & Sequanam cum Regio imperio Præfectus, inſtructo ad pugnam exercitu occurrere; & Paganorum copias intra neſcio cuius Villæ Baſilicam concluſas oppugnare aggreſſi, minus cautè & cogitatè rem gerentes interficiuntur: reliquos porrò amiſſis ducibus pecorum ritu trucidatos teſtatur Sigebertus. Cæterum quoniam viri, haud vulgarem bellicæ virtutis opinionem æuo illo conſecuti, incidit mentio; haud alienum fuerit coætanei eius ſæculo Scripto-

Et verò finem aliquem tandem Litium eſſe debere, prudenter monent ac præcipiunt Iuriſconſulti noſtri.

A. DCCCLXVI.

*Ità cum Sigeberto Ado Epiſcopus Viennenſis. Regino verò quadriennij ſpatium interponit, cui Annales etiã Fuldenſes ſuffragãtur.

Plura de totâ hac re ſcire qui volet, ei verò ego Glabri Rodulphi I. Hiſtor: lib. cap. v. cõſulendi ſum auctor.

Haſtingus Gallus, Dux Normannorum.

* A Proceribus Saxonũ oriundus, vti P. Æmilius narrat.

Eheu, quantus equis, quantus adeſt viris Sudor; quanta moues funera Francicæ Genti.

Dux Rainulphus cum Marchione Roberto in hoſtiũ inſidias improuidè delapſus occumbit.

Roberti Marchionis encomium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Scriptoris Elogium repræſentare, quo eundem alterum quodammodo ſuis temporibus Machabæum prædicat Hiſtoricus ille innominatus, & cuius prælia cum Britannis pariter ac Normannorum gente (Auſpiciis quidem Regiis, cæterùm ipſius Imperio maximè atque ductu patrata) ſi ad plenum in Commentarios relata fuiſſent, idem ille quem dico inuictiſſimi illius Iſraëlitarū Ducis geſtis Iure optimo æquiparari potuiſſe contendit. Ei verò per virtutem (vti diximus) interempto, in Præfecturâ Ligerinâ germanus ipſius frater ſucceſſor datus: quem nomine Hugonem, Titulo ABBATEM, vetuſtioris notæ indigitant Annales. Quo rerum ſucceſſu ferociores redditi Normanni, remoto metu, frena vltioni ſuæ pariter ac libidini laxare, & quacumque graſſarentur templa ac monaſteria incendere, demoliri caſtella, oppidiſque in prædam verſis agros in ſolitudinem redigere: nullum denique crudelitatis auaritiæque ac libidinis exemplum intentatum relinquere. neque prius finem per Galliam debacchandi Barbarorum importunitas fecit, quàm immane Tributum illud quod viritim per omnes Regni partes coactum fuit, à Caluo Rege extorſiſſet. Id vero quale fuerit, hoc loco ſubiectum Crantzianis verbis potius quam meis lectori planum facere malo. Sic igitur ille Noruagiæ ſuæ cap. VI. lib. II.

Carolus,

Vide à Pithœo editos Annales, ... Sigebertum, Ottonem Fr... ſingenſem, præcipuè ... men Regi... nem, rerum ſuperius ... ratarum ... riem par... culatim ... ſequentem.

De Hugone Abbate ità Nauclerus Gener. 33. Hugonis Capetti pater (inquit) primùm Abbas dictus eſt, quod ipſe & Robertus Comes Pariſienſis primi fuerunt, qui relicta Monaſteriis prædia prouentuſque occupauerint, ea ſibi ſuiſque militibus attribuentes, ſeque Abbates appellantes: atque impartientes Monachis prout volebant, adhibito moderamine victûs & veſtimentorum. vide Hotomanni Commentar. de verbis Feudalibus.

Adi Burg... dionū Chro... nicon, item Papirium Maſſonum in vitâ Ca... roli Calui.

Conſimil... huic Tri... genus ... dem ... Anglor... Regnis ... ſitum ... eius ge... Annale... Danegel... ipſorū ...

mate vocitatam. Quam rẽ nos etiam ſuperius attigimus, Camdeni potiſſimum auctoritatem ſecuti, lib. Annal. 2. pag. 103.

Carolus, cognomento Caluus, poſteà Imperator, A. DCCCLXIX. quum Normanni Regno eius intolerabiles imminerent, nec armis repelli poſſent, auro quàm armis decertare maluit. Quatuor enim mille auri talenta depactus eſt, vt incendiis, prædis, & cædibus abſtinerent. Et indictâ collatione per Regnum ſuum ad exſoluendum tributum, de quôque Manſo ingenui Denarios ſex, de ſeruili tres, de accolis vnus, de duobus hoſpitio receptis vnus, & Decima de mercibus negotiatorum: Sed de Presbyteris quoque ſecundum vires cuiuſque patrimonij vectigal exigitur. Inde verò de ſingulis Manſis tam ingenuo quàm ſeruili Denarius vnus. Et quùm nec ſic ſumma impleretur, geminatis inſuper viribus hæc penſa perſoluuntur. Regni quoque primores ad collectam vocantur, ad facultatum ſuarum pondus, vt æs conficiatur Normannis numerandum. In argento, auro, vino conſtituta erat portio. Præterea & mancipia à Normannis capta (quæ poſt initum pactum profugerant) aut reddita, aut eorum æſtimatione ſunt redempta. Et ſi quis ex Normannis caſus prætenderetur, magno ære luebatur. Is tum metus erat huius in Galliâ nationis &c.

A. DCCCLXIX.

Franciæ Rex Regni ſui direptionẽ à Normannis auro redimere, ac Paganis quodammodò tributarius & vectigalis fieri cogitur.

Interim verò, quùm maritima quoque Germaniæ ſolicitare operæpretium exiſtimarent, à ſubditis Ludouici Orientalis Franciæ Regis Tributa flagitantes, ab exercitu eius repreſſi ac naues ſuas repetere coacti, nihil præter vulnera ac cædes ſuorum reportarunt. Etenim Rex ille Normannos, gentemférociſſimam, fœderibus, aut armis compreſſos (ſicuti Helmol-

Ludouici Germaniarum Regis laudatio.

dus teſtatur) eo modo continuit, vt quum vniuerſam ferè Occidentalem Franciam vaſtauerint, Regno ipſius parum vel nihil potius incommodauerint. Cuius aut reuerentiâ cohibiti, aut viribus depulſi, quid mirum, ſi armis animiſque in Francos Occidentales conuerſis, Caroli Regnum prædam ſuam facere perſeuerarint? Andegauo iterum in poteſtatem ſuam redactâ, ciuibus fugâ dilapſis, ſtabilem (vti ſperabant) eâ in ciuitate ſedem porrò ac domicilium in poſterum habituri. Cæterum ea ſpes fruſtrà fuit. Siquidem haud multò poſt intrà Oppidi illius muros à Francis pariter ac Britanorum Rege Solomone, qui patri Heriſpeo ſucceſſerat, Regias partes ſecuto, arctiſſimâ obſidione clauſi, deficiente tandem commeatu, deditionem facere ſunt compulſi. Conſtat obſeſſas Normannorum copias id temporis occidione deleri; quietemque ad tempus internecatis hoſtibus Francorum Regno parari potuiſſe; niſi Rex Carolus immodicâ captiui auri cupidine incenſus, turpiter cum obſeſſis paciſci potius, quàm Vrbem militi ſuo diripiendam tradere maluiſſet. Datâ igitur acceptâque inuicem fide obſidio ſoluta. Digrediuntibus inſuper forum rerum venalium gratioſè conceſſum. Id quod Galliæ haud multò poſt in perniciem vertit. Siquidem mortis metu in præſens non ſolùm liberati, ſed & benignè habiti inſuper, ingrati-

A. DCCCLXXV. vti Sigeberto, A. DCCCLXXIII. vti Reginoni placet, quem vide obſecro fuſiſſimè hæc explicantem.

Andegaui Ciuitatis obſidio, quam etiam deditio inſequuta.

Intempeſtiua ac præpoſtera Calui Regis auaritia.

Secundum illud Horatij: *Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.*

ingratitudinis mox ac perfidiæ crimine tanti beneficij memoriam compenſauere. quùm denuò aduerſo Ligeri Franciam ingreſſi, grauius etiam infeſtiuſque quàm prius Chriſtianos, nihil tale neque promeritos neque exſpectantes, per ſummum ſcelus afflixere: humani pariter ac Diuini Iuris obliti. Quæ cuncta ipſis eò facilius prouenere, quòd natio illa Normannorum, tametſi animi inquies, nec propriis contenta terminis; nec promiſſi vnquam niſi quatenus conduceret tenax; gratioſam tamen quocumque acceſſerat, atque affabilem ſe præbuiſſe, fidem nobis faciat Epiſcopus Friſingenſis: qui Saxonibus contrà (eiuſdem licet inconſtantiæ notâ ſuggillatis) ferociam pro comitate peculiariter aſſignat. atque vt Boreales illos Occidentale Franciæ Regnum, conſimiliter Saxonas (Aborigines noſtros) Orientale ſemper infeſtum habuiſſe, priuſquam Paganiſmo in totum renuntiaſſent, idem multò locupletiſſimus auctor aſſeuerat: non ſine grauiſſimâ Chriſtiani nominis labe, detrimento, atque opprobrio; tum Regiæ potiſſimum Maieſtatis (à Francis hactenus poſſeſſæ) diminutione. Quod vniuerſum tamen * Caroli Regis potius, quàm fratris eius Ludouici ignauiæ (ne torpedini dicam) imputandum. quem ſupra demonſtrauimus in tutandis Orientalis Franciæ, hoc eſt, Germaniæ ſuæ finibus eâ auctoritate eâ-

Hoſti nulla fides.

Otto Lib. VI. cap. V.

Attende, mi Lector, diuerſiſſimos animorum habitus in gentibus tâtùm non vicinis ac conterminis ab Illuſtriſſimo, vtpote CONRARDI III. Auguſti Fratre, Frederici autem Barbaroſſæ Patruo, Hiſtoriarum Scriptore obſeruatos, cuius verba ſic ſonant, *Ipſi verò more ſuo (ſicut ſunt inquietiſſimi) minime promiſſa ſeruantis* &c. Et mox: *Eſt enim leuiſſima gens & inſtabilis, nec propriis contenta terminis: gratioſa tamē quocunque venerit, & affabilis. Hac, (vt dixi) Occidentale Regnum; ſicut & Saxones, qui & inſtabiles, ſed feroces ſunt, Orientale ſemper infeſtabant.*

** Calui ſcilicet. Quàm diſpar fratris moribus ille ſui.*

 quē

que prudentiâ vſum, vt Normannorum Reges partim muneribus delinitos, partim armorum metu morigeros ſibi atque obſequentes habuerit. Vnde à continuis calamitatibus nonnihil his in locis laxamenti Prouincialibus quæſitum, niſi quòd A. DCCCLXXIII. extremis Germaniarum Regni finibus, (cui & nos id temporis ſortitò aſſcripti) aliquanto plus terroris quàm detrimenti illatum, ductu Rodulphi maxime, qui Regiâ Normannorum ſtirpe editus, omiſſo Calui Regno (quod multis maximiſque cladibus attriuerat exinanieratque) ad portuoſiores Friſonum oras, Ludouico Regi parentes, armatâ claſſe appulſus, exſcenſionem in terram facere; ſimul per Præcones, ſiue Fæciales ſuos habitatoribus loci nouum pecuniarij Tributi genus imperare, animum induxit. Cuius iniquæ adeò improbæque petitionis repulſam paſſus, ad barbaricæ vltionis minas, hoc eſt, ad præſentiſſimi exſcidij denuntiationem confugit: cunctis qui per ætatem arma ferre poterant necem; imbelli ætati ac ſexui ludibria, plagas, vincula, ac cæteras ſeruientium pœnas ſtomachosè interminatus. Neque intrà hoſtilium dictorum fulmina Ducis ſe indignatio continuit, ſed verò à verbis ad arma procurſum: quæ hunc exitum habuerunt, vt Prouinciales, Diuino prius Numine inuocato, à quo iam anteà in plurimis ac grauiſſimis

A. DCCC LXXIII.

Vide Annales Fuldenſes.

Rodulfus, Normannorũ ductor, relictis Occidentalibus in Orientales Francos (quibus & nos id temporis attributi) arma cõuertit.

Satis prò imperio.

Nil deſperandum CHRISTO Duce & Auſpice CHRISTO.

ſimis periculis ſuis multoties ſeſe conſeruatos meminerant, hoſti infeſtiſſimo armati atque animati probè obuiam ire, ac prælium committere auſi; Normannorum octingentos interfecerint, cæſo inter primos ductore gentis Rodulfo. Cæteri verò quum commeatu vndique intercluſo neque effugium neque receptum vllum ad naues ſuas haberent, intrà priuati cuiuſdam ædificij ſepta concluſi, ad tempus ſeſe ac ſuos à certiſſimæ necis diſcrimine in præſens defenſauere: nullâ niſi in clementiâ Prouincialium ſpe reliquâ. apud quos diuerſis interim ſententiis certabatur; in commune ſcilicet deliberantium, quidnam de obſeſſis hoſtibus victores ſtatuere deberent. donec Friſiorum ductor, natione quidem Normannus, cæterum Religionem noſtram profeſſus, compluresque iam annos his in locis verſatus; multis denique ac maximis experimentis fortis & fidelis cognitus: Sufficiat (inquit) nobis, Commilitones, bene ac penè ſuprà votum ex parte noſtrâ à paucis aduerſus tantam Paganorum multitudinem proſperæ pugnæ iactam eſſe aleam; Fidemque CHRISTIANAM Paganorum incredulitati præualuiſſe. Quod quidem vniuerſum DEI benignitati potius, quàm vel armorum, vel animorum noſtrorum robori tribuendum, quiſquis vel turpiter ignorat, vel malignè diſſimulat, eum verò ego indignum cen-

Præcipuum Victoriæ pignus interfectus Dux ipſe.

Normannorum octingenti vna cum Duce ſuo Rodulfo à Chriſtianis cæſi.

Friſij in Normannis à ſe depellendis Normanno ductore vſi.

Eius ad eoſdem manipulares ſuos Oratio.

,, ſeo qui vnquam poſthac Victoriæ com-
,, pos exiſtat. Sed & illud inſuper probè co-
,, gnitum habetis, plæroſque noſtrûm vul-
,, neribus grauiter ſaucios; omnes verò laſ-
,, ſitudine tantum non ad languorem datos
,, huc concurriſſe, ad hoſtilium veluti reli-
,, quiarum reliquias debellandas. Ea porrò
,, ſpes quo eueniat, Deo in manu eſt. Quod
,, ego moneo vti animaduertatis, néve teme-
,, raria potius conſilia ex caſu, quàm cauta
,, cum ratione rebus noſtris conducere exi-
,, ſtimetis. vt tamen indubitatam nobis Vi-
,, ctoriam ſpondeamus, at ea ipſa quanto
,, cum noſtro tum municipum noſtrorum
,, ſanguine paranda? præſertim ſi (vti plæ-
,, rumque fieri conſueuit) clauſis ex deſpera-
,, tione gliſcat audacia, & * de neceſſitate
(quod vulgò dicitur) virtutem facere ob-
,, ſtinatis in mortem animis pertendant?
,, Quàm ſatius humanarum rerum memo-
,, res, atque incertos præliorum exitus repu-
,, tando, ab obſeſſis fidei obſides accipere?
,, atque interim aliquot ex ipſis vltrò citro-
,, que ad claſſem commeare ſinere, donec
,, captiuum Æs vniuerſum, quod intrà na-
,, uium ſuarum ſepta probè ſub ſigno ac
,, publicâ cuſtodiâ defenſum ſeruăt, de ma-
,, nibus ſuis reglutinatum in manus porrò
,, noſtras tranſcriptum reſignauerint. ante
,, tamen rite nobis præſtito Sacramento, ne
,, poſthac in Regnum Ludouici Regis cum
,, claſſe armatâ hoſtiliter reuorſionem denuò
faciundi

Aliquando etiã victis ira virtuſque.

Nam vbi extrema omnia in oculis, deſperatione in audaciam accinguntur. Secundum illud Vegetianum: Quum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido.

*Prouerbi[um] à Quintilia[no] no Patre [in] Declamatio[]ne quâdam poſitum, [] tante ami[] quo Luca[no] Poëta Inter[]prete, qu[od] & nos ho[die] vernaculo ſermone fr[e]quenter di[]ctitare con[]ſueuimus, hoc exemp[lo] Men mo[et] van dē no[ot] een deuch[t] maken.

faciundi præpoſterâ ipſos cupiditas inceſſat. Friſiones Ducis ſui conſilio aſſenſi, obſidibus acceptis immensâ pecuniæ ſummâ à Normannis exactâ, læti ouanteſque ſeque ac Penates ſuos hoſtilibus ſpoliis glorioſè decorauere. Quâ clade caſtigata in præſens inexplebilis illa Arctoæ gentis auaritia, à conſuetâ Friſios deprædandi libidine animum aliquamdiu ac rapaces manus continuit, donec fidei immemores, ruptâque ſacramenti quod iiſdem dederant reuerentiâ, ad ingenium reuortêre. Id quod non amplius triennio poſt ſuperiorem pugnam eueniſſe ab incerto vetuſtiſſimæ notæ Scriptore in Francorum Annalibus huiuſcemodi verbis cōmemoratur: "*Friſiones** (*qui vocantur Occidentales*) *cum Normannis dimicantes victores exſtiterunt, omneſque theſauros quos Normanni plurima loca ſpoliando congregauerāt, abſtulerunt atque inter ſe diuiſerunt.*" In iiſdem Annalibus relatum exſtat, trienio poſt Ludouicum II. (Lothario Aug. Imperatore genitum.) in Galliam profectum, filios Ludouici Regis ad ſe venientes benignè ſuſcepiſſe; Regnumque vniuerſum, quod pater eius Lotharius antea obtinuerat, per arma recuperatum, vindiciarum Iure Imperio ſuo adiecisse. Inde ad expugnandos porrò Normannos, qui apud* Scaltam fluuium longo tempore deſederant, conuertiſſe exercitum: initoque certamine quinque amplius millia ex

eâ

" Friſij victores Ducis ſui monitis acquieſcentes, hoſtilibus ſpoliis onerati, Paganos incolumes ad naues ſuas remeare patiuntur.

Normanni ab ingenio non diſcedunt.

A. DCCCLXXVI.

* *Quibus Hollandorũ Borealium nomen poſteà ex regionis ipſius poſiturâ inditum.*

Innominati Auctoris verba, qui Maguntiæ (vt videtur) Lothario imperante, Rhabani Mauri Archiepiſcopi temporibus, Francorum Hiſtoriam conſcripſit: quam à Pithæo publicatā primitus, nuper demum, nouo FVLDENSIVM *Annalium* Titulo decoratam, non ſine luculentâ annorum aliquot acceſſione, de integro recudi curauit ingens GERMANIÆ ſuæ decus, MARQVARDVS FREHERVS.

Fuſius hac omnia ac ſigillatim magis in Reginone explicata, mi Lector, es reperturus.

A. DCCCLXXIX.

Hodie Scaldim, Flandricè de Schelde.

Quinque Normannorum millia ad Scaldim fl. cæſa, Auſpiciis ac ductu Ludouici II. Regis.

câ gente proſtrauiſſe. In quo tamen prælio Hugo Ludouici Regis filius deſideratus, quàm luctuoſam patri victoriam reddiderit, ex Reginone qui volet diſcat. Sed hæc leuiora, præut quas poſt obitum Germaniæ Regis Ludouici vniuerſo Chriſtiano orbi ſtrages inuexerunt. quùm per Albis fluuij oſtia, factâ in Saxoniam irruptione, conſertâque cominus pugnâ Pagani ſuperiores extitere; præter duos Epiſcopos, duodecim Comitibus vnà cum Brunone ipſorum Duce fortiter prò aris & focis præliando occiſis. Quæ capitum ſumma aſſertioni noſtræ ſuffulciendæ facit; quâ ſupra libro Annalium noſtrorum quinto. Duodenos pariter Comites ſingulari alicui Duci, cuius vnius imperio obnoxij ac dicto audientes exiſterent, antiquitùs attributos fuiſſe, teſtimoniis in medium productis * oſtendimus. Quà etiam tempeſtate Friſia depopulata eſt, Traiectum Ciuitas exciſa, Vrbs Treuirum cum Colonia direpta incenſaque, Auguſtum illud Aquiſgrani Palatium in Equorum inibi ſtabulantium vſus conuerſum: Maguntiacum verò metu Barbarorum deintegro communiri atque inſtaurari cæpta. Quid multa? Vrbes cum ciuibus omnique incolentium turbâ peſſumdatæ, Baſilicæ ac Templa vnà pariter cum cultoribus ſuis ferro atque igne corrupta abſumptaque. Nec longum in medio tempus, quum alteræ

Lib. Chro-nic. II.

A. DCCC LXXX.

Eorumdem in Saxoniam, cum loca Saxoniæ vicina, irruptiones, poſt obitum Ludouici II. Germaniarum Regis.

Ingens Chriſtianorum ſtrages.

Vide An-les Fuld- à Freh- editos, Helmol- lib. I. c. Albertus Staden- Crantz- denique.

* *Pagina 218. 219.*

Normannorum depopulationes.

teræ Normannorum reduces è Galliâ copiæ, inter complura alia Municipia & Monaſteria quæ depopulati ſunt, etiam Baiorauna (vbi pars maxima Friſionum habitabat) incendio concremarunt: atque inde reuertentes Walam fluuium ingreſſi Nouiomago naues applicuêre, caſtriſque inibi poſitis, nec non vallo & propugnaculis firmiſſimis Vrbe eâ probè antea communitâ, hiemandi ſibi locū in ipſo Regis Palatio delegerunt.

In quâ Friſiæ parte antiquitus hic locus fuerit, noſtratium rerum Antiquariis (in quibus & ipſe nomen perfiteor meum) inueſtigandum relinquo.

Romani Scriptores Vahalim vocitant.

A. DCCC. LXXXI.

Quibus auditis Rex Ludouicus properè cum exercitu accurrit, & munitionem obſidione clauſit. Ibique dies aliquot velitando ac leuibus præliis inutiliter abſumpti. Quoniam Palatium immenſæ molis ac mirãdi operis hoſtibus tutiſſimū præbebat receptaculum. In eâ Vrbis oppugnatione ex aduerſariorum partibus captus eſt Eberhardus Saxo (filius Meginardi Comitis) quem poſteà mater eius Eneſſa magno pretio redemptum incolumem recepit.

Ludouicus Rex, Normannorum furori obuiam ire feſtinat.

Succeſſu irrito atque inefficaci.

Eberhardus Saxo captiuus.

Ad poſtremum Rex fallacibus Normannorum pollicitationibus, quibus ſe cōtinuò Regni ipſius finibus deceſſuros ſpem fecerant, ac Germanâ ſimplicitate inductus, obſidionē ſoluit. Quo cum vniuerſis copiis temerè nimis atque inconſultè digreſſo, Pagani Palatiū vnà cum munitione incēdio corrupere, igne inſuper in naues iniecto, Rheni fluminis (vnde prius aduenerant) oſtia repetentes. Qui poſteà tamen & quidem eiuſdem anni menſe ſci-

Nulla fides dictis hoſtilibus.

Pergunt turbare porro more ſuo Normanni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

licet Nouembri; quoniam à nepote Regis nouies mille Equitum ſuorũ ſtrage* mulctati, armis inferiores diſceſſerant, inſtaurato denuò exercitu auctiſque ſuprà quàm cuiquam credibile ſit copiis, addito inſuper Equitibus ſupplemento, Godefridi ſcilicet ac Sigefridi duorum Regum auſpiciis ac ductu, conſederunt in loco qui dicitur Haſlou iuxtà Moſam, & primo quidem impetu finitima loca fædè atque immaniter depopulati, Leodium Ciuitatem, *Traiectum caſtrum, Tungrenſem Vrbem ferro ac flammis corrumpunt. Secundâ dein excurſione per Ripuariorum agros diffuſi, rapinis, cædibus, incendiis cuncta deuaſtant. præteręà Colonia Agrippina, Bonna Ciuitates cum circumiectis Caſtellis, Tulpiaco inquam, *Vilpiaco*, & Nuis, igne deflagrarunt.* *Aquenſe* Palatium denique, vbi in Sacello ipſius Regis Equos ſuos ſtabulari ius faſque duxerunt. Poſtremò Indam, *Stabulam*, Malmundarium, Monaſteria in fauillas redegerunt. Quibus omnibus coronidis loco inſuper, Arduënnæ ſaltibus hoſtiliter penetratis, Prumienſis Cænobij direptio pariter atque deflagratio acceſſit. Nec contenti tot tantiſque cladibus meliorem cum Galliæ tum Germaniæ partem immaniter afflixiſſe, niſi ad vlteriora etiã cruentas pariter ac rapaces manus extenderent. Quibus inſuper intempeſtiua

Ludoui-

Eandem Cameraco & Pago Haſbanico calamitatem inductam tradit vetus ille à Pithæo editus Sctiptor. His Ambianum Parochia cum caſtello Moſouienſi adiungitur ab Aimono. Vide præterea Ottonem Friſing. lib. 6. cap. 8. Sed enim de totâ re diſtinctius aliquanto Chronicõ Sigeberti, his verbis vtẽtis: A. 892. *Normanni adiunctis ſibi Danis Franciã & Lotharingiam peruagantes, Ambianũ, Attrebates, Corbeiam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatenſium, omnemq́; circà Scaldim fluuium terram, Monaſteria Sanctorũ Walarici & Richarij ferro & igni deuaſtãt. Inde Wal fluuium ingreſſi* (Fallor? an hîc Patriæ tangitur ora meæ?) *totam Batauiã, Palatium etiã Neomagi incendũt.*

Heu Pietas, heu Priſca Fides. Quis talia fando Temperet à lacrymis?

Prumienſis Abbatiæ vaſtatio.

* *In ſiluâ Carbonari[a]*

A. DCCC. LXXXI.

* *Ad Mo[ſam], non [ad] Rhenum [...] licet.*

A. DCCC. LXXXII.

f. Vlpiaco.

* *Aquiſgranenſe voca[]tur ab A[i]mono.*

al. Stabu[lam].

A. DCCC. LXXXII.

Hodie M[...] vocãt, F[...] drice Me[...]

* *Walo [vocã]tur ab [Ai]mono.*

Ludouici Regis mors nuntiata immane quantum inſperatæ lætitiæ ac ſecuritatis attulerit: quum iam non amplius de pugnâ, ſed de prædâ ſibi cogitandum augurarentur. & quidem eo confidentius, quod exercitum paullò ante mortem Regis aduerſus ſe deſtinatum directumque, comperto eius deceſſu, ſtationibus ac præſidiis ſuis derelictis, vniuerſum diffluxiſſe non iam rumore nuntio, neque quaſi per caliginem, ſed verò ex ipſis perfugis, hoc eſt, oculatæ fidei auctoribus intelligerent. Igitur Pagani ex omnibus vndequaque caſtrorum ſuorum portis erumpentes, cuncta in medio loca Caſtello Confluente tenus (vbi Rhenum influit Moſella) à quibus ad id vſque tempus incendiarias manus abſtinuerant flammis ac ferro fœdant. Quibus impune atque ex libidine ſuâ patratis, Treuiros (nobiliſſimam Galliarum Ciuitatem) tertio Nonas Aprilis Sacratiſſimo Cœnæ Dominicæ die inuadunt: vbi partim exturbatis, partim occiſis Oppidanis, vſque ad Sanctum Paſchatis diem feſſa viæ pariter ac militiæ labore corpora recreati, omne tentorium Vrbis circumquâque ſolo tenus demoliti ſunt: vniuerſâ deinde ciuitate ferro ac flammis deformatâ, *Mediomatricum* verſus agmen prædâ onuſtum direxere. Quorum hoſpitum aduentu per ſpeculatores cognito, * Walach eiuſdem Vrbis Antiſtes, aſſumpto in commi-

Ex Ludouici Regis obitu Paganis in Chriſtianos grauius etiam quam prius debacchandi animus additus, auctaque impune quiduis perpetrandi licentia; remoto iam ſcilicet vindicis Imperij metu.

Treuiri Galliarum à Normannis exſcinduntur.

Hodie Metas vocāt, Flandrice Metz.

** Walo vocatur ab Aimono.*

 litium

Ipſe Epiſcopus in armis.

Non ille prò Focis & Aris, Proq́ue ouibus timidus perire.

Miſeranda Chriſtianotum clades.

Regino ad Claſſem ſuam regreſſos narrat.

A. DCCC. LXXXII.

In loco qui dicitur A[…] cloä, diſta[…] à Rheno m[…] liaribus XIIII. H[…] flou vocat[…] à Regino[…]

litium ſibi Bertolfo Epiſcopo & Andalhardo Comite, vltrò illis obuiam in pugnam procedit. Inito certamine Pagani ſuperiores diſceſſere, Wallâ Epiſcopo in primis cæſo: cæteris fugâ ſibi conſulere tutius viſum. Pagani itinere quod inſtiterant omiſſo, tot tantiſq́ue Eccleſiarum ſpoliis ac manubiis circumdati, ad Caſtrorum ſuorum munitiones prope Moſæ fluminis ripam collocatas ſummâ celeritate ſe receperunt: opportunitate loci confiſi, vnde velut è ſpeculâ quotidianas in Gallos æque ac Germanos excurſiones facere poſſent. Interim ad * Carolum Imperatorem frequentes vndique tàm è Gallia quàm Germaniâ Legationes, vt Regni fraternâ morte ad ſe hæreditario Iure deuoluti gubernacula ſuſciperet: ſimul feſſis rebus ac periclitanti Imperio ſubueniret: quod capite ſuo veluti diminutum diutius lacerari ac Paganis ludibrio eſſe, haud pudendum modò ſed ne tolerabile quidem Chriſtiano nomini videbatur. Neque Craſſo votum aut Fortuna defuit ad teterrimos CHRISTI hoſtes in ordinem redigendos. Vt patuit, quùm plus quàm Regio vereq́ue Imperiali exercitu ex vniuerſis vndique Regni ſui ditionibus in vnum collecto, (Longobardis puta, Baioäriis, Alemannis, Saxonibus, Thuringis, Friſiis) rectà ad Normannorum munitiones contendit, in quas ſeſe primores gentis coniecisse

Frequentes ad Carolum Craſſum Aug. totius Chriſtianiſmi nomine, ex omnibus Imperij partibus directæ vndique Legationes.

** Qui ſol[…] iam ex fra[…] tribus ſ[…] rerat, in […] liâ id te[…] poris m[…] tem.*

Qui ſupplicibus ſuorum precibus compulſus, ad Paganorum inſolentiam ferro vindicandam cum maximis copiis recta in rem præſentẽ, id eſt, ad hoſtilium caſtrorũ munitiones infeſto agmine proficiſcitur.

Normanni loci firmitate defenſi vallo ſe continent.

ciſſe retulimus modò: ac nominatim Reges duos, Sigefridum puta ac Godefridum cum Principibus *Wrm* & Hals, obſidionis in longum ſuſtinendæ ſecuros. Inerat ſiquidem Equitum peditumque vis ingens, & prouiſi anteà commeatus. Iamque vltrà duodecimum diem obſidio trahebatur, quum ſtupendum quoddam tam obſeſſoribus quàm obſeſſis prodigium cœlitùs obiectum. Nam XII. Kal. Aug. ſtatim à meridie ſpiſſiſſima derepente caligo tota Imperatoris caſtra cooperuit; non ſine horrendo fulgure & tonitru. quibus inſolita inſuper grandinis vis accedens miraculo pariter ac pauori propius inſpectantibus fuit; non quidem planâ & æquali ſuperficie, ſed verò angulosâ & corniculatâ; quarum ſingularum ea erat magnitudo, vt vix intrà pollicem & palmã cauo manûs comprehendi poſſent. Quarum rerum inuſitato ſpectaculo factum, vt & equi ſic veluti Panicâ conſternatione attoniti effractis habenis ac repagulis ſuis, partim extrà caſtra, partim in ipſis caſtris diſpalantes, cum nouitate rei, tum religione quadam militares etiam animos percellerent. Quæ eò grauior inſuper ac formidabilior viſa, quòd ventorum turbine magna pars Ciuitatis in ſe collapſa ruinam dederat, adeò vaſto ac latè peruio hiatu, vt per eum Equeſtris turba quadrato agmine ac ſeruatis plenè ordinibus intrà muros recipi poſſet, niſi

al. Worm, quod quidem ex Idiotiſmi noſtri ſententiâ Helmoldus Vermem interpretatur.

Oſtentum diuinitùs oblatum.

Grandinis ſpecies admirabilis.

Terror plus quàm Panicus.

Vi tempeſtatis magna pars hoſtilium murorum diſiecta.

 exterio-

exterioris valli lorica qua circumquâque obſepta ciuitas erat obſtitiſſet. Sed nihil æquè cum obſeſſos tum obſidentes fatigabat, quam adultæ æſtatis feruor, quem etiam vltrà ſolitum flagrans Sirius ac Canicularium dierum auxerat vehementia; tum promiſcua, alieniſſimo anni tempore, virorum equorumque vtrimque ferro aſſiduè occumbentium ſtrages. Vnde immenſum auctis exſtructiſque in altum cæſorum corporum aceruis, infecta putri tabo humus: ex eoque ortus, (ineuitabilis naſorum peſtis) tetri ac plane peſtilentis cæli odor, quem ne beſtiæ quidem ferre poſſent. Proinde de receptu canendo, ac ſoluendâ Vrbis obſidione deliberatum; miſſique qui caſtrorum deditionem facerent; & deditio accepta. Temerè nimis vtique atque inconſideratè. Illud ſiquidem conſtat, occidione perfidæ gentis finem Normannico bello imponi potuiſſe. Nocuit improuido ac plus æquo credulo adoleſcenti ambitioſa neſcio quæ intempeſtiuæ clementiæ oſtentatio. Captos ſiquidem eorum Duces, tantum abeſt vt eâ quâ fidei ruptores decuerat ſeueritate multauerit; vt etiam cum his ipſis, contrà Ro. IMPERII decus, nouum publicæ Societatis Fœdus copulauerit: hiſce conditionibus ſcilicet, vti Rex Godefridus (præcipuum deditionis pignus, & cuius imperio validiores Normannorum ſuberant copiæ) acceptis

Mira cæli intemperies, ex eoque contages.

Quam etiam caſtrorum deditio, Paciſque ac Fœderis inter partes compoſitio ſecuta.

Exemplum nobis, quàm non bene creditur hoſti.

Cæſare cū Craſſo Rex Lodouicus erit.

Conditiones Fœderis inter Imp. ac Normannos eorumque Reges.

ex

ex Auguſtâ parte obſidibus, extrà munitionem ſuam vltrà ſex milliariũ ſpatia ad Carolum Imperatorem procederet, CHRISTO nomen daturus, ac Baptiſterij lauacro vltrò expiandũ ſeſe repræſentare publicitùs profeſſus, eâ lege, vti ipſe mox Imperatori affinis, Giſlam Lotharij filiam in vxorem, FRISIAM in Dotem acciperet, vna cum Burgis, Oppidiſque ac Municipiis, Portoriiſque atque omnium rerum Decimis, quæ Roricus antea eâ in regione, Fiduciariæ Clientelæ Iure, Ludouici Pij beneficio poſſederat: Néve vnquam poſteà (dum quidem Carolus in viuis eſſet) Prouinciis eius noxam ſiue detrimentum aliquod inferre animum induceret. Quibus vtrimque Iureiurando firmatis, Godefridum Imperator ipſe ex Sacro fonte, Chriſtiano ritu, ſuſcepit; biduumque feſtis epulis mutuiſq. gratulationibus inſumptum: quùm reuerſis è Normannorum munitione Cæſarianis obſidibus, Godefridus viciſſim ad ſuos remiſſus eſt, non ſine amico ſollemnium acclamationum applauſu, poſteaquàm prius Rex ille ab AVGVSTO bis mille auri argentique & LXXX.* libris honoratus fuiſſet. Sigefridum verò & Wormonem eorumque ſocios multis auri & argenti millibus, quæ de D. Stephani Metenſis aliorumque Sanctorum Theſauris ſuſtulerant, abeuntes muneratus eſt Imperator. de alieno vtique promus ac liberalis, peſſimo

Quorùm alter poſt reconciliationem mutuam etiam affinis ipſi Auguſto factus, Chriſtianis Sacris initiatur.

Vide ſuprà lib. III. pag. 122.

*Librâ vnaquâque pro x. ſolidis computatâ.

Euentus ſtultorum magiſter.

peſſimo mediusfidius exemplo, atque in ipſius poſteà tum Carolomanni conſobrini ſui noxam pariter exitiumque erupturo. Idem namque Sigefridus haud multò poſt pro tali munificentiâ hanc gratiam benefactori ſuo rependit, vt cum quadragenis Normannorum millibus Parrhiſiorum vrbem hoſtiliter circumuallaret. Vnde non ſine ſuorum clade rejectus, ad Sonam fluuium conſedit; caſtriſque inibi metatis omnia infrà ſupraque poſita hoſtilem in modum peruagatus, Regem Carolomannum Lodouici Balbi filiũ eò tandem anguſtiarum redegit, vt ad ſacomam appenſis argenti probati ac puri XII. librarum millibus neceſſe habuerit totidem, hoc eſt, duodecim annorum inducias turpiter à Paganis redimere. quæ tamen ad breue tempus ſeruatæ, ac morte Carolomanni finitæ: calumniantibus Normannis, ſe cum Rege defuncto, non autem cum Regni eiuſdem ſucceſſore, ſiue etiam Francorum populo inducias pepigiſſe. quas diutius porrò extendi ac prorogari ſi velint, alterum tantundem pecuniæ opus eſſe ad animos victricis gentis tranquillandos. Quibus minaciis Optimates Regni perterriti, quùm & tributorum ſimul & militiæ onera ſuſtinentes, res ſuas in extremo ſitas animaduerterent; feſtinatâ ad Carolum Legatione, quò videlicet aduerſus infideles Auguſtâ ope tuti eſſe poſſint, ſeſe ac ſua in fidem

Aimonum vide de geſtis Francorum lib. v. cap. LXI.

Normanni ad Sonam fluuium conſidunt, cum detrimento bonorum & communi omnium pernicie.

Rex Carolomannus ad arbitrium victorum ingenti auri pondere direptionem hoſtilem redimere coactus.

Normanni per calumniam fraudes & captiũculas miſcent, & quærunt latebram periurio. quum perfidos nũquam cauſa defecerit, cur pacto nõ ſtent; aliquã ſemper reperientes rimã quà videlicet technis ac fallaciis ſuis ſpeciẽ Iuris imponendo, colubrinum prorſus in morem elabantur.

Nam quid agas, quum te ſpoliator cogat, & idem Fortior?

Craſſus Aug. Francorum Regno inauguratur.

A. DCCCLXXXV. uti Fuldenſes computant Annales. Quæ à Regione in annum DCCCLXXXIIII. referuntur.

fidem eius ac ditionē vltrò tradidere. Qui ſtatim Francis ſacramento adactis Auctoritatis ſuæ pondus interponere haudquaquàm ceſſauit. ac Normannis vti vim hoſtilem à Regno iam ſuo abſtinerent, præcepit: alioqui, ſibi deſtinatum eſſe, ſubditorum iniurias non negligere. Incaſſum omnia. Siquidem Normanni nihil Imperatorias minas reueriti, relictâ Franciâ Occidentali, ſubitò in Regnum Lotharij regreſſi, ad locum vſque qui dicitur Louen, in eiuſdem Regni confinio caſtra metati ſunt: finem nullum facientes tam Francici quàm Lotharingici Iuris limites continuis deprædationibus inquietandi. Ad quorum inſolentiam comprimendam ſemel atque iterum vindices copiæ miſſæ ab Imperatore, quibus idem tamē nihil aliud eſt conſequutus, quàm vt Paganorum animi plus ſatis ſuopte ingenio ferocientes, acrius inſuper ac violentius in Chriſtianorum perniciem exaſperarentur. Eodem anno Normannos, qui permiſſu Godefridi Regis (cui Friſiam in Dotem attributam memorauimus modò) ad vſurpatas anteà ſibi Prouinciæ noſtræ partes applicuerant, Rhenum nauigio aſcendunt, & * Duiſburgo oppido per vim occupato, validam ibidem loci munitionem exſtruunt ſibi: per totum illîc brumæ tempus hibernaturi. Contrà quos Henricus Dux caſtris poſitis eoſdem intrâ ſepta ſua coërcitos à ſol-

Qui Imperiali Edictione iniquiſſimis Paganorum poſtulatis ac minaciis intercedit: contra arma verbis ſcilicet.

Obſerua (mi lector) Louanium confiniis Regni Lotharingiæ fuiſſe aſſignatum antiquitùs.

Heu fatalem Principis ignauiam, qui tantis viribus ſubnixus, neque Imperio, neque victoriâ vti ſciuerit.

Normanni denuò in Friſiam.

Vnde Rheno amne ſubuecti, Duiſburgo oppido per vim occupato, exſtructâque munitione ibidem loci hibernare perſeuerant.

** Ita enim apud Reginonem corruptum oppidi nomen emendandum cenſeo.*

Henricus Dux feſſis rebus tandem opitulatur: Quàm diſpar Regis moribus ille ſui.

lemni illa populationes atque incendia exercendi libidine inuitiſſimos continuit: donec redeunte demum Vere, caſtris exuſtis, ad maritima denuò loca, hoc eſt, in partem illam FRISIAE Ciſrhenanæ, vnde prius aduenerant, ab Godefrido Rege conceſſam ſibi, re infectâ remigrare ſunt coácti. FRISIAM quùm dico, Dotalem Godefridi Regis Prouinciam intelligo, quâ appellatione maior meliorq́ue non HOLLANDIAE noſtræ modò, ſed & confinium regionum tractus comprehenſus id temporis. quarum Metropolis Epiſcopalis ſedes fuerit Vrbs VLTRAIECTINA; id quod ex Sigeberto aliiſq́ue mediæ ætatis Scriptoribus manifeſtum. Illud non ità popularibus meis exploratè cognitum, cur KINHEIMVM ac DENEMARCAM in Normannis hoſpitio accipiendis veluti in contiguo poſitas, ac planè collimitaneas Ditiones, in Chronicorum ſuorum contextum retulerit Abbas Prumienſis. ſed commonendus nobis Lector, DENEMARCAM hanc quam dico non in Danici Regni Cherſoneſo, verùm intrà Hollandici ſoli pomæria quærendam eſſe. Eâ ſiquidem appellatione notiſſimus ille Amſteliani agri tractus, tribus hodie Vicis habitatus, Vltraiectinæ ditionis terminis annexus obiacenſq́ue (cui vulgò *Præpoſituræ inditum vocabulum) tanto poſt tempore, tot immò ſæculis interiectis, priſcæ etiamnum Nomenclaturæ

Vide, quæ ſuper hac re paſſim ſuperioribus libris in loco & tempore obſeruauimus.

Denemarcam Reginonis, proinde ac Kinheimum, Hollandici ſoli pomæriis circumſcribi debere.

* De Proosdij.

retinens dignitatem. Quo magis illorum hominum vecordiam (ne torpedinem dicam) miſerari potius quàm mirari collibitum eſt mihi; qui cerebelli ſui inaniis ſufflati genitale hoc communis patriæ noſtræ ſolum Danorum Coloniam eſſe, mordicùs inficias ire non verentur; hoc potiſſimum fuco vaniloquentiam ſuam colorantes, quòd credibile vtique aut in ſpeciem probabile videri negant, populares ſuos eò vnquam incogitantiæ prolapſuros fuiſſe, vt obliti ſcelerum ac contumeliarū, quibus tanto tempore tamque indignis exemplis vltrà ſeruilem modum ab importuniſſimâ Normannorum gente habiti acceptique, abdicatâ veteri Nomenclaturâ nouam inſuper per arma ſibi ab iiſdem impoſitam appellationem ipſi aſſumere, neque in hoſtilis nominis communionem venire indignum iudicarent; quorum recens adeò impreſſam animis ſuis memoriam non ſolùm odiſſe, verùm etiam exhorreſcere, immò perpetuis obliuioſi ſilentij tenebris damnare & quaſi ſepelibilem facere debuerāt. Hæc, vel certè his non nimium diſſentanea Tanuſius noſter, futili ſanè argumento, ne dicam perridiculo, cui ſi Braſicanâ auctoritate inducti, aſſenſum commodare cogamur, quid porrò Francis Aboriginibus noſtris faciemus, quibus quùm Galli prius de veteri illa nominis ſui prærogatiuâ ceſſiſſent, idem quoque in ſe Aquilo-

Contrà eorum hominum hallucinationes, qui Hollandiã hanc noſtram Danorum ac Normannorum Coloniam eſſe inficiari audent.

Somniatores meri, neque digni quibus reſpondeatur.

Ad ſtomachum Crambe non facis iſta meum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Neuſtria mutati nominis occaſionẽ Normannis victoribus acceptam refert.

nari populo Ius eſſe voluiſſe merito exiſtimari poſſunt, quibus vſque adeò ex facili permiſerint, vt bona pars Franciæ (NEVSTRIAE Titulo appellata antiquitus) à reliquo tanti Imperij corpore diuulſa in nouam prorſus atque exoticam NORMANNIAE appellationem tranſiret. Idem de Britannis exiſtimandum; quos poſt Hengiſti in eam Inſulam appulſum, priſci nominis iacturam feciſſe, atque ex eo Anglo-ſaxonas vocitari cæpiſſe; quiſnam adeò Hiſtoriarum imperitus qui ignoret? Vt interim de Inſubribus nihil dicam, in victoris Longobardi nomẽ eâdem belli lege tranſgreſſis. Longum etenim immò ſuperuacuum fuerit enumerare, quot Prouinciæ aut Ciuitates repudiatâ veteri Nomenclaturâ in validiorum gentium Ius vocabulumque conceſſerint. Cuius rei fidem abundè fecerint nobis aliquantâ ſui parte truncatæ toties à poſteris, vel certè per cauſam innouatæ penitùs Appellationes. Quibus recens natis nominum impoſitionibus municipes etiam noſtros eò pronius promptiuſque aſſenſum ſuum præbuiſſe perſuaſum eſt nobis, quòd iam anteà inquilini illi, vel inſititij potius Aquilonares, poſt Rollonem in Normanniæ poſſeſſionem intromiſſum, Principis ſui exemplo, poſitâ paulatim ferociâ miteſcentes, eiurato Idolorum cultu, ad Chriſtianam fidem manſuetudinemque traducti: vnaque cum Ciuibus

Iuxta illud Pragmaticum: Quid quiſque Iuris in alium ſtatuit, &c.

Vide Britanniam Cambdeni.

Hac atque hiſce affinia ſuperiore libro fuſius explicauimus pag. 245. 246.

Quemadmodum in Angloſaxonum appellationem Britanni, conſimiliter Inſubres in Longobardorum nomen tranſiere.

Vide complura ſuperiore libro à nobis memorata, huc ſpectãtia, pag. 242.

Normanni, Rollonis Regis ſui exemplum imitati, poſitâ paulatim barbaricorum ex Paganiſmo animorum ferociâ, ad Chriſtianæ Fidei atque Charitatis manſuetudinem traducti tandẽ tandem.

uibus pari atque æquo iure agitantes, crudelitatem in fauentiam ac fœderis coniunctionem mutaſſent. Neque id adeò mirandum, præſertim ipſis indigenis multò iam anteà aut vetuſtâ hoſpitij neceſſitudine, aut mutuo cõnubiorum nexu ſociatis inuicem permixtiſque. Vnde haud ægrè neque à nolentibus impetratum, vt pro Francicis vel Friſicis Hollandici nominis Colonias his in locis deduci vltrò paterentur, & inuiſam primò nouitatẽ, poſtremò etiam ab indigenis amari, immò perplacere ac ſubinde allubeſcere cæpiſſe eſt veriſimile. Nec diu laborauit ætas ſequuta, vt veteri illâ Batauiæ appellatione arctioris territorij gyro incluſâ (hoc eſt, in Inſulam Moſâ ac Vahali circumfluam vlterius relegatâ) vernaculò huic magiſque ad Teutonicas aures accommodato vocabuli ſono aſſueſceret. Id quod non ſolum in communi hacce Prouinciæ noſtræ appellatione ſtabiliendâ auidiſſimus nouarum rerum vſus obtinuit, ſed verò multò etiam clarius in ſuperſtitibus etiamnum tot pagorum atque oppidorum (quæ Hollandia partim ac Zelandia, partim Friſia cum circumiectis regionibus ambitu ſuo complectuntur) Nomenclaturis. Quarum etymologias ad quaſuis exoticas gentes potius, Normannos puta, ſiue Danos, Saxonas, Wiltos ac Sclauos, quàm ad Batauici nominis reliquias trahere atque accommodare

Nam facit ipſe ſuis interdum moribus hoſpes. Vt facile inſueſcant ſecum cõuiuere Ciues, præſertim vbi affabilitatis illecebræ, comitaſq́. ac gratiarum lepos accedunt. quas quidem politicas virtutes, ad deuinciendos homines efficaciſſimas, aut ſpecies certè virtutibus ſimiles nationis illius Normannicæ proprias fuiſſe, ex Epiſcopi Friſingenſis deſcriptione commonſtrauimus ſuprà.

Vide quæ hac de re commemorauimus ſupra lib. 1. pag. 67.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

dare poſſis. In quâ claſſe etiam nomen profitentur ſuum Ziriczæa, Berga, Scaga (extremum Cherſoneſi Cimbricæ Aquiloni oppoſitum Promontorium) WARMONDA, ac NORDOVICES mei, ASCMANNEDILFVM denique, id quod, *Aſcomannorum foſſam* interpretari poſſumus. Ita enim Municipij illius vocabulum in Codicillis ante quingentos annos exaratis conceptum reperiſſe ſe affirmat* Iunius, ſic tamen vt cauſas ſeſquipedalis eius Vocabuli ignorare ſe ſilentio ſuo palam atque ingenuè confiteatur. Quam nos nunc primitùs ex fideliſſimis Helmodi atque Alberti Stadenſis relationibus ſagaciter deprehenſam in quæſtione exſculpſimus: vtpote ab iiſdem edocti, inter complures alias Normannici generis nationes etiam Aſcomannorum gentem quondam non incelebrem fuiſſe. A quibus nobile illud quod dico Municipium vnà cum Aſcenburgo Arce nomen inueniſſe, certiſſimo nobis indicio eſt exoletæ illius Ortographiæ repræſentatio, Imperialium quoque Diplomatum auctoritatibus ſuffulta ac ſtabilita. quam tamen æui diuturnitas commodiore ad pronuntiandum vocis ſono, mediâ ſui parte imminutam (per ſynæreſin puta) in* ASSENDILFI nomen poſteà commutauerit. Sic & Antonina ad Rhenum (Auguſta illa Pontificiæ quondam ditionis Metropolis) quùm Vultaburgi anteà, ſiue Wildrecht

(quod

Aſcmannedilſum, vetus Aſcomannorum Colonia.

De Nordou... cibus meis ... Warmonda ... ſuperiore ... bro abund... diſputatum.

* Batauiæ ſuæ cap. XIX. cuius verba ſic habent: Porrò ASSENDELFIA Progenies nominis ſui ortum habet à Dominio, quod perpetuaria poſſidet, Aſſendelfo Pago potente & opulento, quem olim ante quingẽtos annos *Aſcmannedilf* vocitatum ſcriptumq. in Codicillis veteribus inuenio.

Aſcomanni, quondam Normannici generis populus, primi Aſſendilfi Municipij conditores.

* Ita quoque in vetuſtiſſimis Egmundenſis Cœnobij Archiuis nomen iſtud paſſim conceptum atque exaratum eſt obſeruare; Hodie Aſſendelf vocant.

Multa ... de re cum ... bi, tum ... ſuperiore ... nobis ... rata pag. 247.

(quod Vultarum ſiue Wiltorum oppidum Sigebertus interpretatur) nomen aliquamdiu poſſediſſet, in Vltraiectum poſteà procliuiore auribus noſtris ſono, indidemq́ue porrò ex Idiotiſmi noſtri placito in obſcuræ immò nullius potius ſignificationis vocabulum (quod noſtrate linguâ VTRECHT ſonat) à veteri Etymologiâ ſuâ quàm longiſſimè deflexit. Cætera verò à quibus (vſu non renuente) ea pronuntiandi aſperitas abeſt, primogenias ſuas appellationes ſecutis etiam ſæculis in hoc vſque æui tempus haud difficulter ſanè obtinuere, ac nominatim DENEMARKA hæc noſtra, quam quidem in Vtraiectini Agri confiniis, quâ parte ea Amſtelandiæ Limitem attingunt, inter Vinkeuenam ſcilicet ac Portengam Vicum poſita, etiamnum hodie Geographici nobis HOLLANDIAE pinaces repræſentant. De quâ quùm paulò ante per cauſſam hybernorum (quæ annua plærumque his in locis Dani aliquando habuere) abundè à nobis fuerit memoratum, denuò hîc ſermonem iterare ſupernacaneum cenſemus. Igitur, vt à diuerticulo in viam redeamus, interruptæ aliquantiſper nobis narrationis ſeries ex interuallo continuanda, quam de CRASSI IMP. imprudentiſſimè inito cum Normannorum Regibus Societatis Fædere ſupra inſtitueramus. Cuius adeò inconſiderantiæ (ne vecordiæ dicam) intempeſtiui inſuper

extra-

Wiltraiectum, ſiue Vultraiectum, prò Vltraiecto & ſcribi & pronuntiari debere.

Denmarcken, in quâ Hollandiæ noſtræ parte poſita.

Hiberna Normannorum in his regionibus annua quondam ac ſollemnia.

Carolo Craſſo ex iniquæ illius inito cum Normannorum Regibus Societatis Fœdere nouæ turbæ naſcuntur.

ex trauerſo ciuilium diſcordiarum fomites acceſſere: ingens nouis rebus materia.

Waldrada, Lothario Regi pellex, Hugonis ac Goſelæ (Godefrido Regi denuptæ) parēs.

Lothario Regi filius ex pellice natus fuerat, nomine Hugo, Giſelæ Godefrido Normanno denuptæ frater. Is repente Lotharingiæ Regno occupato, mox facinoris ſimul ac periculi magnitudinem veris apud ſe pretiis æſtimans, quùm pacificè id ſeſe retinere poſſe diffideret, clam directâ in Friſiam Legatione, Gothofredo Regi ſororis ſuæ viro perſuadere inſtitit, vti primo quoque tempore validis auxiliorum copiis è Daniâ accitis ſibi ad Paterni Regni recuperationem præſto eſſe vellet: dimidiam totius LOTHARINGIAE partem eidem (vtpote Affini ſuo) Sororiæ DOTIS nomine bonâ fide attribuere paratus, ac promptiſſimè etiam repræſentare pollicitus.

A. DCCC-LXXXV.

Vnde in proclini fuerit æſtimare, quam armorum olim ac militarium virorum ferax Dania.

Tyrannorum amicitia atq. Societas tam infida, quàm ipſi.

Quibus promiſſorum illecebris adductus Rex Godefridus, nullum non coloris prætextum comminiſcitur, quò ſe (ſtrophâ aliquâ callidè inductâ) religione Sacramenti CAROLO AVG. præſtiti eximeret, omnemque obſequij Imperio debiti exueret reuerentiam. Igitur* Gerolphum & Gardolphum (*Friſonum Comites*) ſibi obnoxios dirigit ad Cæſarem cum mandatis huiuſmodi, ſi modò in poſterum fide operâque ſuâ vti velit, in finibus Regni ſibi ab Imperatore concrediti à popularium ſuorum, (qui Chriſti necdum nomen agnoſcerent) vi ac violentiâ promtè atque alacriter

Gerolfi & Gardolfi Friſiæ Comitum Legatio nomine Godefridi Regis ad Craſſum Imperatorem ſubdolè inſtituta directaque.

criter defenſitandis, vt Imperialia aliquot ſubiecta Germaniæ Regno oppida, atque in his Confluentes, Andernacum, Suſicham, propter vini vberrimè iiſce in locis prouenire ſoliti excellentiam, ſibi Affinitatis nomine largiretur. quandoquidẽ FRISIA, quam ex munificentiâ Principis in Dotem acceperat, vini feracem agrum non haberet. Obtendebat autem hæc Godefridus; vt, ſi votorum compos euaderet, Normannos ſuos in ſinu ac viſceribus IMPERII collocaret: vnde Galliſque pariter ac Germanis arma ex propinquo oſtenderet: occaſione vſurus quàm Fatine an Fortunæ benignitas ſubminiſtraret. ſin petita denegarentur, ſpecioſam belli cauſſam ipſam hanc repulſæ indignitatem habiturus. Intelligebantur artes, ſed pars obſequij in eo ne deprehenderentur. Proinde habito cum Henrico Duce (expertiſſimæ prudentiæ viro) ſecretiore conſilio, in hoc ſibi ante omnia incumbendum putauit; quò videlicet ipſum doli machinatorem ſuis artibus potius quàm aperto Marte anteuortere poſſet ac percellere. haud ignarus vtique cum propter impenetrabiles paludes, tum infinitos aquarum in diuerſa tendentium decurſus, inacceſſam cohortibus ac turmis militaribus Friſiam. Legatos igitur in ſuſpenſo habitos properè ad Godefridum remittit, aliud reſponſi nihil ad Regem ſuum relaturos, quàm curæ Imperatori

Ecce, vt perfidos nũquam cauſa deficiat, cur pacto non ſtent, ſemperq́ue aliquam fraudibus ſuis ſpeciem Iuris imponant: hinc quoties per cauillos & argutiolas, fœdera eluſa vidimus aut pacta? iſtorum hominum culpâ maximè, quibus ſatis eſt ſi quácumque rimam effugio reperiant: & ſtatim ex ſolutos ſe eſſe religione Sacramenti interpretantur.

Chronicon Burgundiæ nouas quaſdam aſſignationes in Galliâ, præter illas quæ iam illi attributa erant ab Imperatore, flagitaſſe Godefridum tradit, vel potius (vti Paulo Æmilio placet) ex Auguſtali Fiſco æs militare. Ceterùm mihi oculatam potius Reginonis Teſtimonij fidem ſequi ſtat ſententia, vt qui iiſdem quibus REX GODEFRIDVS temporibus floruerit, Hiſtoriamq́ ſuam ſcripſerit.

Ea Reginonis ſæculo Friſiæ (ſicuti & hodie aliquantâ ex parte) & harum regionum facies fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ratori fore ſcilicet Godefridi Regis poſtulata; eâque ſuper re breui Legatos ad eundem ſuos ablegaturum, mandatis ampliſſimis inſtructos quæ cum ſibi tum Regi imprimis conductura exiſtimaret. Rogare interim & pro IMPERII RO. Iure mandare, vti in officio ac fide quam inuiolatam hactenus cuſtodiuiſſet conſtanter porrò manere perſeueraret. Accelerata interim CAROLI AVG. cœpta: ſimul ad Godefridum Regem Colonienſis Epiſcopus Willibertus vnà cum Henrico DVCE ablegatus: qui ſecretò * Satellitibus ſuis imperat, vt maturatis per Saxoniam itineribus, non agminatim ſed ſparſim ſibi præſtituto anteà die & loco occurrerent. Atque ità compoſito dolo vterque (Dux inquam & Epiſcopus ſupradicti) pauciſſimis comitati, quò fraus quæ ſtruebatur occultior foret, in Batuam proficiſcuntur. Quorum aduentu cognito Godefridus, bonæ ſpei plenus rectâ iis obuiam procedit ad locum qui dicitur *Heriſpich*, circa initium agri * Batavi, in quo Rheni fluenta & Vahalis vno ſe alueo reſoluunt, longiuſque mox in diuerſa bifariam diſpartito curſu labentes, Batuam gurgitibus ſuis hinc inde circumcingunt. Vbi mox conuentu indicto multis vtrimque conſumptis verbis, ac die per altercationes ad occaſum vſque de-induſtriâ extracto; ſoluto colloquio Legati Imperiales Inſulâ excedunt, hoſpitia ſua repetunt:

Artifex arte ſuâ deluditur, atque in auctoris ipſius caput dolus conuertitur.

Cautè vtique ac circumſpectè.

Profeſſa perdunt odia vindictæ locum: Et, Doli non ſunt doli, niſi aſtu colas.

* Qui locus hodie Cliuici Iuris eſt, & vetuſtiſſimâ Arce Lobeco, & telonio pariter nobilitatus, vide Iunium Bat. cap. 8. hunc ipſum Reginonis locum paulo preſſius examinantem.

petunt: eodem poſtero die ſcilicet ad conſtitutum reuorſuri. Henricus ibi Epiſcopum adhortatur, vti die ſubſequenti * Giſlam vxorem Godefridi extrà Inſulam euocaret; animoſque muliebres ad pacis ſtudium ſuaſorio dicendi genere, hoc eſt, compoſita ad faciendam fidem oratione accenderet; interim ipſe apud Godefridum cauſam Eberhardi Comitis, (indignis ſe à Rege modis habitũ, perque ſummam violentiam rerum ſuarum poſſeſſione interuorſum conquerentis) in controuerſiam ac diſceptationem vocaret. Simul eidem Eberhardo perſuadet, vt in rem præſentem veniens coram de iniuriâ ſibi illatâ magnâ vocis contentione criminosè cum REGE expoſtulare pergeret. Quod ſimul atque factum eſſet, Godefridus animo ferox ac vera audiendi inſolens, Comitis ditioni ſuæ ſubditi confidentiam ore ac more Regio ſtomachosè & neſcio quo aſperioris dicti aculeo contumelioſè increpuit. Ille contrà iræ quàm deprecationi propior; nec linguâ ſed manu offenſas ſuas vindicare paratus, gladio repente euaginato ſummis viribus adniſus caput Regis ingenti plagâ conſauciat. Vnde idem mox humi è ſolio ſuo prouolutus ac reſupinatus, priuſquàm de terrâ erigi ac ſuſtolli à ſuis poſſet, repetitis idemtidem vulneribus ab Henrici porrò ſatellitibus confoſſus moritur. Cui Regiorum item ſatelli-

Godefridi Normannorum Regis cædes in Batuâ Inſulâ per Carolum Craſſum Imp. procurata.

Credula res mulier.

** al. Giſelam, Lotharij Regis ex pellica tu filiam.*

Eberhardum iſtum Saxonem alibi vocat Regino, Meginardi Comitis & Eneſſæ filiũ. quem in obſidione Neomagenſi captiuum à Normannis abductum magno ære redemtum poſteà parens ſua incolumẽ, ad ſe recepit, vti apud eũdem Hiſtoricum legitur.

Quid enim violentius aure Tyranni? ita plærumque formatâ, vt aſpera quæ vtilia, & nihil niſi iucũdum & læſurum accipiat.

Godefridi Regis ac Normannorum in Batuâ cædes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tum cædes adiecta, omneſque ad vnum Normanni, quicunque per totam Inſulam vſpiam locorum reperiri potuere, promiſcuè trucidati. Nec multis interpoſitis diebus occiſi Regis affini Hugoni (pellacibus Henrici Ducis pollicitationibus ad Gundulphi Villam in vincula & cuſtodiam coniecto) iuſſu Imperatoris oculi eruuntur: cunctiſque eiuſdem factionis affinibus prò meritis cuique ſuis condigna ignominiæ nota inuritur. Poſt hæc idem Hugo ille quem dico, in Alemaniam ad Monaſterium S. Galli mittitur, atque illinc porrò in patriam reuocatus; nouiſſimè temporibus Zundibolchi Regis in ſecretum Prumienſis Monaſterij ſepoſitus, non ità multos poſt annos inibi moritur ac ſepelitur. Hæc noſtris verbis ex Abbate Prumienſi tranſcripſimus; Reginone inquam, non tam auriti quàm oculati Teſtimonij Hiſtoriographo; vt qui ipſum illum Lotharij REGIS Filium Hugonem in Abbatiâ ſupradictâ, ex veteri Monaſticæ diſciplinæ formulâ, ſuapte manu attonſum fuiſſe diſertiſſimè * affirmet. A quo eidem ipſi quem dico, totius rei geſtæ veritatem in quæſtione exſculpere perfacile vtique atque in procliui fuit. Cuius nos quoque narratoris veſtigiis inhærentes, hanc Batauicæ hiſtoriæ partem aliquantò fuſius explicare atque extendere haud alienum inſtituto noſtro cenſuimus; non tam Gode-

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci Deſcendunt Reges, & ſiccâ morte Tyranni.

Auriteam quæris? hic oculata fides.

fridi Regis, quàm communis Patriæ; cum verò popularium meorum cauſsâ maximè, in quos Rex ille multò ſuperbiſſimus adeò inclementer atque immiſericorditer Ius Principatûs exercuiſſe à Chronicorum noſtratium compoſitoribus memoratur, vt vniuerſos vtriuſque FRISIAE populos non prò Dotali gente aut ſubditis (vti fuerat æquum) ſed verò prò viliſſimis mancipiis, ac tantum non captiuis habuerit. Neque illum CHRISTIANI Nominis reuerentia, aut affinitatis cum Regio Francorum ſanguine initæ reſpectus, ab innatâ barbarici animi tyrannide inhibuit; quò minus populos ingenuos, ac nomine ipſo auitam Libertatem præ ſe ferre ac profiteri conſuetos, grauiſſimo ſeruitutis iugo oppreſſos eò miſeriarum redegerit, vt vniuerſi & ſinguli palam per compita ac vicos ſuos infamem collo laqueum circumferre coacti; vicinis omnibus miſerandum rerum humanarum ſpectaculum præberent.

Miſera & plus quàm ſeruilis Friſicæ nationis ſub Godefrido Normannorum Rege conditio.

Alluſum ad vetus dictum quo Friſii vulgo ſe vēditare conſueuere, Frij Frieſen.

Ità vt improbabile haud ſanè videatur, Godefridi Regis obitu Friſiam cum adiectis prouinciis magnâ externæ Dominationis parte ac Barbaricæ ſeruitutis iugo liberatos fuiſſe: niſi Rex Sigefridus ſocius ipſius ac collega in viuis etiamdum reſtaret: vindex (vti putabatur) in tempore adfuturus, * Qui Lotharingiæ parte occupatâ, deguſtatâ iam toties Francicæ prædæ dulcedine illectus, annuas CAROLO Imperatori

A. DCCC. LXXXVI.

Sigefridus Rex Godefridi ſocius, tum necis ipſius vindex.

** Eundem Regem à Friſiis poſteà interfectū tradit Crantzius, ſubſcribente Rerum Friſicarum Hiſtorico Vbbone Emmio, libro Hiſtor. ſuarū quinto.*

Cuius ductu atque Auſpiciis nullum Chriſtianos inquietandi finem faciunt Pagani.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ratori moleſtias faceſſere non ceſſabat: eò vſque confidentiæ progreſſus, vt motis Louanio caſtris, triginta amplius armatorum millibus inſtructus, Lutetiam Parthiſiorum obſidione vallaret: certiſſimum obſeſſis, niſi properè deditionem facerent, exſcidium interminatus. Ad quos diſcrimine eximendos Imperator cum vtriuſque Regni copiis Ducem ſuũ Henricum (Godefridi, vti diximus, interfectorem) ſubſidio miſit. Qui in ipſo aditu præparatis ad hoc Normannorum inſidiis circumuentus, occiſi Regis Manibus ſanguine ſuo parentauit: Principiq́ue atque Imperio vniuerſo luctuoſum ſui deſiderium reliquit. Sed neque ipſe Imperator totâ Principatûs ſui mole accinctus, & cum immenſo exercitu accurrens aut ſoluere obſidionem, aut rebus afflictis momenti quidquam adferre valuit: cunctator ingenio, & qui cum Paganis bonâ Regni ſui parte decidere, quàm pugnæ caſum tentare tutius conſultiuſque iudicaret. Proinde vt à reliquâ Galliâ, eiuſque populatione abſtinerent, conceſſione Neuſtriæ malè adhuc parentis, Auguſtiſſimumq́ue Caroli Imperium ſtudio Ludouici Regis palam detrectare auſæ; ſummâ cum vtriuſque partis voluntate obtinuit. Vnde ex eo tempore pars illa Franciæ, quæ ab Eptâ flumine ad Britonas vſque Gallico Oceano terminatur, à Paganis victoribus incoli cæpta paulatim

Henricus Dux ab Auguſto contrà Normannos cum exercitu miſſus, inſidiis corumdem circumuentus cadit.

Normanni victores conceſſione Neuſtriæ ab Imperatore Craſſo placantur pacanturq́ue.

Sic voluenda ætas commutat nomina rerum.

A. DCCCLXXXVII.

latim in Normannorum nomen ac ditionem conceſſit. Neque multò poſt Carolo Craſſo, quòd tantæ rerum moli impar videretur, Imperium omne de communi Optimatium ſententiâ abrogatum. Ità vt eidem, nouo prorſus exemplo atque in eum diem inaudito, Curator etiam publicitus daretur Carolomanni filius nomine Arnulphus, nepos patruo. Sic Rex ille Regum omnium poſt Caroli Magni ac Ludouici Pij Principatum maximus atque Auguſtiſſimus, repente à faſtigio tantæ Maieſtatis ad extremos egeſtatis terminos deiectus, bonis initiis malos exitus habuit.

Carolus Craſſus, quòd ſiue ætatis (erat enim adoleſcens) ſiue naturæ vitio ſuis publicisque rebus tractandis ſupereſſe non poſſet, vel (ſicuti aliis placet) quod morbo fractus nec mente conſtaret, nec valeret corpore, Imperio cedere iubetur, eiuſque in locum Arnulphus Carlomanni filius ſurrogatur: nouo prorſus exemplo, nepos patruo Curator pariter ac ſucceſſor datus.

Tradunt illorum temporum Scriptores eò anguſtiarum redactum fuiſſe Craſſum, potentiſſimum antea Imperatorem, vt paulò poſt ex inediâ & mærore, quũ vix vita ſuſtinenda neceſſaria eidẽ à fratris ſui filio (Arnulpho inquam) ſuppeditarẽtur) inignobili Sueciæ Pago vitam finierit.

A cuius deceſſu quum nihil in commune conſuleretur, magni per omnem Europam bellorum motus excitati, ac nouorum paſſim Principatuum iacta fundamenta, ſingulis ad ſe trahentibus quæ vnius anteà Imperio continebantur. Vnde RESP. CHRISTIANA quæ in medio erat paulatim carpta & per partes dilacerata. non quod ità effœta id temporis foret FRANCIA, vt neminem inter tot tantoſque Regni Principes haberet qui par negotiis & cuius ſuffecturis humeris tantæ molis pondus crederetur; ſed quia nimia inter ipſos æqualitas (id quod prudenter vtique ac politicè à Reginone animaduerſum) æmulationem pareret, atque inteſtinis diſcordiis facem præluceret: nemine tantum inter Collegas ſuos præcellente, vt eius

Magni poſt Craſſi Imp. obitum per vniuerſam Europam ex Chriſtianorum Principum ambitione ac factionum ſtudiis ciuilium diſcordiarũ motus excitati.

Nulla fides Regni ſociis, omniſque poteſtas Impatiens conſortis erit.

A. DCCCLXXXVIII.

Certamen virtutis inter Magnates, & ambitio gloriæ, fælicium hominum affectus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

eius auctoritati cæteri ſe ſubmittere dignum ducerent. Vnde deploratiſſimus Galliarum ſtatus vel hoſtibus ſuis (Paganis inquio) commiſerandus videri poterat, niſi ipſos tum prædæ cupido tum quiduis impunè patrandi licentia, ad morem animo gerendum, vrgendoſque porrò ſucceſſus ſuos, velut ſtimulis quibuſdam incitaſſet, diſcordantibus (vti dictum) inter ſe Chriſtianæ rei Vindicibus, quos Fortuna æmulatione virtutis, ac potentiæ adipiſcendæ, in perniciem mutuam armauerat: nuſquã interim quieſcentibus Normannis, qui Fœdus quod cum Carlomanno pepigerant, eiuſdem Regis morte extinctum, prauè ac præpoſterè interpretantes, in omnes occaſiones arrecti intentique, Parrhiſiorum Vrbe nequicquam iterum tentatâ, omnem belli impetum in Burgundos conuertêre, vbi ad Senonum Ciuitatem caſtris poſitis totos ſex menſes in obſidione perſeuerarunt: cæterum ciuibus ſtrenuè repugnantibus nihil operæ pretij fecere; niſi quòd receptui canere compulſi (poſteaquàm vniuerſam pænè Burgundiam ſtupris, cædibus, rapinis, incendiis fœdauiſſent) Pariſios denuò ſummis viribus oppugnare aggreſſi ſunt. Vnde re infectâ, paucis diebus interiectis, per Sequanam cum claſſe Matronam fluuium ingreſſi, captæ prius ab ſe ac direptæ Trecarum ciuitati flammas iniiciunt,

Vide per Deum, quæ in plurium imperio eueniant.

Pariſiorum Vrbem iterum obſident Normanni.

Senonum Ciuitati à Normannis obſidio facta, ac ſex menſes cõtinuata.

Pariſiẽſes denuò à Normannis oppugnati.

Incaſſum, ac ſine effectu.

Trecarum Ciuitas ab iiſdem direpta incenſaque.

Ver-

*Quæ Viridunum, & Tullum appellantur à Sigeberto.

*Verdenſique ac Tullenſi oppidis tenus, cuncta circumquaque depopulatur. Quibus ex ſententiâ patratis, rurſus ad Lutetiam ſummâ ope expugnandam reuertuntur, ſeptimum iam annum per interualla temporum ſpe ſuâ in eius Vrbis oppugnatione fruſtrati. Id quod Ciuium maximè vigilantiâ ac propugnatorum robore eueniſſe, omnes illorum temporum Scriptores vno ore conſentiunt. Vnde deſperatâ tandem Lutetiæ deditione, in Britanniam minorem (recentibus adhuc Alani atque *Inhaelis* diſſidiis turbatam) impetum faciunt, inibique cum Britonibus male inter ſe concordibus acie congreſſi, magnâ & memorabili ſtrage editâ, immanes Chriſtianæ gentis aceruos fecere. Quæ tamen tantum abeſt vt militares illius gentis ſpiritus aliquâ ex parte infregerit, vt reconciliatis iis cum quibus anteà diſcordauerant, atque inſtaurato exercitu, belli aleam deintegro periclitari auſi, duobus ingentibus præliis ex ſententiâ patratis, ita Paganorum vires animoſque attriuerint atque contuderint, vt de quindenis armatorum millibus vix quingenti ad claſſem ſuam incolumes euaſerint. Quæ res omnes ad vnum Normannos totâ protenus Britanniâ coëgit excedere, Britonaſque in poſterum ab eorundem infeſtatione tutos ſub Alani Principatu vſque ad ipſius deceſſum præſtitit. Sed ne ſic quidem, quamquam

Lutetia Pariſiorum tertium ab Normannis obſeſſa.

A. DCCCXC.

Inuicta Ciuium Pariſienſium in ſeptennali Vrbis ſuæ obſidione ſuſtinendâ fortitudo ac perſeuerantia.

Widicheil appellatur à Reginone.

Britonum ſtrages.

Eorundem iteratæ de Paganis hoſtibus victoriæ.

Macte.

Dux gente hac dignus, gens Duce digna ſuo.

Nullum in Chriſtianos debacchandi finem faciunt Pagani.

A. DCCC XCI.

tam graui plagâ à Britannis acceptâ, finem in Chriſtianos debacchandi fecere, ſed reliquiis claſſis ſuæ in Lotharingiam traductis; ac reparato ex ſociis exercitu, caſtra in eius Regni confiniis metati, more ſuo prædas agere haud ſegniter intenderunt,

Arnulfus Aug. maximis copiis inſtructus ad Chriſtiani nominis hoſtes debellandos accingitur.

Contrà quos Arnulfus (Craſſo in Imperio ſucceſſor) maximis copiis inſtructus proficiſcitur; fixiſque ad Moſæ ripas tentoriis, tranſitu fluminis hoſtem prohibere nititur. Sed quùm nondùm omnes ad præſtitutum caſtris locum Cæſarianæ copiæ in vnum conueniſſent;

Primi Normannorum aduerſus Arnulfum Imp. ſucceſſus.

Normanni ſuperiora tenentes, haud procul Leodio Moſam tranſierunt, relictiſque à tergo hoſtibus per ſaltuoſa loca & paluſtria Aquenſi Ciuitati contigua ſe ſpargunt: omnibuſque quos per vias obuios habuere trucidatis, vehicula ac plauſtra quibus annona atq. commeatus ſubuehebantur ex itinere intercepta diripiunt.

Cauſſa. quia inopinata maximè mouent: & (vt Vegetius ait) ſubita conterrent hoſtes, vſitata vileſcunt. videbiſque militem interdum vanis & inanibus magis quàm iuſtis formidinis cauſſis moueri.

Ipſo Nat… tio die S. I… hannis Ba… ptiſtæ.

Quæ fama quum ad Cæſarianorum militum aures permanaſſet, tum verò ſtupor & veluti horror quidam Panicus omnium mentes occupauit. Principes autem militari concione aduocatâ, quodnam in re adeò trepidâ conſilium potiſſimum capiundum inter ſe anxij deliberant;

Ripuarij vbi.

Chriſtianorum inter ſe Procerum deliberatio, de ſummâ rei anxiè ſatagentium.

vtrúmve per * Ripuariorum fines properè Coloniam tendant, atque inde per Pruniam iter capeſſentes, Treuiros verſus agmen dirigere maturent; an verò Paganorum multitudinẽ veriti, tranſuadato Moſâ ad

* Ribuari… legitur in Regino…

ſâ ad

ſâ ad Claſſem curſum deflectant. Inter quæ noctis ſuperuentu concio dimittitur. poſtero autem die ſimul atque illuxiſſet, vniuerſi armantur, expanſiſque ac ſubrectis in altum vexillis ſecundi fluminis ripam tenentes ad pugnam progrediuntur. Quumque iam torrentem qui *Gulid* dicitur tranſiſſent, acies pariter vtrimque ſubſtitere. Hinc de communi ſententiâ ſtatutum, ne videlicet incaſſum vniuerſus ſimul exercitus atque irrito labore fatigaretur; vt procerum ſinguli ſingulos duodenos milites ex ſuorum numero præmitterent, qui in vnum corpus collecti agminatim exploratum irent hoſtiles copias. Hæc agentibus, ſubitò apparuere Normannorum ſpeculatores; quos quum incondita multitudo inconſultis ducibus confuſè ac ſine ordine inſequeretur, in Vicum neſcio quem dilapſi, peditatum hoſticum offendunt, qui in vnum conglobati nullo negotio ſparſim ſuperuenientes repellunt ac retrocedere cogunt. Deinde concrepantibus ex more pharetris, pugna committitur. Audito clamore Equites Normannorum ſummâ cum celeritate aduolant, mox ingraueſcente certamine Chriſtianorũ exercitus conciditur, reliqui ſaluti ſuæ fugâ conſulere coguntur. In eo prælio, præter Moguntinenſem Epiſcopũ, Sunzo & Arnolphus Comites, cum frequente Nobilium turbâ occubuere. Pagani victoriæ compo-

Ad hũc Torrentem fortaſſe, ſtragiſque ad eum factæ memoriam, Iuliacenſis Ducatûs, (qui vernaculo ſermone Gulic *ſonat) primigenij nominis Etymologia referenda.*

Torrens *Gulid.*

Exploratio in hoſtes vtilis: & pulchrum illud in Annibale Elogium: *Omnia ei hoſtium, haud ſecus quàm ſua, nota erant.*

Chriſtianorum ſtrages.

Moguntini Epiſcopi ac duorum Comitum cædes.

tes caſtra diuitiis rerumq́ue omnium bonarum affluentiâ referta inuadunt, atque interfectis captiuis onerati prædâ ad claſſem reuertuntur. Incidit verò hæc clades in diem VI. Kal. Iul. Anni DCCCXCI.

Arnulphus Imp. Sclauorum rebellione caſtigatâ ad Normannos pariter debellandos viam affectat.

Intereà dum hæc aguntur, Arnulphus Imp. in Baioariorum finibus agitabat, Sclauorum Morauorum inſolentiam caſtigans. cui nuntiatâ ſuorum ſtrage, hoſtiumq́ue victoriâ, non tam iacturæ quàm ignominiæ magnitudo generoſum Principis animum grauiſſimè vlcerauit, quòd Francos hactenus inuictos terga aduerſariis dare haud puditum eſſet. Deinde de neceſſitate (quod aiunt) virtutem faciens in hoſtem accenditur, collectoq́ue ex Orientalibus Regnis exercitu Rhenum tranſgreſſus, circà Moſæ fluminis ripas caſtra metatur. Interiectis aliquot diebus Normanni prioris pugnæ ſucceſſu elati totis viribus ad conſuetas ſibi prædationes proficiſcuntur, aduerſus quos Rex Arnulphus cum expedito ac leuis armaturæ Equitatu ad pugnam procedit. Illi animaduerſo acies appropinquare, propè fluuium qui *Thilia* dicitur, lignorum ac terræ aggeſtu more ſuo ſe communiunt; conuiciiſq́ue & cachinnis Imperiale agmen inceſſunt, non ſine inſultatione ac deriſu identidem ingeminantes, vt reminiſcerentur *Guliæ*, tum pudendæ fugæ ac ſtragis quam grauiſſimam pertuliſſent; conſimilia portò eis modicum tempus

Incredibile eſt, nimia fiducia quantæ calamitati ſoleat eſſe.

Imperator hoſti obuiam it.

Thilia fluuius, hodie *Dilia*, nobiliſſimas vrbes Machliniam ac Louanium interfluens, amnium delicatiſſimus, ac SECVNDI carminibus DELI Titulo nobilitatus.

pus paſſuri. Rex indignitate rei commotus Equites ex ephippiis iubet deſcendere, & pedeſtri congreſſione cum aduerſariis decertare. qui dicto citius factâ ex equis in planum deſulturâ, horribili clamore ſublato, præſidium inimicorum leui ceſpite ac tumultuario opere exſtructum repentino impetu irrumpunt: Deoque VI-TORE vires cælitùs ſubminiſtrante Paganos vſque ad internecionem ferro concidunt ac peſſundant. ità vt ex infinitâ adeò Normannorum multitudine vix ſuppeteret qui rei tàm improſperè geſtæ ſociis ac commilitonibus ſuis ad claſſem nuntium reportaret. Hactenus* Regino; cui Gemblacenſis etiam Sigebertus cum Ottone Friſingenſi Epiſcopo aſtipulatur: non expreſſo tamen cæſorum numero, quem ad miraculum vſque proceſſiſſe, & modò non centies mille capitum ſummâ ſupergreſſum † Adamus Bremenſis, *Helmoldus, cum Alberto Stadenſe vno ore concorditer affirmant, huiuſmodi ferè verborum ornatu vſi:

Quò videlicet militibus, exæquato periculo, animus amplior eſſet: an potius, quòd hoſtili vallo expugnando peditum quàm equitum vſus opportunior.

*Chronicorum lib. II.

†Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. XL. id ipſum ſe ex Francorum Hiſtoriâ depromtum referre teſtatus. Ego tamē de finibus Danorū ab Arnulpho Imp. aditis nihil apud Francorum Scriptores memini me lectitare. niſi ſi fortè Lotharingiæ Regnum Danico Limiti contermimū fuiſſe id temporis credi poſtulet ſibi: ab eâdem gente illâ quam dico per interualla temporum iam aliquamdiu non quidem Vindiciarum, ſed belli iure poſſeſſam, vel interruptâ potius idētidem poſſeſſione per vim (vti ICti noſtri loquūtur) vſurpatam.

*In Chronicis Slauorum lib. I. cap. 7.

Arnulphus Caroli Craſſi ſucceſſor congregato exercitu fines adiit Danorum; eoſque multis grauibusque prælijs ad internecionem pænè deleuit. Bellum cœlitùs adminiſtratum. Siquidem centum millibus Paganorum proſtratis in bello, vix vnus de Chriſtianis cecidiſſe repertus eſt. Et ità exſtincta eſt perſecutio Normannorum, DOMINO vindicante ſanguinem ſeruorum.*

*In acie, voluit dicere.

„ *uorum ſuorum, qui iam per annos* LXX. *effu-*
„ *ſus fuerat.*

Cuius tamen cladis magnitudine non contentus Abbas Stadenſis, binos inſuper Normannorum Reges (Godefridum puta ac Sigefridum) in eodem pariter conflictu oppetiiſſe, ſic quaſi pro comperto aſtruere non dubitat. Quod quidem in partem fortaſſe verum; dimidiatim dico, non in totum: vt ad Sigefridi Regis cædem Stadenſis illa Chronici particula referatur ſcilicet. Etenim ad GODEFRIDVM illum, LOTHARII REGIS generum, quî poteſt? quem in BATVA Inſulâ per fidem inſidioſè interfectum, narrauimus ſuprà. Cui errori tamen ANNALIVM FVLDENSIVM Auctoritatem ſuffragari videmus: qui eo in prœlio haud binos REGES modò (quos dico) ferro interemptos aſtruunt, verùm etiam XVI. REGIA Signa NORMANNIS erepta, eaque in Baiowariam tranſmiſſa fuiſſe: tantæ nimirum Victoriæ fidem ſpectantibus potius quàm audientibus factura. In cuius magnificâ adeò ac gloriarũ plenâ Deſcriptione Chronologorum eius ac ſequentis Æui diſſenſum haud abs re fuerit penſiculatius aliquanto exactiuſque conſiderare: in Temporum (inquam) rectè ne an ſecus ratione ad Calculorum examen reuocandâ ac ſubducendâ. Siquidem Abbas Vrſpergenſis in nonageſimum ſuprà octingenteſimũ eam Nor-

Diſſentiente ab hac opinione VBBONE EMMIO noſtro, qui Sigefridum Regem, poſt obitum Godefridi, palam ſe prò hærede ipſius gerere, ac Dominationem à Rege illo in Friſios importuniſſimè exercitam in ſe transferre, ac continuare porrò aggreſſum; ab iiſdem Friſiis (frenum mordentibus, atq. in Libertatem ſemet vindicãtibus) vitã vnà cum Tyrãnide, quam tueri ferro cupiebat, eodem ferro amiſiſſe; Libro Hiſtoriarũ ſuarum V. diſertiſſimè teſtatur.

Chronologorum mediæ ætatis in annorum computatione diſſenſus.

Normannorum reiicit cladem. Alij (in quibus princeps Abbas Prumienſis * Fuldenſibus Annalibus ſubſcribens) vnius anni modò adiiciunt incrementum. Sigebertus verò toto poſt quadriennio hæc eueniſſe videri cupit. Cui annorum ſummæ totum penè octennium detrahit * Marianus Scotus: in annum ſcilicet DCCCLXXXVII. eam referens ſtragem. Quam quidem ARNVLPHI Imperatoris Auſpiciis, cæterùm ductu maximè ac ſollertiâ OTTONIS,* Roberto Andium Duce generati) idem patratam, neque obſcurè ſanè neque tralaticiè teſtatur. Leuior porrò in cæſorum numero variatio: in quorum tamē ſummâ amplificandâ Scriptorum eius æui intemperantiam ſatis pòl nequeo demirari. Et quanto circumſpectius Calculatores illi, qui Reginonis (ſicuti apparet) exemplum imitati, peremptorum ſummas concipere non auſi, ſatis ſuperque habuere ſi ex infinitâ illâ Danorum ac Normannorum gentis multitudine innumerabiles cecidiſſe confidenter prædicent. Nam cui obſecro fiat veriſimile, centenis millibus ex parte Paganorum (vti ſuperius narratum) prò vallo ac caſtrorum ſuorum defenſione interfectis, vnius non amplius capitis iacturâ CHRISTIANIS hanc Victoriam conſtitiſſe? præſertim quùm ex Annalium Fuldenſium fide nobis exploratè conſtet, durè aſpereque admodum, hoc

eſt,

*Qui induſtria C. V. Marquardi Freheri, poſt Editionem illā Pithœanā, cum nouâ hac ac genuinâ ſuâ Inſcriptione, tum luculentis annorum aliquot acceſſionibus haud auctiores modò, ſed & multis partibus emendatiores in lucem nuper prodiere.

* Cuius ratiocinationi Abbas item Stadenſis ſuffragatur.

* Quem prò altero ſæculi ſui Machabæo habitum & celebratum fuiſſe, ex Annalium Fuldenſium fide memorauimus ſuprà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

eſt, ancipiti Marte à Paganis decertatum fuiſſe. At enim verba ipſa Hiſtorici ei ætati ſupparis melius fuerit in commune legentibus proponere: Ea verò ſic habent:

Euaginatis gladiis ex vtrâque vt lapis ferro in inuicem ab inuicem concurſum eſt. Erat autem ibi gens fortiſſima Danorum (quæ nunquam antea in aliquâ munitione & capta & ſuperata auditur) durè certatum eſt, ſed non indui, *ſubueniente gratiâ* DEI, *Victoria ad* CHRISTIANOS *conceſſit. Nordmanni fugæ præſidium quærentes, flumen (quod anteà eis à tergo prò muro habebatur) prò morte occurrebat. Nam inſtantibus ex alterâ parte* * *cæde Chriſtianis, coacti ſunt in flumen præcipitari, coaceruatim ſe per manus & colla cruribuſque complectentes in profundum per* * *centena & millia numero mergebantur. ita vt cadaueribus intercepto alueo amnis* * *ſiccum appareret. In eo prælio cæſi ſunt duo Reges eorum, Sigefridus ſcilicet & Godefridus, Regia ſigna* XVI. *ablata, & in Baiowariam in teſtimonium tranſmiſſa ſunt. Eodem in loco die. Kal. Leitanias Rex celebrare præcipit: ipſe cum omni exercitu laudes* DEO *canendo* * *proceſſit: qui talem Victoriam ſuis tribuit, vt vno homine tantum occiſo de parte Chriſtianorum (quod compertum eſt) tanta millia hominum ex altera parte perierint.*

Quæ Hiſtorica rei geſtæ explicatio nonnihil in ſe contrarietatis habere, ac tantum non pugnantia ſecum quodammodò loqui videtur, dum durè aliquantiſper, hoc

eſt,

Danorum gentis ab indomitâ animi firmitudine Elogium, quorũ laus propria fuiſſe illis temporibus videtur, præſidia cum curâ & fide agitare, ideſt, locorum munitiones ſibi concreditas ab omni vi hoſtili pertinaciter tueri ac defenſitare.

*prò Fundo, ſiue vado potius.

Hanc Hiſtoriæ particulam Veritatis lãpade admotâ illuſtratam refutauimus ſuprâ.

Vides, quàm aſſeuerãter & pro comperto periculum Veri in ſe recipiat Auctor iſte ἀνώνυμος.

*Reſcribe diu, prò longum.

*malim ... di.

*Sententia postulare ... detur, ... tena ... reſcribere.

*Chriſtiana Pompa ... lennitas ... Auguſtino ... ipſe ... fuit) ... plicatio ... proſperè ... ſta ergo ... cretabat ... que pub... tus.

*Inde pro... ceſſit ...

eſt, ancipiti pugnâ atque in neutram partem inclinante Victoriâ à Paganis decertatum fuiſſe, fidem nobis eius prælij narrator facere conatur; quos idem tamen eueſtigio, indecoræ fugæ notâ ſuggillatos, turpi formidine per caputque pedeſque in *flumen quod à tergo erat præcipites iuiſſe, verbis multò diſertiſſimis teſtatur; Danicæ illius fortitudinis (quàm Anonymus iſte Scriptor tantopere antea deprædicauerat) in vniuerſum oblitos. Illud inſuper me mouet, quòd Signorum (quæ in Cæſarianorum poteſtatem deuenere) ſiue vexillorum hoſtilium paucitas (ſi quidem interfectorum aceruos Analogicè conſideremus) haud ſatis cladis huius magnitudini reſpondere videatur. Quæ ſi tanta ac talis fuerit, qualem quantamque eam plærique omnes tam Normannicarum quàm Francicarum rerum Scriptores cōcinnant nobis; non eſt vt vllam vnquam de Paganis hoſtibus Victoriam minore CHRISTIANORVM ſanguine comparatam exiſtimemus. Vt vt eſt, tametſi de interfectorum numero controuerſiam eius æui Calculatoribus haud iniuriâ ſanè neque calumnioſè facere poſſimus, magnam tamen Victoriam fuiſſe vel ex eo apparet, quod & caſtra aduerſariorum vno eodemque impetu capta, & Thiliæ amnis (in cuius ripis pugna hæc depugnata) obſtructo cadaueribus alueo, curſus interceptus, vado-

*Thiliam.

Signorum Normannis ereptorum paucitas haud ſanè pro cæſorum multitudine, κατ' ἀναλογίαν ſcilicet.

ſuſque ex eo, peditique etiam peruius fieri cœptus: tum quod alteram Normannorum manum, qui id temporis ad Moſam fluuium ſtatiua habebant, tam male pugnatæ popularium ſuorum pugnæ nuntio accepto, Cæſarianorum metu nuſquam poſteà aperto campo committere ſe auſos, per Arduennæ Syluæ deuia ac diuerticula ad naues demum ſuas opimâ prædâ oneratas dilapſos, in tutũ porrò trans mare, id eſt, in patriam ſeſe recepiſſe, de * Reginone didici: Reginone inquam, qui & ipſe damni à Paganis id temporis Abbatiæ ſuæ Prumienſi illati conſors ac particeps factus, non auritâ verùm oculatâ fide eiuſce rei memoriam Chronicorum ſuorum Tabulis conſignauit. Et quis, poſt tantam Normannorum pariter ac Danorum gentis occidionem, futurum vnquam credidiſſet, vt à Populis illis Borealibus rei prætereà CHRISTIANAE incommodi quippiam impendêret in poſterum, nedum grauior aliqua vexatio eſſet metuenda? Atqui non leuius redintegratis ex improuiſo viribus, ſexennio poſt hanc cladem, ea ſe natio commouit: & fuit in ROLLONE eorum Duce, quod poſt Rabbodum, Haſtingum, Godefridum REGEM timeretur. Is igitur Illuſtri genere inter ſuos natus, comparatâ claſſe cum annonæ prouiſu, tum armis, telis, omnique naualium copiarum genere inſtructiſſimâ, rectà in Angliam

*Abbate Prumienſi, particulatim ac diſtinctè abitionē illorum explicante. Quâ de re ita breuiter Sigebertus: A. 895. Normannorum reſidui tranſuadato Moſâ Ribuariam & Arduennam vaſtando peruagantes, trans mare recedunt.

Rollo, Normannorum Dux, cum nouâ popularium ſuorum manu adueniens collapſas eorum res felici auſu ac ſucceſſu reſtituit.

A. DCCCXCV.

Adi Cra[...] zij Metr[...] lim lib. [...] cap. XIX. [...] & ſequen[...] bus: item [...] bonem Em[...] mium Rer[...] Friſicarum lib. [...]

gliam curſu inſtituto, ante omnia cum gentis illius Rege Aluredo Societatis fœdus componit: eo animo atque conſilio, vt hibernis inibi exactis, impetrato à Rege commeatu, auctuſque inſuper non ſpernendo militarium virorum ſupplemento, in proximi veris tempus Franciam verſus iter ſuum auſpicatò dirigeret: ſomnio (vti perhibent) monitus, quo laborum ei requies ac tranquilla ſedes in maritimis exoptati illius Regni partibus ſedes portendebatur. Vnde bonæ ſpei fiduciâ plenus, velis in altum datis, tempeſtate ſubitò exortâ deſtinatum ſibi ab initio curſum neque tenere neque exſequi potuit; ſed ventorum arbitrio retro in Walachriam (Zelandiæ Inſulam) reiectus: quùm exſcenſionem in terram facere cum ſuis vellet, portu eum prohibentibus Inſulanis, ferro viam ſibi inuenire habuit neceſſe. Quâ in re votorum compos effectus, omniq́ue iam Inſulâ in Rollonis poteſtatem redactâ, quùm hoſpitum iſtiuſmodi commorationis tempus longius inibi ac diuturnius quàm prò incolarum ſpe fore appareret: Walachrienſes veriti ne perpetuam ſedem ſibi ac ſuis in eâ porrò Inſulâ firmare ac ſtabilire in poſterum perſeuerarent Normanni; ad eos vi maiore armorum pariter atque animorum niſu aggrediundos, ſimulq́ue ac ſemel totâ (ſi fieri poſſit) Zelandiâ in perpetuum exturbandos, nihil prius habuere,

Cum Aluredo, Anglorum Rege, amicitiæ Fœdere ſociatur.

Walachria, Zelandiæ Inſulâ (quæ antiquum etiamnunc nomen obtinet) vi potitur, reſiſtentibus nequidquam Inſulanis.

Qui mox fræṅum mordentes ex propinquo vndique auxilia accerſunt ſibi, Limitaneorũ Principum ac Sociorum Fide imploratâ.

buere, quàm per occultos nuntios Marchionum in proximo, hoc eſt, Limitaneorum Principum Fidem implorare: nec non vndequaque ex ſociis furtim auxilia pellicere. præſertim animaduerſo, nouo è Britannis annonæ recens tranſmiſſæ ac militarium copiarum prouiſu; ſimul duodenarum nauium acceſſione auctam Normannorum claſſem. Vndę *liquido apparebat*, Rollonem ad Dominationem ſibi quouis pacto parandam aditum quærere, atque hanc conſiliis ſuis viam quodammodo præmunire, conſcio iampridem Anglorum Rege, atque in communionem tam horribilis ſecreti neque temerè neque temerariè aſſumpto. Solicitatio Walachrorum non modò Reinerum Longicollũ Basbacenſium Ducem è proximo, ſed *Radbodum* etiam Friſicæ gentis Principem ad ferendas amicis ac vicinis ſuis ſuppetias exciuit. Sic coniunctis in vnum exercitibus, magno vtrimque ânimorum robore concurſum. his prò prædâ, gloriâ, ac Dominatu, illis prò ſuâ coniugumque ac liberorum ſuorum libertate, prò Aris ac Focis, prò animarum denique atque corporum Salute pertinaciter depugnantibus; donec ad extremum ſuperante Fortunâ Rollonis inſulares victi. Vnde caſtellis, vicis, oppidiſque miſerabili direptione vaſtatis, in vrbanos iuxtà ac ruſticos multò infeſtius quàm vnquam anteà deſæuitum; tanquam perduelles, &

Atque illi haud ſegniter ſuppetias accurrunt.

Fit prælium acre, gliſcit armorum furor.

Rollo victoriæ compos de Inſularibus ſe vindicat.

&(ſi eadem porrò opportunitas ſe offerat) in tempore iugum excuſſuros. Neque contentus Rollo in Walachrorum contumaciâ vindicandâ amaritudinem inimici ac barbarici animi impleuiſſe; Inſulamque vniuerſam caſtellis paſſim per opportuna loca diſpoſitis ac militaribus præſidiis muniuiſſe; niſi inſuper expedito infeſtoque agmine partem ſecum copiarum rectà raperet in Friſiam: Radbodo ſcilicet, æquiſſimâ Talionis Lege, iniuriam repoſiturus in ſuo, quam ille ſibi in alieno intuliſſet. Et Rollo quidem cum ſuis in Radbodici Iuris ditionem expoſitus. Contrà quem Friſij & cohortationibus Ducis ſui, & ſe ipſi ſtimulantes, armati atque animati probè, rectà obuiam procedunt: certi obſtinatique aut glorioſam ex hoſte Victoriam domum reportare; aut fortiter præliando, prò Patriâ, prò Libertate, pro re CHRISTIANA denique viuendi pariter ac moriendi finem facere. Quod animaduertens Rollo, parum in virtute verâ aut aperto Marte confidentiæ habens, arte graſſandum ſibi exiſtimauit. Itaque vt primos Friſiorum impetus ſtrophâ aliquâ eluderet, ſuos in genua ſubſidere; ſublatiſque ſuprà capita ſcutis ad excipienda hoſtium tela, quietos ſe atque immobiles tenere aliquantiſper iubet. Quod Friſij ſtatim conſpicati, diffidentiæque id ipſum ac pauoris indicium eſſe perperam interpretâtes, omnem

Amaritudinem inimici explens; neq. ſat habens omnem iniuriæ licentiam victis eripuiſſe; niſi inſuper vim in corpora ac Dominicum Ius exerceat, vltioni, in præſens; in poſterum, munimento.

In Friſiam vadit, armis perſecuturus Radbodum.

Nihil tam leue eſt, quod non magnæ interdum rei momentum faciat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Quò magis præceptum illud in omnium animis eſſe debet: Nihil inbello oportere cõtemni; nec ſine causâ dici, Matrem timidi flere non ſolere.

hoſtilem metum ſubitò in contemtum ac negligentiá conuertêre; cautionum prorſus militarium obliti: cæcoque ac temerario incurſu in oppoſitos Normannos ſe inferre cæperunt. Id quod citò ipſis in perniciem vertit. Etenim ab aduerſariis intrepidè excepti, reiectique viriliter; multis in medio cæſis, terga ad poſtremum dare, ac cruentam Paganis Victoriam relinquere ſunt coacti. Tum Rollo ſucceſſus ſuos vrgens, non ante perſequendi inſtandique perculſis finem facere inſtitit, quàm Leges ex libidine ſuâ impoſitas in Victoris verba iurati ſupplicesque acciperent: ac viritim immenſam pecuniæ ſummam, Tributi loco, & quidem numeratò repræſentarent. Ità non ſine opimâ prædâ ac cenſu reuorſio ad naues facta, Friſiâque deceſſum: ipſo Duce aliò feſtinante; curaſque omnes ac cogitationes ſuas intendente ad Reinerum Basbacenſem bello perſequendum. Quem, Scaldis fluuij oſtia victrice claſſe ingreſſus, leuibus aliquot prœliis deinduſtria ſubdolè laceſſitum, ex inſidiis intercipit: mirâque comitate ac beneficentiâ (quum perdere captiuum poſſet) Dux prouidus ac circumſpectus ex hoſte amicum ſibi efficit ac fœderatum; addito, bonâ ſe Fide cum eo in amicitiæ ac Societatis Fœdus coire: ipſi proinde ex parte ſuâ enitendum, vti abs ſeſe omnem ingrati animi labem quàm longiſſimè amoliri; obſc-

Vincuntur Friſij.

In Tributum vocantur; iramque victoris pecuniâ placant.

Reinerum Ducem bello perſequitur.

Quem ex inſidiis interceptum nouâ quâdam comitate conciliat ſibi.

Scipionis Africani exemplum imitatus: ac rerum vſu edoctus, nihil in quemquam ſuperbè ac violenter cõſuli debere; cum quid Veſper ferat, incertus ſis.

obſequioque potius ac benefactis, quàm vi aut armis cum Victore deinceps experiri animum inducat. Exin mare repetens, Britanniæ littora ad læuam præteruectus, ad Galliarum oras appellit, Sequanæq́ue fluminis faucibus receptus, nemine incolarum obuiam ire aut vim prohibere auſo, in Neuſtriæ terræ littus deſcenſionem facit. Mox Rothomagum Ciuitatem arctiſſimâ obſidione clauſam, poſteaquam Oppidani fruſtrà à REGE diu auxilia expectaſſent, deditione accipit. Quâ vetuſtâ Aulercorum ſede potitus ROLLO, ad finitima etiam loca occupanda animum intendit. Neque Neuſtriæ terminis contentus, ad ipſum (ne quid malis deeſſet) Regni caput Lutetiam oppugnandam aggreditur: incaſſum à Sigefrido Rege aliquoties iam anteà tentatam (vti ſuperius memoratum) Baioco interim cum Ebroicis ex itinere per inſidias occupatâ. Vnde rurſùs Aluredi (ſocij atque amici Regis) precibus è medio rerum ſupra votum fluentium curſu in Angliam reuocatus, eundem parte Regni ſubditorum ſuorum defectione exutum in integrum reſtituit: Neuſtriamq́ue ſuam denuò ſic quaſi ex interuallo regustans, trifariam claſſe diſparitâ, Sequanâ pariter Ligeriq́ue ac Garumnâ fluminibus vno eodemq́ue tempore populabundus inuehitur, vt regione infrà ſupraque circum vndique deuaſtatâ, Francorum animos

In Neuſtriam appellit.

Rothomagum Rolloni ſe dedit.

Pariſii ab eo obſidentur.

Baioco interim atque Ebroicis per inſidias captis.

Aluredi Britannorum Regis in Regnum ſuum reſtitutio.

Rollonis in Gallias reuerſio.

mos

mos frangere facilius ac percellere: ſimul Pariſiorum Ciuitatem iteratâ abs ſe obſidione clauſam, ferroque ac fame preſſam ad deditionem faciendã compellere poſſet. Interim à Richardo Burgundionum Duce, trimeſtri completo induciarum tempore, obſeſſæ Carnutium Ciuitati ſuppetias ferente, pænè cum potiore copiarum ſuarum parte circumuentus, extremum adiit diſcrimen; ambitionis ſuæ pœnas proculdubio daturus, niſi tenuiſſimâ ſpe reliquâ munimentum ſibi ab ingenitâ audaciâ mutuatus, ex omnibus ſimul caſtrorum portis de nocte erumpendi: ſibiq́ue ac ſuis per medios hoſtes viam ferro patefaciundi non tam callidum quàm calidum conſilium cepiſſet: tenebrarum præſidio fretus ſcilicet. adeò opportunè, vt Burgundi, qui paulò prius in manibus Victoriam habere videbantur, bene ſecum præclareq́ue actum exiſtimarent, ſi ab inermibus pedibus ſubſidium petentes indecorem fugam glorioſæ per virtutem moriendi cupidini anteponerent. Nam in REGE quæ ſpes? qui neque ipſe vllâ virtute erat; & ex alienâ libidine huc illuc fluctuans agitabatur, interdum alia, deinde alia decernens: ſæpe ſibi ipſe aduerſus. ſtudio * HAGANONIS maximè; ſine quo neque domi neque foris quidquam ardui aut magni id temporis gerebatur. Quæ tam obſcuri hominis gratia REGI ipſi poſteà & noxæ pariter

Lutetia denuò oppugnata.

Richardus (Regiarum copiarum Dŭctor) in armis; Rollo in periculo potius, quàm metu.

In rebus aſperis & tenui ſpe, fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt: neq. cunctandum, quoties periculoſior eſt quies quàm temeritas.

Ita enim Naturâ ferè comparatum; vt, vbi extrema omnia in oculis, deſperatione ipsâ in audaciam accingamur.

Regiorum militum conſternatio ac fuga.

* Laudunenſis.

Hoc enim morbo Regem laborare & turpe & periculoſum eſt, ſemper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pariter & exitio fuit, indignante Optimatium cætu; vnum omnibus, eumq́ue nullo Natalium ſplendore, nullis maiorum Imaginibus decoratum Illuſtriſſimis Regni Proceribus, ne HEROIBVS dicam, anteponi. Proinde quid mirum, ſi conuulſo tot externis ſimul ac domeſticis motibus GALLIARVM ſtatu, Rex tandem ad placandos ſemel pacandoſq́ue tam feræ gentis animos, cum iiſdem non modò ad iniquiſſimæ PACIS Fœdus deſcendere præoptauerit potius; quàm belli, cui imparem ſe ſentiebat, in perpetuum porrò gerundi neceſſitate implicari. Quin illud quoque in vltimum FRANCORVM gentis dedecus acceſſit, vti Rex ipſe omnium confeſſione CHRISTIANISSIMVS, cum Duce alienigenâ & (quæ ratio maxima eſt) Pagano non ſolùm pactione NEVSTRIAE decidere; ſed & eundem in Amicitiæ, immò verò Affinitatis, hoc eſt, arctiſſimæ Neceſſitudinis Ius recipere: ac * Filiâ eidem ſuâ, an Sorore potius (vtrumque enim traditur) in matrimonio locatâ NORMANNVM ſibi Generum adſciſcere non dubitaret, exemplum CAROLI CRASSI Imperatoris (vti apparet) imitatus: qui conſimiliter Normannorum REGI GODEFRIDO * Patruelis ſui Filiam deſponderit, FRISIA eidem in Dotem attributâ. Quod initium tamen ampliandi mox CHRISTIANISMI fuit, ROLLONE primùm in ROBERTI nomen,

q́ue fuit. Nam qui vnum amat, videtur cæteros odiſſe: eſtq́ue mera ſeruitus Regnantis, impotens amor paucorum Id quòd ritè ac Politicè nimis à Papirio Maſſono animaduerſum.

Rex ad Pacem cum hoſte, Neuſtriæ terræ conceſſione in perpetuū à Normanno poſſidendæ, inclinat.

A. DCCCCXX.

* Ægidiam, Lothario Rege prognatā vide ſup.

*Ex Normannicorum Chronographorum relatione, vti P. Æmilius teſtatur.

Rollonis, relicto Paganiſmo, ad Chriſtianā Fidem conuerſio.

Incendia lumen Præbebant: aliquiſq́ue malo fuit vſus iu illo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

FIDEIQVE ac SACRORVM noſtrorum communionem per Baptiſterij Piamenta tranſgreſſo. Quod exemplum deinceps reliqui etiam NORMANNORVM tam Proceres, quàm vulgus manipulariũ; haud grauatim ſequuti. Nec degenerauit DVCVM longâ propaginis ſerie per GVILLELMOS porrò ac RICHARDOS iam inde ab hoc ROBERTO in hanc vſque diem deducta & quaſi perpetuata Succeſſio. A quo etiam GVILLELMVS Nothus DVX ortus, qui, abolito exſtinctoque ANGLOSAXONVM ac DANORVM REGVM Principatu, primus NORMANNORVM DVCVM firma ac ſolida REGII in Britanniâ Nominis iecit Fundamenta: cuiuſque etiamnum Poſteritas, perpetuâ trium ac Viginti REGVM ſerie, abſque vllâ ſanè interruptione continuata. Quid? quòd inſigniores pleræque ſparſæ per Britanniam Proſapiæ; DOMVVMQVE maximè Illuſtrium, neque inania STEMMATA præferentium Succeſſiones; haud aliunde quàm ex hoc antiquiſſimo NORMANNICAE Nobilitatis ſeminario profluxiſſe primitùs; ramoſque deinde latiſſimè ſimul ac lætiſſimè fruticantes in omnes REGNI partes diffudiſſe inueniuntur. Igitur ROBERTO iam cum ſuis Baptizato, ſimul meliore Normannorum parte vnâ cum Veteribus illis ac germanis FRANCIS in vnum REGNI corpus mutuâ animorum coniunctione recens

Normanniæ Ducũ Stemma.

A quo fonte Regũ etiam Britannicorum, nuſquam interruptâ ſerie, in hunc vſque diem defuſa porrò atque propagata Succeſſio.

coolitis & velut coagmentatis, tantorum aliquando malorum finem ſperabat affli-ctiſſima RES CHRISTIANA. Exorti ſunt interim haud paullò NORMANNIS ipſis ac DANIS peiores etiam atque inteſtabiliores HVNGARI. Qui quùm prius montium ſuorum anguſtiis obſepti atque interclusi, ARNVLPHI Imperatoris reuerentiâ, ſeſe intrà Pannoniæ Limites cōtinuiſſent; mox defuncto illo per Italiam omnem, Galliaſque ac Germanias (veluti turbo quidam ac tempeſtas) quaquà verſus diffuſi, Bauariæ terminos infeſtare ac depopulari cœperunt. Quibus LVDOVICVS AVG. (ARNVLPHO Patri in Imperio Succeſſor) quantis potuit copiis congreſſus, poſt aſperrimum* triduanæ pugnæ editum certamen; tandem victus fugatuſque florem ferè vniuerſum GERMANICAE Nobilitatis amiſit. Quâ Victoriâ illi elati nimium inflatique; mox vlterius etiam progreſſi; nullum direptionibus, cædibus, incendiis finem faciundo; omnia terrore, aut funeribus ac luctu longè lateque compleuere. donec Ludouicus demùm aurum quàm ferrum longe validius ratus; præſertim aduerſus hoſtes multò auariſſimos; Pacem ab iiſdem magno auri argentique pondere eſt emercatus. Quæ res mox ipſi & ægritudinis pariter & mortis cauſſa exſtitit. Sed hæc poſteriùs geſta. Interim (ne quid malis deeſſet) in Italiam rurſus irruerant SA-

Noui Hungarorum motus.

Haud per Italiam modò, ſed per Germaniam etiā vniuerſam, Oceano tenus, Galliaſque ſe diffundentium.

A. DCCCCVII.

* A quinto Iduum Auguſti ad tertium vſque ſcilicet.

Cruenta pugna inter Hungaros & Ludouicum Auguſtum.

Qui victus fugatuſque Pacem ſibi ac ſuis multo auro redimere cogitur: & mœrore confectus moritur.

Saraceni in Italiā, Sclaui cum Hungaris in Germaniā.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

RACENI; Germaniam ex parte vnâ SCLAVI, ex alterâ HVNGARI (id quod narrare occeperam modò) in conditione atque pacto, (quod cum LVDOVICO AVG. fecerant) non manentes; rapinis, cædibus, incendiis ad vaſtitiem vſq. fatigabant. Quibus vindicandis quùm LVDOVICI Succeſſor * CONRADVS IMP. imparem ſe animaduerteret, tutiſſimum iudicauit deceſſoris ſui exemplum imitari, Pacemque quibuſcumque conditionibus cum numeratæ pecuniæ repræſentatione, tum annuâ exſoluendi in diem Tributi penſione ab immaniſſimis hoſtibus redimere. Vnde GERMANICI REGNI pomœria ad tempus relinquere perſuaſi; in GALLIAS ad LOTHARINGIAE vſque ac FRANCIAE ORIENTALIS fines OCEANO tenus penetrarunt. Quorum importuniſſimas vexationes & graſſaturas ad hæc etiam loca nobiſque conterminas regiones pertinuiſſe, nihil eſt quod dubitemus; præſertim quùm ex* Maſſæo manifeſtè conſtet, Anno DCCCXCV. HVNNOS ſiue HVNGAROS Epiſcopalem Vrbem CAMERACVM obſidione vallaſſe, exuſtumque D. Gaugerici Monaſterium ſolo tenus demolitos fuiſſe (quod adhuc id temporis extrà muros erat) & H. MVTIVS ſit auctor, genus illud verè Scythicum GERMANIAM omnem FRISIA tenus depopulatos eſſe. donec CONRADO CAESARE defuncto primùm HENETI ac

Pagani in armis, noſtri in metu.

*Conradus I. Aug. Dux Franconiæ Orientalis.

Auro potius quàm ferro cum hoſtibus decidere feſtinat.

Hungaros quoque in Friſiam atque ad hæc vſque loca penetraſſe: neque à tam longinquæ gentis iniuriis ac vi maioribus etiam noſtris tutis immunibuſque viuere licuiſſe.

Cameracum ab iiſdem obſeſſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ac SORABI domiti, aut ad CHRISTIANAM Fidem conuerſi: mox HVNGARORVM internecione purgati Limites: & monſtratus Fatis aliquando * HEIMRICVS IMPERATOR. Quæ poſterius patrata, ne rerum ordinem interrumpere cogeremur, in hunc Hiſtorici operis contextum retulimus: ad * DIEDERICVM noſtrum poſtliminiò, poſt duorum Librorum intercapedinem, ſequenti volumine reuerſuri. Cuius adeò Principatûs rudimenta atque initia quùm in mediam ferè CAROLI REGIS (SIMPLICIS inquam, non CALVI) incurriſſe, compluribus cum argumentis tum rationibus iam inde ab initio clarè demonſtrare propoſitum nobis fuerit; viſum eſt faciundum, ne rerum intereà bellorumque, per annos illos Quinquaginta (quos de DIEDERICI Primi COMITIS Ætate atque Imperio detraximus) in hiſce regionibus geſtorum memoriâ Patriæ Antiquitatum ſtudioſos fraudaremus. Quæ eò etiã diffuſius à nobis pertractata, quò videlicet Spuriæ illius ac Suppoſitiæ CHRONOLOGIAE propugnatoribus, Falſi manifeſtò conuictis, os in poſterum obſtruere, ac vaniloquentiæ ſuæ pœnas dare publicitùs cogeremus, qui DIEDERICVM noſtrum (id temporis necdum etiam natum) in ALIENI IVRIS, medioque tam longi Æui ſpatio, AB DA-

* Cognomento AVCEPS.

* Primum Hollandiæ noſtræ Comitem.

Sorabi; Windi, ſiue Heneti Sclauorum progenies.

Hungaris enim, poſt finitas nouennales inducias, Saxoniam denuò depopulari aggreſſis quum ad Marſburgum occurriſſet Imp. Heimricus Auceps, XL. amplius eorum millibus internecione deletis, reliquos fugatos totâ Germaniâ exegit. Quæ victoria vt Germaniæ Pacem ac tranquillitatem peperit; ita & ſuis glorioſum, & hoſtibus formidabilem Imperatorem reddidit.

O ſteriles Veri nugas! ô tempora!

NIS NORMANNISQVE VSVRPATI POSSESSIONEM non quidem ex EDICTO PRAETORIS; ſed, SECVNDVM ADVLTERINAS SVBDITICII DONATORIIS TABVLAS, MITTERE veriti non ſunt. Et hæc quidem hactenus plenè cumulatequе, & modo non ad Veri vſque præſtationem deciſa ac determinata, Lectori Archaiſmorum noſtratium ſtudioſo ſuffectura confidimus. Quòd ſi quis præterea reconditiora etiam illa ſcire ex nobis deſideret, cuiuſmodi eâ videlicet tempeſtate his in locis ingeniorum conditio, quis rerum ſtatus, quæ norma Legum, quis Iudiciorum ordo, quo regimine Ciues, aut Politiæ ſtabilimento ſubnixi; tot tantiſque & quidem continuis exoticarum gentium graſſaturis, cædibus, incendiis inuicto militarium animorum robore ſuſtinendis pares eſſe potuerint, ei verò ego (nullâ circuitione vtens, nec per itinerum deuia vel ancipitia Lectorem meum circumacturus) auctor fuero, vt ad vberrimum illum GERMANICARVM ORIGINVM Theſaurum rectâ viâ contendat. Quod Opus Patriæ noſtræ Antiquitatum inueſtigatoribus ſuprà quàm cuiquam credibile ſit neceſſarium, præter * SALICAS illas ac RIPVARIAS, Municipales inſuper Veterum ALLEMANNORVM, SAXONVM, FRANCORVM, ANGLIORVM, WESTPHALORVM,

Mihi verò hîc digitum ad fontem intendere ſit ſatis.

* Ipſis etiam Iuſtiniani Pandectis antiquiores, à Ioh. Heroldo publicatas primitus, ac Baſileæ apud Henri-

RVM, ac * FRISIONVM LEGES denique atque INSTITVTA, nec non Patriæ cuiuſque ſuæ CONSVETVDINES complectitur. Quorum adeò veſtigiis PRINCIPES inprimis noſtri, ſequeſtræ Pacis interuentu (poſt labores militiæ ac res terrâ marique non minus fortiter quàm fœliciter patratas.) haud ſomniculosè inhærentes; à FRANCIS potius, hoc eſt, THEVTONICIS Legum latoribus (AVGVSTA pariter ac REGIA Auctoritate ſuffultis) quàm ab IMP. IVSTINIANO Formulam exemplumque ſibi petere maluerunt. Vnde ad iſtarum potius * LEGVM præſcriptum, quàm ad ROMANI IVRIS Regulam Placita eorumdem ac Statuta planiſſimè directa atque conformata videmus. Cordatè vtrique ac circumſpectè, vt qui longo vſu probè anteà compertum atque exploratum haberent, populos ferro cauſſam dicere, armiſque ſæpius quàm Iudicio res repetere aſſuetos, neque facilè ſanè neque promptum eſſe in officio continere; niſi in noxis etiam capitalibus vindicandis ciuile neſcio quod temperamentum accederet, ac Iuſtitiæ rigori Principalis gratiæ veluti malagma quoddam interponeretur. Ità ferè id temporis formatis populariùm animis, vt dilectum quidem atque iniuncta militiæ munia impigrè exſequerentur, dum ſuperbia atque contemtus (commune Principatûs malum) abeſſent; COMITVM ſuorum im-

periis,

* *In quibus Maiores etiã noſtros id temporis nomen ſuũ profiteri haud piguit, vti ſuperius iam aliquoties declaratum.*

cum Petri A. 1557. prælo excuſas. in quibus non ſolùm germana illa rerum pariter ac vocabulorum noſtratium Archaiſmi proprietas, ſed Aboriginum quoque noſtrorũ imperium, eorumque in politicis maximè ſollertiæ atque induſtriæ vis elucet.

* Quæ à Vetuſtiſſimis Francorum Regibus, CHLOTHARIO puta ac Dagoberto ruditer conceptæ atq. inchoatæ primitùs, mox à Carolo Magno tantique Imperij ſucceſſoribus ampliatæ denique, atque in meliorem formam redactæ ac reſtitutæ.

Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta.

Nauorum, imperium ſeruare eſt Induperantum.

periis parere magis quàm ſeruire perſuaſi; cædeſque etiam ac grauiora crimina non capite ſed certâ indictæ pecuniæ multâ prò qualitate perſonarum luere ac redimere haud grauatim edocti. vſque adeò indiſſolubili inter ſe cum Iure ſanguinis, tum mutuo affinitatum nexu conglutinati, vt odia atque amicitias ſuſcipere pariter ac deponere, nec minoris propinquorũ iniurias quàm priuas æſtimare atq. vltũ ire cogerentur; eaſdẽ ad poſteros etiam ſuos Iure veluti Hæreditario tranſmiſſuri: tantâ animorum obſtinatione, vt niſi voti ac vindictæ compotes vitam ſibi acerbam putarent; neque prius inimicos ſuos perſequendi finem facerent, quàm plagis vulnera, cædes cædibus compenſatæ expiatæque eſſent, vel potius (opportuno ſollemnis Amneſtiæ interuentu) læſæ offenſæque partis vniuerſa Domus receptæ ab aduerſario Satisfactioni ſubſcripſiſſet. Vtiliter in publicum, quòd (vti à Tacito nimis quàm Politicè obſeruatum) Periculoſiores ſint inimicitiæ iuxtà Libertatem. Quæ quidem omnia ex fideliſſimâ ARCHIVORVM noſtrorum relatione, ac LEGIBVS illis Succidaneis (quæ tanto poſt tempore, ſub * GVILIELMI Primi Secundique, ac FLORENTII Quarti nomine ex iſtiuſmodi LEGISLATORVM fontibus hauſtæ primitùs ac deriuatæ) liquidò eſt animaduertere. Vnde etiam tanquam in ſpeculo genuinam atque infu-

Id antiquâ voce, *Oirueéde*, Idiotiſmus noſter indigitare conſueuit.

In libello de Moribus Germanorum.

* Qui Regi Guilielmo Auus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

inſucatam priſci illius ſæculi imaginem, tum quibus moribus præditi, ſimul quibus artibus ſtudiíſve dediti potiſſimùm id temporis populares noſtri, oculo præſente conſiderare atque contemplari poſſis. Nam quis vſque adeò Politicarum rerum rudis atque imperitus, vt LEGES ac STATVTA omnia ad Populi cuiuſque ſui captum potiſſimùm ordinari; inprimiſque ad Nobilitatis ingenia ac mores cum efficaciter tum ſalubriter accommodari ſolere, cognitum non habeat? Finem libro impoſiturus fueram, niſi incredibilis illa CHRISTIANORVM de centenis Paganorum millibus Victoria, quam ad Tiliam flumen eueniſſe narrauimus ſuprà, ARNVLPHAEAE Largitionis in memoriam reduceret, quâ Rex ille multò Auguſtiſſimus GEROLPHVM FRISIAE COMITEM Regificè eſt * muneratus: GEROLFVM dico, quem legitimum ac genuinum Primo HOLLANDIAE noſtræ COMITI DIEDERICO Patrem, pro * Subditicio illo SIGEBERTO AQVITANIAE DVCE, aſſeruimus ſuprà. Sed enim in rem præſentem venire melius eſt, REGIIQVE ipſius DIPLOMATIS Exemplum exhibere ac repræſentare: ex vetuſtiſſimis EGMVNDENSIS Monaſterij ARCHIVIS cum curâ & fide exceptum excerptumque. Id verò ità ſonat.

* Triennio poſt Godefridum Normannorũ Regem in Batuâ Inſulâ per inſidias interfectum.

* Vide librum Annal. noſtrorum v. pag. 176. 188. 205. Item 232.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Arnulphi Imp Largitio, quâ idem Gerolſum Comitē, Diederici noſtri parentem, benignè eſt proſequutus. Neque eſt quòd quemquam in perſonâ Imperatoris Regium nomē offendat, qui quidem Feudiſtarum moris haud ignarus, Regem plerumque pro Imperatore nominantium. Vnde etiam Regalia, prò Imperatoris Iura, paſſim apud ICᵗᵒˢ reperias. Vide Hotom. Cōment. de Verbis Feudiſt.

,, *In nomine Sanctæ & indiuiduæ*
,, TRINITATIS ARNVLPHVS REX
,, *Diuinâ fauente gratiâ. Notum*
,, *eſſe volumus omnibus Sanctæ* DEI
,, ECCLESIÆ *fidelibuſq; noſtris, præ-*
,, *ſentibus ſcilicet & futuris, qualiter*
,, *quidam fidelis & venerabilis* CO-
,, MES *noſter, nomine* GEROLFVS,
,, *manſuetudinem noſtram depreca-*
,, *tus eſt, vt ei quaſdam res iuris no-*
,, *ſtri in proprium concederemus. Cu-*
,, *ius petitioni libenter annuentes ita*
,, *fieri decreuimus: Dedimus namque*
,, *ei inter* RENVM & SVITHARDES-
,, HAGE, IN COMITATV IPSIVS,
,, *in locis* NORTHA ET OS-
,, PREHTASHEM *nominatis, ſil-*
,, *uam vnam & terram arabilem*
,, *vnam: & in loco qui dicitur* BO-
,, DOKENLO * HOBAM *vnam, In*
,, ALBVRCH *quoque* HOBAS *duas,*
,, *& in* HORNVM *hobam vnam,*
,, *& in loco* HVVI *vocato* † MAN-
,, SAM *vnam; & in loco* THEOLE
manſam

* *Prò Fund… ſiue Præd… quod ge… nos Bata… cè,* Hocu… *ſiue* hoffe… den, *vulgò indigitare cōſueuimu…*

† *Manſum… ſiue etiam* Manſam

(vti hîc) idē quod Hobā ſignificare, Hotomānus te docebit Comment. de Verbis Feudiſt. Item Marquardi Freheri v. c. Gloſſarium Germanicarum rerum Scriptoribus Francofurti nuper editis præmiſſum.

manſam vnam, & in ASKE *man-* ,,
ſam vnam, & quicquid ad eaſdem ,,
hobas & manſas iure legitimeq́ per- ,,
tinere videtur; cum curtilibus & ,,
ædificiis, mancipiis, campis, agris, pa- ,,
ſcuis, pratis, ſiluis, aquis, aquarumq́ ,,
decurſibus, molinis, piſcationibus, viis ,,
& inuiis, acceſſibus & regreſſibus, ,,
quæſitis & inquæſitis, cultis & in- ,,
cultis, & cum vniuerſis appenden- ,,
tiis & adiacentiis finibus ad præfatas ,,
hobas iuſtè aſpicientibus. Et iuſſimus ,,
inde ei hoc noſtræ Auctoritatis fieri ,,
præceptum: per quod volumus, fir- ,,
miterq́ iubemus, vt antetitulatus ,,
fidelis noſter de hiis omnibus ab ho- ,,
diernâ die, & deinceps omni tempo- ,,
re, liberam ſecuramque habeat pote- ,,
ſtatem tenendi, donandi, vendendi, ,,
commutandi, vel quicquid exinde ,,
voluerit faciendi, abſque vllius im- ,,
pedimento. Et vt hæc conceſſionis ,,
noſtræ auctoritas firmior habeatur, ,,
& per futura tempora à fidelibus ,,

 noſtris

„ *noſtris verius credatur, ac diligentius obſeruetur, manu noſtrâ ſubter eam firmauimus, anuloq́; noſtro ſigillari iuſsimus. Signum* DOMINI ARNVLPHI *inuictiſsimi* REGIS. ASPERTVS CANCELLARIVS *ad vicem* OTMARI ARCHICAPPELLANI *recognoui & ſcripſi. Data pridie Nonas Auguſti, Incarnatione Domini* DCCC° LXXXVIIII. *Indictione* VII. *Anno Secundo* REGNI ARNVLPHI *prudentiſsimi* REGIS. *Actum Franconofurth in Dei nomine feliciter. Amen.*

A. DCCC-LXXXIX.

Hactenus DIPLOMA AVGVSTALE: in quo ſingula penſiculatè explicando verborum pariter ac temporis iacturam facere, & ipſius, meo, & Lectoris otio fuerit abuti. Cui Crambe repetitâ quid opus? præſertim anteà commonefacto iam toties edoctoque, alium neminem quam GEROLPHVM iſtum (FRISONVM COMITIS Titulo ab * ABBATE illo PRVMIENSI decoratum) WALGARIO, ſiue WALGERO COMITI, ac DIEDERICO noſtro Patrem eſſe potuiſſe. Idque tibi DELPHIS reſponſum dicito, mi Lector. Vnde ecquid nouum aut mirum; ſi eidem mortuo DIE-

Occidit miſeros Crambe repetita legentes.

Gerolfus Friſiæ Comes, Walgeri Comitis ac Diederici Principis noſtri parens.

* *Reginone, libro eiuſdem Chronicorum ſecundo.*

DERICVS

DERICVS (quem dico) ſuperſtes Paternam Friſici COMITATVS Succeſſionem ad natos natorum & qui deinceps ex iiſdem propagati, poſt tot porrò ſæcula Legitimo Hæreditarij Iuris Titulo continuatã tranſmiſerit? Cuius rei ignoratio Auctori CHRONICI illius vernaculi, multo * Vetuſtiſſimi cauſſam præbuit, vt FRISICI COMITATVS Succeſſionem etiam tum indeciſam ac velut in ſuſpenſo relinqueret: idque occaſione DIPLOMATIS repræſentati iam modò. quod idem Anonymus ille (quem dico) Scriptor, quonam Iure vel caſu in PRINCIPVM noſtrorum Scrinia ſiue Tabularia irrepſerit, mirari ſeſe pariter ac neſcire ingenuè profitetur: niſi ſi GEROLPHO fortè abſque liberis defuncto Legatarius ex Teſtamento Hæres DIEDERICVS Pudenter ac prudenter vtiq. ſucceſſerit. de quo tamen quum nihil quicquam pro comperto aſſeuerare poſſit, iudicium ſuum interponere, vel fidem Veri in ſe recipere non audet. vt qui REGINONIS Chronicon non viderat, neque de captioſâ illâ (quam ſuperius expoſuimus) per GEROLFVM & GARDOLFVM FRISONVM COMITES ad CAROLVM CRASSVM IMP. GODEFRIDI REGIS nomine obitâ Legatione, in tantâ temporum barbarie, vel inaudire quidpiam, vel reſciſcere alicunde potuerit. nedum EBERHARDVM DVCEM MEGINARDO Patre prognatum à WALGARIO

Cui defuncto, in paternam Friſici Comitatûs poſſeſſionem à Diederico ſucceditur.

* Vtpote ante annos plus minus trecentos à populari quodã noſtro vernaculis Rithmis concepti conſcriptique ac non ità pridem Amſtelrodami typis excuſi Anno 1591.

Anno 885. Vide Reginonem lib. Chronic. 2.

GARIO FRISONE GEROLFI Filio (DIEDERICI COMITIS noſtri Fratre, & quidem germano) dum venatum proficiſcitur, per fraudem interfectum. Ex quarum adeò narrationum in vnum pariter collatarum conſentiente & pænè conſpirante indicio, nos ad ipſius Veri inueſtigationem penetrare auſi primitùs, ecquidnam ſuper hac re totâ pronuntiari in præſens, ſimulque in poſterum decerni debeat, diiudicauimus iam anteà: & quidem ità, vt ſi quis contrà obfirmato animo pertendat, is inſcitiam ipſe ſuam denudaturus potius, quàm HISTORIAE noſtræ fidem labefacturus videatur. Quid? quòd eâdem etiam liberi pariter ac veridici oris fiduciâ nos vſos audacter prædicare poſſumus, in decantatiſſimi illius Priuilegij pondere eleuando, quo etiamnum hodie ſeſe à CAROLO MAGNO cohoneſtatos FRISII præ cæteris gentibus gloriantur. Cuius ergò ibidem quoque Anonymus iſte Scriptor quem dico vicinos illos noſtros amicoſq., quaſi *Idiotas omniſq. prorſus rei Hiſtoricæ expertes haud operto Schemate, ſed aperto Scómate inceſſit. Videlicet ex GEROLFI huius noſtri COMITATENSI in FRISIIS Dominatu haud abſurdè coniecturá faciens, totū iſtud inane eſſe atq. commentitiū, quidquid de Archaicâ illâ Libertatis ſibi à CAROLO MAGNO conceſſæ Prærogatiuâ Friſiorum vulgus falsò hactenus exiſtimauit.

Anno 898. Super quâ cæde idem Regino conſulendus, nec non Annalium noſtrorū lib. v. pag. 232.

Libro horumdem Annalium v.

Vide librum Annalium noſtrorum Secundum pag. 88. & ſequentibus.

*Atqui hodie longè aliter ſe mores habent: Friſicâque gente (noſtris vtique temporibus) nihil neq. cultius, neque ciuilius, nihil eruditius denique fingi poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE NORDOVICIS, HOLLANDIÆ ANNALIVM

LIBER OCTAVVS.

BREVIARIVM LIBRI.

DIEDERICI I. *à Virtutibus bellicis iuxtà ac Politicis commendatio. Eiuſdem in profligandis* NORMANNIS, *ac Limitum ſuorum defenſione ſtrennuitas ac vigilantia. Propriorum aliquot Nominum Etymalogiæ paullò ſubtilius atque curioſius ad* NANNIANI *acuminis trutinam examinatæ. Eiuſdem, palam à ſuâmet ipſius ſententiâ diſcedentis, inſtabilitas notata.* D ADALBERTI *Fanum à* NORMANNIS *exuſtum.* EGMVNDANÆ *Abbatiæ incunabula.* DIEDERICVM COMITEM *ſub exitum Ætatis in exteras regiones profectum, ibidem deceſſiſſe. quo factum, vt non modò Annum ipſius Emortualem, verùm etiam Sepulturæ locum incompertum etiamnum habeamus. In eiuſdem* PRINCIPIS *Coniugio Chronologorum noſtratiũ ſomnia ac fruſtrationes detectæ, ex ratione temporũ preſſius penſiculatiúſque ſubductâ. Etyma nonnullarũ Appellationum, præter* IVNII *noſtri mentem, tum receptam vulgò hactenus opinionem, ex Archaiſmi noſtri ſententiâ, legitimè nunc primùm expoſita atque interpretata.* DIEDERICI II. COMITIS *in Parentis defuncti locum Succeſſio.* FRISIORVM *rebellio acriter ab eodem ſeuereq́. caſtigata. Eundem poſt ſtrennuam Imperatori ſuo* (HENRICO AVCVPI) *nauatam aduerſus* HVNNOS *operam; duobus* EQVESTRIVM HASTATORVM *Decurſibus,* (TORNEAMENTA *vulgò vocant*) MACHDEBVRGENSI *primùm, mox etiam* ROTENBVRGENSI *ad* TVBARVM *celebrato, ſollemnitùs interfuiſſe, ex publicis Legitimi* ARMORVM REGIS *Commentarius oſtenſum. Eidem*

dem falsò hactenus attributarum, ex ſublectiſſimâ Aretalogorum noſtratium fide, de FRISIIS *Occidentalibus Victoriarum pondus eleuatur atque exploditur. Cænobium* EGMONDENSE, *quod ligneum antea à* DIEDERICO I. COMITE *fundatum fuerat, à Filio eidem Cognomine lapideum poſteà factum.* VESTALES *indidem aliorſum tranſlatæ, in quarum vicem* MONACHORVM *Ordo ſuccedit. Eiuſdem* PRINCIPIS *in* CLERVM *effuſa liberalitas.* EGBERTI *(qui de duobus* DIEDERICI II. *Filiorum natu maximus) Sollemnis in* TREVIRENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPATVM *Introductio, ſiue verius Inauguratio. Eius Pompæ celebritas ac magnificentia, quàm* ARNVLPHVS *(ipſius Frater) ſpeciatim huic negotio à Patre delegatus, præſentiâ ſuâ cohoneſtauerit. Cui quamobrem cognomen* GANDAVENSIS *aſſignauerit* SIGEBERTVS, *coniecturâ quæſitum. Eiuſdem iam adulti in re voluptatum præter ſpeciem ætatemq; caſtitas ac temperantia.* LVTCHARDIS, BYZANTINI IMP. *Filia,* PRINCIPI *noſtro* ARNVLPHO *in matrimonium data. Earum Nuptiarum Sollemnia in Aulâ* CÆSARIA *apud* OTTONEM II. *(cui* THEOPHANIA, *Sponſæ ſuprà dictæ Soror, iam anteà denupta) Auguſtiſſimè ac Regium prorſus in morem celebrata. Hinc inter vtrumque* IMPERATOREM *atque* HOLLANDIÆ COMITEM *mutuæ Affinitatis interceſſio, Conciliatore (vti apparet) ipſo* CÆSARE OTTONE, *Auſpice verò* EGBERTO (ARNVLPHI *Fratre)* TREVIRENSIS *Eccleſiæ* ARCHIEPISCOPO. *Nomen Soceri* IMPERATORIS *quod fuerit: in eoq; Chronologorum noſtratium hallucinatio euidentiſſimè diſcuſſa. Largitionis* DIPLOMA, *quam* OTTO III. AVG. COMITI *noſtro, Affini ſuo gratificatus.* DIEDERICI II. *obitus, vxor, Ætas. Peruulgatæ de iis Opinionis vanitas palam denudata atq; in perpetuum exploſa. Noua* FOSSÆ OTTONIANÆ *è* SCALDI *flumine in* OCEANVM *Deductio. Geſta hæc omnia annis* LXXIX. *ſubductâ temporum ratione ab Anno* DCCCCXIII. *(in quem prima* COMITATVS *huius Inſtitutio incurrit) ad Annũ vſq;* DCCCCLXXXVIII. *qui Secundo* COMITI DIEDERICO *Emortualis.*

DIEDE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

DIEDERICVS igitur ex Regiâ iſtâ (vti aliquoties iam * anteà pleniſſimè ſimul ac planiſſimè demonſtratum) CAROLI SIMPLICIS benignitate, ECCLESIAE EGMVNDANAE Territorio, quæque eidem ECCLESIAE cedunt cum omni IVRE ſuo ac IVRISDICTIONE; SVTHERDESHAGA, FORTRAPA KINNEMOQVE tenus (ab DANIS NORMANNISQVE per arma hactenus belli Lege poſſeſſis, ſeu verius vſurpatis) HAGANONIS potiſſimum COMITIS interceſſione auctus ac cohoneſtatus, capacem Imperij animum tantæque moli ſuſtinendæ parem ad immaniſſimos Religionis noſtræ hoſtes profligandos attulit: nec ad CHRISTIANI Limitis Pomæria tuenda modò, verùm etiam ad dilatanda eadem atque vlterius inſuper proferenda. Addiderant alacritatis ſtimulos viro militari EQVESTRIS ORDINIS decora; hoc eſt, ſpectatæ bello Virtutis præmia atque ornamenta; præter coruſca fulgenti auro calcaria, * Baltheo dependens gladius, tum DEAVRATO in SCVTO RVSSATI LEONIS Inſignia. quippe cuius animum iam inde à puero veræ Virtutis ardor atque inexplebilis gloriæ cupido intrauerat. Neque enim DIEDERICVS noſter ex ambitione ſuâ procaciter aut petulanter (more eorum qui militiam in laſciuiam atque impune quiduis faciundi licentiam vertunt) Fortunæ blandientis muneribus ab-

*Libro Annal. noſtrorũ v. vbi etiam ipſius Regij Diplomatis verba cum curâ & fide examinata atque diſcuſſa bifariam repræſentauimus.

Diederici Primi Comitis Heroïca induſtriæ indoles, virtuteſque verè Imperatoriæ.

Hæc ex Io. Bekæ relatione dicta ſunto: quæ quàm ex fide tradita, neſcio: hoc ſcio, nihil quidquam tale in vetuſtiſſimis Egmundanæ Eccleſiæ Archiuis, publicâ fide conſignatis, ſcriptum, vſpiam exſtare. Ita vt exiſtimem, morem illum Inſignium figendorum in vſu id temporis necdũ etiã fuiſſe. Auget ſuſpicionem hancce noſtram vnanimis Nobiliſſimorum Mediæ Ætatis Chronographorũ conſenſus: apud quos moris huius nec volam vſpiam, nec veſtigium es reperturus. quem haud dubiè alioqui nuſquam non, ne dicam paginatim fuerant inculcaturi, ſiquidẽ iſta (vt dixi) conſuetudo id temporis in obſeruatione fuiſ-

Digne vir his armis, armaq́; digna viro.

* Parazoniũ *appellat Martialis Lemmate, cui hocce Diſtichon ſubiunxit*: Militiæ decus hoc & grati nomen Honoris; Arma Tribunitiũ cingere digna latus.

ſet: in tantâ Optimatiũ præſertim, haud inania nomina præferentium, ac Nobilitatis CHRISTIANÆ æmulatione.

DIEDERICVS COMES I.

Hoc demum eſt eſſe Imperatorem, Imperatoris non egere.

uti vnquam, ſeque ac ſpes ſuas corrumpere in futurum ſuſtinuit: neque nouæ potentiæ acceſſionem ad deſidiæ inſtrumenta aut voluptates corporis referre animum induxit: ſed verò noſcere Territorij ſui Limites, noſci ſubditis, frequens ad ſigna & inſtruendo bello intentus, delectus habere, præſidia opportunis locis diſponere, ſimulque anxius nunquam non feſtinare, ſatagere, conſilia atque inſidias hoſtium antecapere: denique nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum pati. Itaque & NORMANNOS & DANOS ex ſuo ac Sociorum agro prædas aſſiduè agentes ſæpe cominus conſertâ manu aggreſſus fuderat, hoſtiles aditus interceperat, caſtris præſidiiſque nudauerat. donec ad poſtremum tandem indomita illa rabies & impetus, (quem prò Virtute Barbari habent) ad CHRISTIANAM manſuetudinem traducta, ſequeſtræ Pacis ac Religionis interuentu ſenſim & quaſi pedetentim deferuiſcerent. Quâ etiam tempeſtate DIEDERICVS rebus iam domi compoſitis, gnarus ad populi rudis ac diuturnâ armorum tractatione efferati animos commitigandos nihil Religione eſſe efficacius, totum ſeſe ad DIVINI Honoris cultum & Pietatis ſtudia conuertit. Iacet Septentrionem verſus inter * arenarios colles Pagus littoralis, quem RHENVS fluuius olim præterlapſus, alueo minus lato: atque inde primùm ENG-

Theudericũ hinc Dano videas, dum vixit, ab hoſte Defenſum fines fortiter iſſe ſuos: Tum potiorem æui partem ſudaſſe ſub armis: Et ſatis, hoc Bekâ teſte probare, mihi. Vide Annales noſtros Metricos pag. 26.

Religione enim vita mortalium cõſtat: omniaq. proſpera eueniunt colentibus DEVM, aduerſa ſpernentibus.

* Dunas vulgò vocitant.

MONDA ab Anguſto Oſtio vocitari cœptus, ſicuti* NANNIO placet. Veſtigia eius Oſtij cõſeruat etiamnum intrà ſecundum milliare, cui ex re ipſâ* RHENI DOMVS antiquitùs nomen inditum, ad Viculum CRABBEDAMVM ſcilicet. vt quidem NANNIVS ac IVNIVS noſter, Theutonicæ Etymologiæ Auctoritate decepti, perperam aſſeuerare non dubitant: quum Vocabulum iſtud non pro RHENI DOMICILIO: ſed pro Circulo, an Sepimento potius, quo Pagi ſiue Territorij cuiuſpiam Limites circumſcribuntur, accipi atque interpretari debeat. Cæterùm iſtorum hominum error minus etiam excuſabilis, quos prò archaico illo RHENICHEIMO REINICHOMVM nobis ſuum obtrudere atque obiectare non pudet. Nunc à diuerticulo regrêdior in viam, Faucium illarum Anguſtias repetiturus, quas attigeram modò: quæ quidem præmiſſæ initiali Nominis ſui Syllabæ Aſpirationis, Liquidæque in Diphthongon conuerſæ aliũ neminem quàm D. GVILLIBRODVM Auctorem præferre atque agnoſcere videntur: illum dico primum VLTRAIECTINAE ECCLESIAE EPISCOPVM. qui flagranti Pietatis ſtudio impulſus (quòd ei perquàm familiare eſſet pauculis literis immutatis Locorum quò appulerat Appellationes ad ſpeciem CHRISTIANISMI innouare atque inuertere) ENGMONDAE nomen in HAECMVNDAM-

Qui ſuper hac re conſulendus lib. Miſcell. x.

*Reinicheim *indigitat Idiotiſmus noſter.*

Vide quæ de hac voce libro horum Annalium II. commentati fuimus ſuprà; pag. 86.

Seruat adhuc tantum veſtigia nobilis aluêi Viculus, à Cancris qui (puto) nomẽ habet. Hollandicè, *Krabbendam.* Vide Annales noſtros verſibus conſcriptos, lib. I. pag. 26.

Heim, quâ natione apud Maiores noſtros antiquitùs acceptum.

D. GVLLIBRODVS & primus Vltraiectinæ Eccleſiæ Præſul, & Egmundani Templi inaugurator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Sanćta vocant Auguſta Patres, Auguſta vocantur Templa, Sacerdotum ritè dicata manu. Ouid. 1. Faſt.

(quòd eàm nimirum Sollemni Dedicatione ſuâ Puram Auguſtam que feciſſet) transformaſſe primitùs exiſtimatur. Id enim priore Syllabâ à ſequentibus modico interuallo diremptâ ſonat hoc Vocabulum, ſiquidem bipartitum hoc exemplo ſcribatur, HAEC MVNDA. Quæ argutius fortaſſe quàm verius ab ingenioſiſſimo popularium meorum NANNIO excogitata, an omnibus ſim perſuaſurus neſcio: hoc ſcio, mirificè me commentationum iſtiuſmodi acumine affici ac recreari. In quem Cenſum illud etiam recipi meretur, quod idem de HEILOAE Nominis Originatione primus nobis feſtiuiſſime commentus. Sed verò verba ipſa tam HEILOAE nobis quàm EGMONDAE Etymon definientia hoc loco interponere, neque iniucundum, neque diſſentaneum propoſito noſtro fuerit. Sic igitur ille:

Heiloa Nominis Etymologia, feſtiuius fortaſſe quàm verius à Nannio noſtro excogitata. Neque tamen diſplicet coniectura: Et verò ingenio ludum ſubinde dare, quid vetat?

Heiloäm Pagum Apoſtolus ille (nam noſtram gentem ad Fidem* CHRISTIANAM *conuertit) appellauit* Heiligeloof: *nonnihil inflexo nomine alludens ad Sanctam Fidem, quæ noſtrate Linguâ ità nuncupatur. Verum tamen nomen eſt* Heiloo. *quam appellationem habuit ex* IOVIS SALVATORIS *SYLVA; *id enim* Heiloo *vocitamus. Fuit autem huic* DIVO *familiare, ità mutare nomina ad ſpeciem* CHRISTIANISMI, *pauculis literis immutatis. Quod etiam in* HAECMVNDA *factum eſt; qui & ipſe Pagus eſt littoralis, olim portu inſignis, duplo longius*

* Obſerua hîc (mi Lector) Nannianæ ſententiæ inſtabilitatem, SYLVÆ nomen in hoc Weſtfriſiæ tractu manifeſtè agnoſcentis: qui regionem hanc noſtram vniuerſam nemoroſam vnquã fuiſſe, inficiatus fuerat modò. Sed hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα. Quâ de re VI. Annal. noſtrorum Liber conſulendus pag. 249. vide alteros etiam Annales noſtros metro contextos lib. 1. pag. 16. & 27.

Primigenia Egmõdi Nominis ex ipsâ re deriuata Originatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ALCMARIA *diſtans. Ab Auguſto enim Oſtio* ENGMOND *etiamnum dicitur: credo, quod ſtagna* RHENI *ibi ſuum Emiſſarium in* OCEANVM *haberent. Certè intrà ſecundum lapidem ad Viculum (nomine* CRABBEDAM*) viſitur Alueus* RHENI, *qui* nomen ſuum antiquum retinuit, licet à* RHENO *deſtitutus. Suffragatur meæ opinioni, quòd claſſes* DANORVM *ſæpius eò appulerint: quod ſine oſtio aut portu impoſſibile erat. Nunc certè quùm portus periit, ne ſtatio quidem nauibus eſſe poteſt. Sed* WILLIBRORDVS *ſolitâ ſuâ feſtiuitate ex* ENGMONDA *fecit* HAECMVNDA, *quòd ibi primùm homines mundæ Religionis, hoc eſt* CHRISTIANAE *inueniſſet.*

Super hac etiam re Iunij noſtri Batauiam licebit conſulas, c. 8. pag. 56.

*Rinicheim *intelligit.*

Hactenus NANNIVS noſter. Reliqua enim non attexo, quamquam neque indigna ſcitu, neque lectu iniucunda. Et verò ea multò vtique commodius de Auctoris ipſius fontibus è proximo peti poſſunt. Mihi interim à D. GVILLIBRODO ad* D. ADELBERTVM, Collegam ipſi atque coætaneum, gradus paulatim promouendus: cui diu ante hæc COMITIS noſtri tempora HAECMVNDAE mortuo ac ſepulto peculiare inibi ab incolis eius loci exſtructum fuerat FANVM. Quod incendio iampridem corruptvm à DANIS NORMANNISQVE DIEDERICVS poſteà ex ligno reſtituit: ac præter id nouum Monaſterium ex eâdem materiâ à fundamentis excitauit, impoſuitque Virgines D. BENEDICTO di-

*De hocità Chronicō quoddam ante CCC. LX. annos calamo exaratum loquitur: *Sanctus Adalbertus in loco, qui dicitur Ekmunda, vſque ad obitum ſuum apud quendam Eggonem vſque ad tempus Karoli bellicoſi Ducis* (Martellum Caroli Magni auum intellige) *manſit; & circum poſitam regionem ad Chriſtianam Fidem ex magnâ parte perduxit; in eâdemq́ villâ ſepultus eſt. ſuper cuius Sepulchrum Fideles Eccleſiam conſtruxerunt, quam à Danis ſæpius conſtat eſſe deſtructam; Dei tamen prouidente gratiâ ibi ſemper aliquis remãſit, qui corpus Sancti viri honeſtè ſeruauit.*

* *De quo ità nos in Annalibus verſu perſcriptis olim fuimus argutati:* Ligno ſtructa licet, ſed erat reuerētia ligno, Quantam marmoreæ poſt habuere Domus.

Cœnobiũ Egmundenſe Auſpiciis impenſiſq́ue I. Comitis Diederici ligneum ædificari cæptum; ac Veſtalibus primum è primariâ Nobilitate Virginibus deſtinatum. Vide Annales noſtros metro conſtructos lib. I. pag. 26. & 27.

catas; additis in earumdem alimoniam Poſſeſſionibus ac Prædiis ſatis amplis. Quando, vel vbi ſupremum diem expleuerit, parum conſtat: eò minus, quòd neque ante CCCC. annos quidquam comperti hac de re tradere profeſſi ſint vetuſtiſſimi Hiſtoriarum noſtratium Compoſitores. Ad hæc incertitudinem rei ſatis per ſe arguit ipſa Auctorum inter ſe diſſenſio. Nam nec illi ſatis conueniunt qui de tempore aliquid impudenter ſunt auſi confingere. Quum enim eorum plærique nongenteſimo Salutis anno DIEDERICVM COMITEM deceſſiſſe, credi poſtulent ſibi; alij triennium, pars octodecim annos huic ſummæ aſtruere nõ verentur. Quamquam tricari quid attinet? quum Controuerſiæ iſtius Arbitrum domi habeam, optimæ cùm notæ tum Fidei CODICEM vetuſtiſſimo Charactere exaratum; diſertè aſſeuerantem; COMITEM DIEDERICVM, poſt diuturnam Prouinciæ adminiſtrationem, neſcio quò in longinquas oras profectum inibi deceſſiſſe. proinde certò non conſtare quàm diu vixerit, aut vbi locorum ſepultus. Matrimonio ſibi iunxerat GENAM, ex quâ gente incertum, tametſi quantum eſt recentiorum PIPINIO Italiæ REGE CAROLI illius MAGNI *Filio prognatam, temerè affirmare non vereantur. Impudens profectò mendacium, & nullâ penitus aut Probabilitatis aut veriſimilitudinis ſpecie colo-

De Emortuali Diederici I. Comitis non die modo ſed Anno Chronologorum inter ſe variatio ac diſſenſus.

Super Primi Comitis coniugio noua Quæſtio inſtituitur.

*Lodouici Pij fratre.

Mendaciũ ſuopte indicio ſe prodens.

coloratum. Quid enim à rerum Naturâ abhorrẽs magis, quàm vetulam plus quàm decrepitæ ætatis, & cuius Pater totis OCTO ac SEPTVAGINTA ANNIS anteà * præmortuus, nupſiſſe COMITI cui genua vi-rebant, liberos ſuſtuliſſe? niſi ſi fortè SARAE illius ABRAAMICAE exemplo Octogenariam Puerperam velint exſtitiſſe, aut natam xxx. annis poſt defunctum Patrem, quanto tempore ter Elephanti vulgò parere exiſtimantur. Atque hæc omnia ex falsâ nimis ac perperam ſubductâ temporum ratione; quam ſequuti hactenus probi iſti Calculatores ſcilicet in præcoci illâ ac prærnaturâ DIEDERICI COMITIS Inauguratione, totis QVINQVAGINTA ANNIS à Chronologiæ noſtræ SVMMA diſcrepante. Cui ſi præterea Filij ipſius cognominis (DIEDERICI inquam Secundi COMITIS) Longæuitas, ſecundiſſimo Idiotiſmi noſtri plauſu, acceſſerit; quidnam incredibile adeò vel monſtroſum progignere poteſt AFRICA, cui non ſtatim Populares mei fidem aſſenſumq́. ſuum facile commodaturi? Quem tamen DIEDERICVM (ex hac ipſa GENA ſuſceptum) quum ANNO demùm OCTVAGESIMO OCTAVO ſuprà NONGENTESIMVM (ſi bene calculum ponamus) viuendi finem feciſſe, ſit in confeſſo; conſequi neceſſum eſt, vt idem totis CENTVM AC LXXVIII ANNIS * Auo ſuo ſuperuixerit. Hoc propterea ſtomachoſius aliquan-

** Anno videlicet 810. triennio ante patrem. Carolum Magnum.*

Ex ratione temporum preſſius ſubductâ.

O ſomnia, ſurdas Qualia ad exequias Præfica cantat anus.

Alluſum ad Parœmiam illam multo vulgatiſſimam: Semper Africa noui aliquid apportat.

Ridiculum.

* Pipino, (vti iſti ſomniant) Caroli Magni filio: vt cuius fatalem horam in annum DCCCX. incidiſſe, paulò anteà oſtendimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

aliquanto, immò verò ſimplicius expoſui; vt vel hinc coniecturam facias (mi Lector) quàm difficile ſit Acroamatum noſtratium compilatoribus ſollemnem hancce mentiendi conſuetudinem (quæ iampridem ipſis in Naturam vertit) exuere. Quomodò porrò ab iſtis obtineri poſſit, vt in quotidianis Poſtſceniis ac Conciliabulis ſuis VERVM aliquando dicere animum inducant, quos nec Publicitùs quidem, & (quod grauius) in PATRIA PRINCIPVM ſuorum HISTORIA ità turpiter ne dicam flagitioſè NVGARVM LVDVM exercere puditum non eſt? in quâ ipſos Cretizare non debuiſſe, quis neſcit? auſos eſſe, quis credit? Magno mehercule Literariæ REIP. cum damno, tum probro; poſt CHALCOGRAPHIAM repertam primitùs, iſta impune quiduis infælicibus chartis illinendi nata eſt porrigo atque licentia: quâ tantum abeſt vt antiquiores illi CHRONICORVM noſtratium compoſitores laborauerint, vt nihil ferè niſi exploratè cognitum in Commentarios referre ſuſtinuerint. Argumento fuerint hæc ipſa (de quibus impræſentiarum agimus) Gentilitia primùm GENAE PRINCIPIS STEMMATA ac Natales, dein certior aliqua ANNI deſignatio qui DIEDERICO COMITI funeſtus ac ſupremus. de quibus quùm CHRONOLOGI illi quos dico comperti nihil per Maiorum manus traditum accepiſſent; nefas habuere, alienos Natales atque

O tempora, ô mores.

Quando primùm fœcunda hæc nugarum pariter ac mendaciorum ſeges longè lateque pullulaſcere, plurimiſque porrò culmis fruticare occœperit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

atque ementitã generis Nobilitatem ſcurriliter de ſuo ac Gnathonicum prorſus in morem PRINCIPIBVS ſuis arrogare atque aſtruere. Vnde factum, vt neque de * SIGEBERTO AQVITANIAE DVCE, neque de PIPINO † ITALIAE an LONGOBARDIAE REGE quiſquam iſtorum ſomniare; multo minus, EMORTVALEM Primi COMITIS noſtri diem ANNALI CLAVO terminare vnquam vel circumſcribere auſus fuerit. Ad quorum adeò exemplum ſi recentiores quoque potius ſe conformare, quàm fucum Lectoribus ſuis facere & neſcio quos * centunculos ſarcire maluiſſent; faxim, pleniorem aliquanto atque certiorem Municipalium ANTIQVITATVM Notitiam haberemus; neque tot tantiſque mendaciorum fortis ac ſordibus conſpurcata hodie iaceret RES BATAVICA. Sed querimoniarum ſatis. ad plauſibiliora aliquando veniendum; ad genuinam inquio ac germanam DIEDERICI NOMINIS Explicationem: quæ vſque adhuc ignorata, immane quas quantaſque interpretantium oculis nebulas tenebraſque offuderit: adeò inſidioſè atque fallaciter, vt IVNIVM etiam noſtrum (at quem virum?) in proletarij erroris naſſam induxerit ſcilicet. Sic enim ille BATAVIAE ſuæ Capite XXIII.

*Quem Diederico Primo Patrẽ fuiſſe vulgò fabulantur. atque ipſis commentum placet. Vide librum Annalium noſtrorum V. pag. 20.

† *Quòd Italiæ Regum nomen Longobardi aliquamdiu vſurpauerint. Vide Hotom. Cõment. de Verbis. Feud. in voce Regem.*

*In quos Catullianum illud conueniat planiſſimè: *Annales Volusi, cacata charta.*

Nominum propriorum terminationes variæ ſunt: inter quas RIX *apud* CAESAREM,

Nomina in *Rix*, & *Ricus*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

apud alios RICVS *opulentiæ argumentum & potentiæ adfert: quomodò Pecunioſum, Geldricum dicimus; Amnem piſcoſum, Fiſchricum; Terram frumenti feracem, Kornricam. Hic offert ſe primum Auſpicatum illud Nomen, quòd Primus* HOLLANDIAE COMES *tulit & repræſentauit: ac rebus geſtis & Virtutum ſplendore Auguſtius fecit in nouo* REGNO: *quod vt cum difficultate acquiritur, ità ægrè niſi per Virtutes retinetur, Maieſtatiſque beneficio conſeruatur.*

Theudericus 1. Hollandiæ Comes.

Et paullò poſt:

Theudericus quid apud Iunium ſignificet.

Nomen iſtud quantiuis pretij, Virtutum copiis affluentem ac dotatum ſignificat, originemque habet à Theude, vocabulo GOTHICO, *ſeu* CIMBRICO; *quod nos Theuchde, vel corruptius à primo ortu, Deuchde nunc ſcribimus; idemque plenius quàm Barbari olim ſcribendi rudes, ac negligentes potiùs: quod ipſum ob moleſtam aureſque radentem Aſpirationem mollius in* THEVDE *conuerterunt cum Græcis Latini: quo nullum accommodatius, aut Naturæ* VIRTVTIS *congruentius vocabulum excogitari potuit, deducto vocis Etymo à Theuchdij, quod eſt, Oſtende te. Illud enim proprium* VIRTVTIS *eſt ingenium, vt in occulto abſtruſa latere, ac veluti incluſa nequeat indigneturque, &c.*

Et hactenus quidem ille, veluti inter geminas Cyanearum Symplegadas, lubrico (ſicuti apparet) Opinionum æſtu colliſus pariter diſtractuſque; primùm perperam conceptæ Orthographiæ vitio (quam idem nobis

nobis biformem planè repræſentauit) tum verò maximè Archaiſmi noſtratis ignorantiâ, vti dictum, ſcripturam iſtius NOMINIS huiuſmodi ferè exemplo concipere atque exarare conſueti: *Diederijc.* vt quidem nos ex curioſâ ARCHIVORVM Municipalium Inſpectione deprehendimus non ſemel. Eâ verò appellatione, Populorum *multitudine*, id eſt, ſubditorum copiis abundans; & (quod haud paullò ſignificantius per, *Volcrijc*, exprimit Idiotiſmus noſter) ex Orthographiæ ipſius Placito intelligendus: Auſpicatiſſimo vtique, nec niſi in viros * PRINCIPES ac complurium gentium DOMINOS conueniente Epitheto: ab antiquatâ iampridem voce, *Diede*, ſiue *Diet*, quâ *Gentem*, ſiue Nationem vulgò denotari voluere Maiores noſtri. Atque hinc eſſe ſcito, quòd in CHRONICO illo populari vernaculis Rithmis conſcripto, *Tvrieſche diet*, prò FRISIORVM GENTE identidem occurſitare videmus. Cui alterum item illud, quod BELGIS hodie in vſu, Succidaneum vocabulum reſpondet, *Lieden.* vnde in FLANDRORVM * Chronicis LIEDERICI Nomen non incelebre, idem planè cum DIEDERICO noſtro ſignificantis. In quâ etiam ſententiâ BELGICI generis diſertiſſimum * LIPSIVM illum noſtrum eſſe video, mihique Iure gratulor. Sed enim de eâdem fideliâ (ſiquidem belliſſima occaſio eſt) duos etiam parietes dealbare,

Vera Diederici nominis Etymologia, *Nunc primùm dias producta in luminis oras.*

* *In quibus Diedericus etiam noſter nomen profeſſus ſuum.*

* Præter affinitatem Nominis, & hoc cōmune quoq. cum Principe noſtro habere viſi, vt Arduennæ Saltuarius conſtitutus, primus FLANDRICI (vti HOLLANDICI DIEDERICVS) COMITATVS iecerit fundamenta.

* *Poliorceticon lib. I. Dialogo II.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

albare, quid vetat? alteriuſque item Appellationis (HENRICI inquio) eodem planè modo terminatæ interpretamentum popularibus meis imputare de meo, ac liberaliter expenſum ferre? & quidem eò lubentius, quòd Libro ſuperiore operâ noſtrâ neque parcos neque condos in rerum ab HENRICO DVCE geſtarum enarratione nos præſtiterimus. cui Lubentiæ immenſum prætereà cumulum ſuperaddit maximus ille atque AVGVSTISSIMVS GERMANIAE ſuæ Liberator HENRICVS AVCEPS, nobis circà eiuſdem Libri finem pleno ore laudatus. Neque verò cælare Lectorem velim, vbicumque ſuprà dicti Nominis mentio occurrit, apud plæroſque ferè Mediæ Ætatis Hiſtoriographos, initialem vocabuli iſtius Syllabam in omnibus integrioris notæ Editionibus non *Hein* (vti vulgo hodie, faciliore hac pronuntiandi conſuetudine imbuti, ſcriptitare etiam aſſueuimus) ſed verò *Heim*, probè liquidoque publicatum exſtare. *Heim* dico, quod pro Circulo, ſiue Sepimento quo Territorij cuiuſque Limites includuntur, non (vti Theutones hodie) pro Domicilio, Maiores noſtros vſurpaſſe, in proletariis HEIMRADIORVM & SAXHEIMI dictionibus docuimus iam anteà. Vnde conſequi neceſſum eſt, vt HEIMRICI appellatio, non eum qui *Ædificiorum copiâ abundet* (quod priuatorum eſt) neque (vti IVNIVS hariolatur) *Peculij*

diuitem,

Ad primigeniam etiam Henrici Nominis Originationem deſcenſum, ac penetratum denique, ex veteris Idiotiſmi noſtri Placito.

In quo prætereà communis hodie Etymologorum error detegitur.

In cuius iampridem antiquati, ne dicam exoleti locū, Succidaneum hodie Vocabulum, *Ban*, ſucceſſit, eodem prorſùs ſignificatu. vt quùm dicimus; In den Ban van Waſſenaer / ofte Heimſkerk; aliaq́ue ad hoc exemplum.

Libro Ann…
lium noſtr…
rum Secul…
pag. 86.
Quod id t…
poris per …
cogitant…
(vti in re…
turbidis f…
cōſueuit) …
cauſam D…
cis tali N…
mine non …
digni, in…
locum vti…
que duxim…
referendu…

diuitem, vt quaſi per Synæreſin contractè prò *Hauenrico* poſitum accipiatur: verùm potius, qui AMBACTOS complures ac Toparchias (quæ DOMINIA vulgò appellantur) ſub Ditione ſuâ habeat poſſideatque. Epitheto (ſi quod aliud) viris PRINCIPALI Poteſtate præditis appoſitiſſimo, neque Auſpicato minus, quàm quod Primo COMITI noſtro impoſitum prædicauimus modò. De cuius germano, atque adeò maiore natu Fratre WALGERO, ſiue (vti REGINO vocat) WALGARIO, quædam nos neque trita hactenus, neque proletaria ex Archaicorum DIPLOMATVM fide exhibuimus ſuprà: ipſum videlicet IVS illud TRIVM LIBERORVM (tanti quondam apud ROMANOS æſtimatum) non quidem ex CAESARIS, ſed DEI ac Naturæ fœtificantis beneficio conſecutum, ampliſſimam Hærediorum ſuorum Succeſſionem ad * Filios, legitimè ex ſe procreatos, auſpicatò tranſmiſiſſe: Quod verò ſpeciatim ad WALGARIANAS opes ac Iuriſdictiones attinet, penes eundem non AMEIDAE Portoriorum modò, ſed locorum etiam inter LECCAM ISELAMQVE Fluuios iacentium Poſſeſſionem fuiſſe: Controuerſiam illam (à nobis motam primitùs) de THEISTERBANTIAE COMITATV indeciſam, atque in ſuſpenſo id temporis relinquẽtes. Neque me hercule iniuriâ, quùm Limites iſti (quibus ab Aretalogis noſtris vniuerſus ille THEIS-

Diſce, docendus adhuc.

Sub finem libri horum Annalium. V. pag. 234. & 235.

* *His nominibus inſignitos, Radbodum, Foppenem, Hattonem.*

Quæ quidem ſingulatim nos olim, communi errore imbuti, breui hocce Hexaſticho incluſa metricè expreſſimus: *Hoc eſt, quidquid Agri ad Veteris confinia Moſa, Hinc Lingâ, inde tuis (Lecca) rigatur aquis: Quà ſita Lerdamum, quà Bommelij, Arculeiq́;: Quà Culẽburgus, Bura, Viana iacẽt:*

Heukela, & Heuſdenum, Tiela, Altena, & Aſpernates:

Omnia WALGERÆ *quæ Ditionis erant.* Quæ nunc demum, ex errore in viam reuocatus, ecce hîc lubens hercule recanto, retractoque publicitùs. Vide Annales noſtros verſibus contextos lib. 1. pag. 13.

TERBANTIAE tractus diſſignatur ac circumſcribitur) nō ad THEISTERBANTIAM illam Veterem, ſed verò ad Inſulam BOMMELIANAM, Ditionem ARCVLEAM, HEVSDANAM, ALTENAENSEM, VIANENSEM, CVLENBVRGENSEM, BVRANAM; tum quidquid intrà LECCAM LINGAMQVE, ac VETERIS MOSAE alueum continetur, manifeſtò pertinuerint. Qui tantum abeſt vt cum celebratiſſimo iſto COMITATV commune quidpiam antiquitùs habuerint; vt, non dicam toto cœlo, verum & fluuiorum aliquot & terrarum ſpatiis inter ſe fuerint diſcriminati, quemadmodum & hodie. Cuius rei haud dubiam fidem nobis vetutiſſima illa ALFGERI † DONATIO facit; quâ idem, regnante * LVDOVICO PIO, LAVRISHAMENSE Cœnobium largificè eſt proſecutus. Ex quâ perſpicuè planum, THEISTERBANTES ſuprà dictos alios non eſſe, quàm qui à Romanis Scriptoribus TAXANDRORVM nomine cenſi antiquitùs; quos communis hodie opinio tenet, eam BRABANTIAE partem tenuiſſe quæ nunc * CAMPANIA dicitur. Quos tamen probi iſti Menſoréſne an Metatores dicam neſcio, ex Mediterraneis * Interamnates facere, immò Inſulares prorſùs; nec trans MOSAM ſolùm, ſed VAHALIM etiam relegare ac tranſponere veriti non ſunt. Plura de Primo COMITE DIEDERICO huc adſtruere, & PRINCIPVM noſtrorum reſpectus,

† *Cuius Apographum ex Archiuis Palatinis tranſcriptū (magni mihi muneris inſtar) Heidelbergâ ad nos tranſmiſit vir verè Nobilis ac Rei Literariæ iuuãdæ natus, Marquardus Freherus I. C.*

* Caroli illius Magni filio, Imperiique ſucceſſore.

* Vulgò, de Kempen.

* Quippe intrà binas Inſulas, Bommeliam Batauiamque concluſos ſcilicet.

ſpectus, & Vetuſtatis ipſius (à quâ, tametſi ſedulò perſecuti omnia ac perſcrutati, vlterius nihil in quæſtione exſculpere potuimus) reuerentia nos prohibent: Profeſſionis noſtræ haud oblitos; ſimul promiſſorum memores, quibus nihil adeò ex vano hauſtum nos de noſtro, ſiue alieno hiſce COMMENTARIIS inſerturos, iam inde ab initio ingenuè, hoc eſt, BATAVICA FIDE fuimus profeſſi. Cuius propoſiti fiduciæ mordicùs inhærentes, à rectâ incorruptæ VERITATIS viâ in ſequentium etiam COMITVM HISTORIA ne tranſuerſum quidem vnguem vſpiam diſceſſuri, ad DIEDERICI SECVNDI vitam reſque geſtas ritè porrò ordineque exequendas, iam nunc BONIS AVIBVS atque aſpirante FAVONIO accingamur.

DOVSA PATER LECTORI beneuolo S.

HACTENVS *nos: quæ verò deinceps ſecutura, à* DOVSA *Filio (heu, non iam ampliùs meo) eſſe ſcito, mi* LECTOR. *Quo (annis aliquot ante Fatale illud* HVNGARICÆ *Peregrinationis Decretum) hanc* HISTORICI *Operis telam haud ignauiter aggreſſo, nunquam fore ſperaueram, vt ipſe (velut in vacuum ſuccedens) abdicatum à me iampridem Vicarium hoc* HISTORIÆ *ſcribendæ Munus vllo porrò tempore reſumerem. Sed* DEO *aliter viſum, qui acerbam hanc nobis Neceſſitatem impoſuiſſe videtur, vt ad grauiſſimum mœrorem hic laboris inſuper ac vigiliarum cumulus accederet: quibus ſuſtinendis diutius iam pares eſſe non poſſumus. Heu, me miſerum, in cuius Piaculare vnius caput tot pariter ſe agglomerant mala? Plura prolequi, immenſus, ac penitiſſimis medullis conceptus dolor non ſinit. Tu quiſquis es commiſereſce quæſo; & conatus vtriuſque noſtrûm (ſi meruimus modò) eâ animi benignitate complectere, quâ offeruntur. Vale, mi* LECTOR, *Vale.*

DIE-

DIEDERICVS, COMES EIVS NOMINIS SECVNDVS.

> Diederici II. Comitis in defuncti Parentis locū Succeſſio.

DIEDERICO Primo ſucceſſit Filius Cognominis, qui Paterno HOLLANDIAE ac ZELANDIAE Principatui à Ciuibus ſuis Inauguratus, FRISIIS non ſatis ex ſententiâ fuit. Quod genus hominum inquies atque indomitum, crudo adhuc ſeruitio nec dum conſtituto ſatis firmiter Comitatu, agitabatur memoriâ ac recordatione priſtinæ Libertatis. & ſyluarum paludiumque ſitus cum ingenio conſentiebat; inde ad militaris audaciæ facinora promtiſſimi. Igitur in rerum nouarum ſpem erecti, DIEDERICI Imperium palam detrectare. Sed is breui coactis copiis, aut vi, aut * voluntate eos in ditionem redegit; compulitque ad id anguſtiarum, quo in poſterum ipſos in fide officioq. contineret, vt omnes ædificiorum ſuorum Ianuas Orienti Soli obuertere cogerentur; additâ inſuper contumeliâ: vt depreſſis domiciliorum foribus, nō niſi inclinato corpore intra limen quiſque ſuum penetrare, aut pedem indidem foras aliter quàm ſubmiſſo capite efferre poſſent: tanquam tacito opprobrio ſub iugum quotidie mitterentur. Nec plura de rebus geſtis huius COMITIS vetuſtiora

> Friſij enim à Libertatis ſtudio potiſſimùm primam Nominis ſui originem ſortiti.

> * Ex perſuaſione, quæ Neceſſitatis vim adfert, quam πειθανάγκην indigitat Helleniſmus.

> Friſiorum defectio ſeuerè à Comite noſtro vindicata.

> Hæc ex probiſſimi atque in Membranâ vetuſtiſſimâ exarati Codicis fide hoc etiam loco recenſere, operæpretium duximus.

> DIEDERICVS COMES eius Nominis Secundus.

Patriæ noſtræ monumenta, ante ducentos ab hinc annos trecentóſue calamo exarata prodiderunt; niſi quòd ex HASTILVDIORVM per GERMANIAM editorum * Scriptore hoc prætereà cognoſcimus; in bello contrà HVNNOS Auſpiciis HENRICI IMPERATORIS geſto militaſſe COMITEM hunc noſtrum, ſub Signis DVCIS SVEVIAE. Cuius iuſtiſſimi belli cauſam & ordinem ſi expromere velim, à propoſito meo deflexero; quo ſtatui non vltrà attingere externa, niſi quatenus noſtris cohæreant rebus. Id in vniuerſum dixiſſe ſufficiat modò, DEVM acceptarum iniuriarum VLTOREM neque iuſtiſſimæ iræ neque virtuti ſuorum defuiſſe. Itaque victos HVNNOS, & ad vnum pænè profligatos omnes Poſtquam Victoriam PRINCIPES IMPERII COMITESQVE & cæteros ex Nobilitate primariâ, quorum egregiâ eo bello operâ vſus fuerat Imperator, in vnum conductos apud ſe aliquamdiu retinuit: ne, ſi iterum ſe commouiſſent HVNNI, diſparſos difficulter congregaret: Spectaculis conuiuiiſque quàm apparatiſſimis eos intereà temporis oblectans: ſed ne fœlicitate interim ac luxu elangueſceret Virtus, vtque in remiſſionibus etiam ludicriſque ipſis armorum exercitio corpus animumque ad militiæ munia impigrè toleranda inſtruerent pariter firmarentque; ſimul ad leuandum tædium tàm longæ ac longinquæ

Diedericus II. Comes intereſt Bello Hunnico.

* Georgio inquam Ruxnero, Armorũ (vt vocant) Rege; cuius induſtriæ potiſſimùm veterem hancce Ludorũ Equeſtrium memoriam in hoc vſq. ſæculum, nuſquam interruptâ ſerie, continuatam nos debere eſt æquum.

Prudens Henrici Imp. conſilium ac circumſpectio;

Et vincere pariter, & Victoriâ vti callentis.

Vide Pandectas etiam Triumphales à Fr. Modio è Theutonico Ruxneri ſuprà memorati Idiotiſmo in Latinam Linguam traductas.

quæ

Decurſionum ac certaminum Equeſtrium continuatio conſultò ab Auguſto victore in annum vſque tertium extracta.

A. DCCCCXXXV.

quæ Peregrinationis (alterum enim iam annum domo abfuerant, neque tertio redituri erant) morem FRANCIS iampridem BRITANNISQVE celebratum, cæterùm ad id vſque tempus GERMANIAE ſuæ inſuetum ignotumque (velut Triumphandi poſt Victoriam & Equeſtri Decurſione certandi) primus introduxit atque inſtituit, vbi videlicet æmulatione decoris acerrimum quiſque inter ſe virtutis ac gloriæ certamen in ore atq. oculis fortiſſimorum DVCVM agitaret. additis LEGIBVS in certa Capita diſtinctis, quo delictis probra, virtutibus laudes ac præmia tribuerentur. Itaque cum conueniſſent omnes ad * MAGDEBVRGVM VRBEM, ſiue PARTHENOPOLIN, celebrata ſunt omni apparatu & pompa militari per triduum continuum noui certaminis Ludicra, in quibus conflictus Cataphractorum, & veri propè MARTIS ac bellorum ſimulacra repræſentata fuere. Quartâ Commiſſione, quæ tertio Ludorum die contigit inter XII. IMPERII COMITES (vt ibi appellantur) primo loco poſitus DIEDERICVS noſter, præter cæteros depugnauit. Idemque quinquennio poſt hanc Editionem * ROTENBVRGI ad TVBARVM Ludis Equeſtribus CONRADI, qui DVX FRANCIAE ORIENTALIS erat, interfuit. Quæ quidem omnia Hiſtoricâ vtcumque relatione à RVXNERO prodita fidem merentur

Ac mox Ha-
ſtiludiis

Quod primum
in Germania

*Prope quam, glorioſam illam de Hunnis Victoriam reportauerat Imperator.

Equeſtres Haſtatorum decurſus (Torneamenta vulgò vocant.) vbinam per Germaniam inſtituti primitùs ac celebrati.

Attende, Lector, ... XII. præcipuos Imp... Comites Principem noſtrum à Ruxnero ... ſitum ac ... locatum, ... quidem lo... principe.

Diedericum II. Hollandiæ Comitem (poſt ſtrennuã Imperatori ſuo cõtrà Hunnos nauatam operam) haud Magdeburgenſibus ſupradictis modò, ſed & Rotenburgenſibus, quæ Secunda per Germaniam celebrata, Haſtiludiis

*Qua Franconiæ Super... natis ... peris Metro... polis.

rentur in partem dico, non in totum: nam quòd poſtremum iſtud Haſtiludium imperante HENRICO AVCVPE celebràtum autumat; itemque, quòd ARNOLDVM Tertium HOLLANDIAE COMITEM meruiſſe ſub Signis DVCIS FRANCIAE ORIENTALIS in Bello HVNNICO ſcribit; vtrumque redarguitur temporum ſupputatione. nam & HENRICVS AVCEPS iam tum obierat: & ARNOLDI COMITIS mater HILDEGARDIS nondum in manum DIEDERICI, vt videtur, cōuenerat. Quod tamen in peregrino homine, rerum noſtratium ignorantiâ, facile excuſari poteſt, neque eò in dubium vocari fides eorum ex quibus iſta deſumpſit: à quibus fideliter COMITVM nomina repreſentata haud abſurdum ſit credere, non addito Regionis cui præerat Titulo, iuxtà morem illis temporibus obſeruatum: de quo * ſuprà admonui. Vulgus Scriptorum noſtratium minore veniâ digni ſunt, qui tàm multa ficta pro compertis, neque ab vllo vetuſtiorum tradita de primordiis huius PRINCIPIS in medium adferunt: hoc etiam inter alia referentes, COMITEM DIEDERICVM, rebellionem cœptantibus FRISIIS, confeſtim cum delectâ militum manu FRISIAM hoſtiliter acceſſiſſe; oppida, vicos, caſtella compluria expugnaſſe; omnia quâcunque pergeret, ferro flammâque corrupiſſe. FRISIOS inde in obſequium & pœniten-

Ruxneri hallucinatio, in temporum ratione minus cautè & cogitatè ſubductâ, caſtiganda.

**Libro.*

interfuiſſe. Quorū Editio quinquennio poſt, per Conradum (Franciæ Orientalis Lotharingiæ Ducem) ipſius Imperatoris generum pariter ac Vicarium procurata.

A. DCCCCXLII.

Diederici II. Comitis de Friſiis Occidentalibus Victoriæ, ex ſubleſtiſſimâ Aretalogorum noſtratium fide memoratæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

nitentiam compoſitos Pacem ſupplices impetraſſe; adacto in verba PRINCIPIS Sacramento, facturos ſe quæ imperaret: ſed eos, vt erant indomitæ ferociæ, facilè leuatos metu ad ingenium rediiſſe.

Reditus in gratiã.

Iterata Weſtfriſiorum defectio.

Igitur anno vixdum exacto HOLLANDIAM hoſtiliter ingreſſos ALCMARIAM expugnaſſe, EGMONDAM incendiſſe, inde per KINHEIMARIAM populabundos agmen rapuiſſe: vbique cædem, incendia, vaſtitatem, aliaque belli facinora circumferentes.

Vſque ad Alcmariæ Oppidi exſcidium, tũ Egmondæ quoque, ac Municipiorum Kinheimenſis Agri vaſtationem progreſſa.

Nec ſatiatos tot municipiorum excidio, LVGDVNVM quoque attentare cœpiſſe, caſtriſque iuxtà poſitis omni vi miniſque Oppidanos territare, iamque ad extremum periculi ac propè perniciem ventum erat, niſi ALEWINVS Præfectus Arcis (BVRGRAVIVM vulgò appellant) miſſo properè nuntio per literas COMITI ſignificaſſet, quo in ſtatu Oppidanorum res eſſent, quantoque in diſcrimine verſarentur; vndique circumſideri ſe, neque aliud vllum in arctis rebus perfugium quàm ad ipſum vindicem habere: niſi maturè ſuccurreret, vltimum diem Arci Oppidoque adeſſe.

Qui ad Oppidi etiam Leidenſis, Arciq́ue ei impoſitæ expugnationẽ, viam porro inimiciter affectant

Incaſſum; præſidente inibi Burgrauio Halewino.

Ac Principis ſui vindicias per tempus imploranti.

Neque ſegnis ad ſuppetias obſeſſis ferendas Diedericus noſter.

COMES importunæ hoſtium libidini obuiam eundum ratus, quòd eorum ferocia nihil remiſſi neque languidi patiebatur, tumultuariam manum armat; cumq; eâ expectaturus quoad omnes in vnum conuenirent copiæ, LVGDVNVM ingreſſus, animos Ciuium erexit: Fæciali interim

Sicut erat, copiis tumultuariis tantum, necdum iuſto exercitu ſatis plenè ad manus cum hoſte conſerendas inſtructus.

ad FRISIOS præmiſſo, qui & locum pugnæ & tempus denuntiaret. At illi recenti ſucceſſu, ſuper inſitam peruicaciam, feroces; nullam dilationem patiebãtur; ſimul, ne dies prolatando egregias opportunitates corrumperent, maximè feſtinabant reliquum exercitum quem COMES expectabat antecapere. Igitur graui verborum contumeliâ DIEDERICVM inceſſunt; exprobrantes, non hîc ſyluas, nec paludes; ſed æquo loco & patentibus campis, in virium atque armorum fiduciâ omnem poſitam eſſe belli fortunam: nihil eſſe quòd morando pugnæ occaſionem extrahere conaretur, niſi timorem. Quibus acceptis DIEDERICVS, primùm inſolitâ denuntiatione leuiter commotus, alienum ſuis rationibus exiſtimans tam paruâ manu cum tam numeroſo, tam recentis animi, tamque inueteratæ peruicaciæ hoſte quam primùm dimicare; virtute rurſùs ſuorum, & contumeliæ iniuriâ, & detrectandi certamen verecundiâ, diuerſas ad curas trahebatur: præſertim quum ipſorum inconditam multitudinem maioris animi quàm conſilij, feſtinantius quàm compoſitius omnia agere non ignoraret, ſe quantò capitum numero inferior eſſet, tantò militum animis & virtute præſtare. Ità cum neque defugere pugnam, honeſtum, neque copias in diſcrimen dare, ſatis tutum videretur; vicit tandem in laudis auido ingenio

Quæ res Friſiis vltrò etiam Comitem ad pugnam laceſſendi fiduciã addidit.

Neque ancipitem prælij fortunam detrectat Diedericus.

Virtute ſuorum magis, quàm multitudine confiſus.

præceps calidi cõſilij impetus, optimumque viſum eſt, committere rem Fortunæ, & tranſigere cùm FRISIIS certamen. Igitur in aciem copias quas habebat educit. Erat in eâ parte HOLLANDIAE quà quondam RHENVS alueum ſuum in Oceanum exoneraſſe putatur, verſùs Septentrionem Vicus nomine RHENOBVRGVM (quaſi RHENI ARCEM dicas) duobus plus minus paſſuum millibus LVGDVNO diſtans, Sacrarum poſtea è primariâ Nobilitate Virginum Collegio deſtinatus dicatuſque.

Rhenoburgum, Virginum poſtea Nobilium educationi atque caſtimoniæ inſtituta Abbatia.

Ibi infeſtis animis armiſque concurſum. FRISII, quanquam numero longè præualerent, fuſi fugatique. Quo loco Templum D. LAVRENTIO dedicatum inſequente anno velut monimentum Victoriæ, adiiciunt iidem, & quidem de ſuo hæc omnia. SNOIVS etiam exſtructum ibidem Monaſterium tertio poſt anno ſomniat, quod duobus pænè ſæculis poſt contigit. Sed fatalem iſtorum hominũ vecordiam, præſertim quùm & Teſtimoniis pariter & Auctoritatibus deſtituantur, hoc loco pluribus caſtigare, nihil attinet. ſatis enim ſeipſos produnt.

Weſtfriſij iterum vincuntur.

Signa canunt.

O calculatorem probum.

Abſurda Snoij, immo ridicularis prorſus de Rhenoburgenſis Abbatiæ initiis hariolatio.

Anno DCCCCLXX. COMES Cænobium EGMONDANVM crebris FRISIORVM incurſibus quaſſatum (nam igni abolitum fuiſſe, Veteres Auctores non habeo) quod ligneum fuerat, ex lapide magnificentius multò reſtituit; indidemque BENEDICTINI Ordinis Monachos collocauit;

Cœnobiũ Egmondenſe, quod à Dieder ico I. ligneum anteà conſtructum fuerat, à Filio eidẽ cognomine lapideum factum.

A. DCCCCLXX.

Ea porrò Egmunda in tutiora loca traducta auctore Diederico.

cauit, & ad Diuinum cultùm, vbi vacaret, & præſidio, ſi vis iterum aliqua ingruiſſet: tranſlatis inde HEMSTEDAM Sacris * Virginibus, cum impares reſiſtendo incurſus FRISTORVM quotidianos arcere non poſſent. aſſignatum vnicuique earũ quantum ad vitam honeſtè ſuſtentandam ſatis eſſet; ſed ob Litem quæ ipſis cum HILDEGARDA PRINCIPIS Vxore erat, vetitum Edicto, ne qua Succidanea in defunctæ alicuius locum poſtmodùm ſurrogaretur. ità vt paulatim intermortuis omnibus defecerit id Collegium. EGMVNDANVM autem Cœnobium multis agris ac prædiis, tũ etiam ſpecioſis ſumptuoſiſq́; Donariis auctum, in vſum eius Templi, quod D. ADELBERTO Sacratum ſuprà memorauimus: partim ipſius COMITIS, partim Vxoris HILDEGARDAE, nec non EGBERTI filij liberalitate. Præter Aram enim deauratam (quæ interlucentibus latè radiabat gemmis) Tabulamq́ue ſolido ex auro Aræ ſuper impoſitam (quæ margaritis & vario lapide, ſed imprimis admirabili præſtantiſſimorum Artificum ſculpturâ inſignis habebatur) Libros auro gemmiſq́ue diſtinctos, Diuorum Reliquias argenteis forulis inductas, Dalmaticas, cinctus, atque alia Sacrorum ornamenta ſubtilibus ex auro laminis bracteata, ad vſum atque ornatum Templi abs ſe conditi primitùs an inſtaurati contulerunt. Cænobium hoc eo Anno exſtru-

De quarum Inauguratione quædã à nobis in Vitâ Primi Comitis: ſed plenius omnia ac diffuſius in Annalibus noſtris metricis, pag. 27. item in Vitâ Diederici huius Secundi pag. 40, & 41.

In Virginum Veſtalium locũ (quarum memoria intermortua paullatim atque abolita) Monachorum Ordo ſuccedit.

Vide Hedam in Rerum Vltraiectin. Chronico.

Diederici Principis, nec non eiuſdem Coniugis, ac Filij in Donariis, Simulachris, aliiſq́ue Templorum ornamentis Regia propè munificentia ac largitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

exſtructum, quem dixi, non DCCCCX. (vti Rupicionibus quibuſdam commentū placet) tum ex Antiquiſſimis rerum Monimentis conſtat: tum quoniam Patri quoque in exædificatione Cænobij ARNVLFVS adiutor acceſſit, abſurdiſſimum eſſet id in eum annum reiicere, qui non dicam ARNVLFI ſed & ipſius fortaſſe DIEDERICI Natalem anteceſſerit. Res poſtulare videtur, quoniam de EGBERTO Filio COMITIS nos locus admonuit, vt pauca ſuprà repetentes quâ occaſione idem ad EPISCOPATVM TREVIRENSEM peruenerit, hîc aperiamus, ità vti id ipſum in Cōmentariis manu quidem exaratis, at non nimium vetuſtis declaratum exſtat, tametſi fidem eorū haud parū eleuet malè perperamq́. ſubducta Temporis ipſius Ratio. Aiunt enim Anno huiuſce Sæculi quinquageſimo tertio (quo tempore valdè puerum fuiſſe neceſſe eſt EGBERTVM) miſſum à Patre ad ARCHIEPISCOPVM TREVIRENSEM, cum haud contemnendâ Nobilitatis manu, atque (vt forte apud eundem in EPISCOPALEM Aulam diuorterat) finito prandio D. MATHIAE Templum ingreſſum, ibi dum Sanctorum Reliquias paullò religioſius contemplatur, eaſdemque intuendo ſatiari non poteſt (veluti ſacro quodam horrore præſtricto animo) captum amore loci illîc manſiſſe: cooptatum inde in Familiam D. BENEDICTI, iis qui ipſum co-

De anno, quo Egbertus (maior natu Filiorum Diederici) apud Treuiros Archiepiſcopalem Cathedram conſcendit, quæſitum.

mitati

mitati fuerant, mandata ad Patrem referenda dediſſe. Hinc RVIGERO primùm, mox HENRICO, ac poſt DIEDERICO defuncto, PONTIFICEM omnium Suffragiis electum. Hîc etiam toto quinquennio errant noſtri, dum EPISCOPATVM iniiſſe videri volunt Anno eius Sæculi ſeptuageſimo quinto; id quod ſeptuageſimo factum eſſe, ex TREVIRENSIVM Chronicis euidentiſſimè dilucet. Addunt EGBERTVM priuſquam initiaretur, literas in patriam ad Patrem propinquoſque miſiſſe, quibus petebat, vt (quod commodo ipſorum fieret) * Inaugurationi ſuæ cum ſollenni pompâ adeſſent. ARNVLPHVM Fratrem continuò cum ſuis ſplendidiſſimo apparatu inſtructis accurriſſe: qui exceptus magnificentiſſimè, ſimulque in amplas Regioque prorſus luxu exornatas ædes deductus: Finitâ pompâ diſceſſuri propinqui multa ac pretioſa Sacrorum locorum ornamenta effuſiſſimâ largitione PONTIFICI EGBERTO in vſum ECCLESIAE reliquêre; neque præſentes ſolùm, verùm etiam poſt diſceſſum ſuum Legatos domo cum ampliſſimis Donis illuc identidem ablegantes, religioſum affectum animi liberalis cum ex ſuâ tum Cathedræ ipſius dignitate largiter expleuerunt. Quibus rebus maximè effectum eſt vt TREVIRENSIS ECCLESIA tum caput primitùs in cœlum deintegro quaſi tollere incipiens, breui ad priſtinum

Illud extrà controuerſiam, Rutgerũ Treuirorum Antiſtitem Henrico primitùs, Henricũ deinde Diederico, poſtremò Diedericum Egberto huic noſtro vacuam deceſſu ſuo Pontificatus ſedẽ feciſſe.

* *Quæ in ipſas Natalis Dominici Ferias anteà fuerat indicta, & quidem ſolmnitas.*

Arnulfus ad Fratrem Egbertum, Archiepiſcopum iam deſignatum mittitur à Diederico Patre, nouam hanc eidem dignitatem communi propinquorũ nomine gratulaturus; ſimul ſollemnem Inaugurationis ipſius Pompam præſentiâ ſuâ cohoneſtaturus.

Treuirenſis Eccleſiæ ex ſuperiorum temporum calamitate vaſtitas & deſolatio.

decus amplitudinemque peruenerit: inſtauratis Cœnobiis, receptis agris, vtque Templa (quæ per DANORVM antea, mox SCLAVORVM etiam HVNNORVMQVE incurſiones manu, ferro, igne violata, nudataque omnibus ferè precioſiſſimis Sacrorum ſuorum ornamentis fuerant) tum primùm partim aureis, partim argenteis vaſis, Dalmaticis, Caſiolis, Labaris cortiniſque ſericis, adhæc auro purpurâque pictis tapetibus, alioque omni Regifico planè cultu & magnificentiâ exculta ſint: adiuuantibus impenſas propinquis; in quibus potiſſimùm ARNVLFI effuſa liberalitas enituit. cuius animum (poſt inſpectas TREVIRI vnum in locum coaceruatas tot Diuorum Reliquias) tantus Religionis ardor inceſſit, vt totum decennium ab eo tempore non niſi in Diuinarum rerum cogitatione defixus, continentiſſimam vitam nullo procreandæ ſobolis deſiderio exigeret. Donec paternâ demum auctoritate, aſſiduiſque amicorum precibus expugnatus, ad vxorem ducendam animum appulit. Igitur ad OTTONEM AVG. eius nominis SECVNDVM profectus, LVTGARDIM THEOPHANIAE IMPERATRICIS Sororem, conciliante ipſo OTTONE, in matrimonium accepit, *ROMANO IVNIORE IMPERATORE BYZANTINO natam, non †THEOPHANIO, vt plerique Scriptorum tradunt, inducti in errorem nomine

THEO-

Ambitioſum Principum certamen ex immoderato Religionis ſtudio.

Arnulfi, necdum Comitis, ac viuo etiamdum Diederico patre, profuſa in Eccleſias Eccleſiarumque Præſules munificentia.

Arnulphus Comitis ſecundi Diederici Filius, gener Imperatoris Conſtantinopolitani, Ottoni II. Auguſto Affinis, Tertio Auunculus.

Apud Ottonem enim II. Imp. nuptiæ hæ celebratæ, vt cui octennio ante hoc tempus Sponſæ germana Soror in matrimonium locata fuerat, anno puta 972.

†Ei ſiquidē, Theophaniæ nomen diſertè aſſignant Annalium noſtratium compoſitores.

*Qui Conſtantini eius nominis octaui filius, Imperiiq; ſucceſſor.

†Quam Anaſtaſiam prius dictam, Theophaniæ nomine ab Socero poſteà cohoneſtatā, aſſerit Cedrenus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

THEOPHANIAE Matris: eò quòd Matrona hæc curis virilibus par, PRINCIPEM potius præferret quàm ipſe PRINCEPS: qui remiſsâ rerum adminiſtratione luxui tantùm ac deliciis vacabat. NICEPHORI filiam appellat SIGEBERTVS, pari errore Vitrici nomen attribuens Parenti. Cæterùm ex hac Affinitate quæ ARNVLFO noſtro cum IMPERATORE interceſſit, impetrauit DIEDERICVS, vt Principatum HOLLANDIAE aliter quàm Pater, non vt Beneficiarium ſed vt ſuum Iure Optimo in perpetuum poſſideret. in eámque rem exſtant Auguſtæ etiamnum CAESAREI Diplomatis † Tabulæ, vbi ternos COMITATVS nominatim videas expreſſos, * Agrum MOSAE, KINNEMVM & TEXELIAM. Neque tranſeunda ſilentio videtur DIEDERICI noſtri liberalitas in BLANDINENSE FLANDRICI Pagi Monaſterium collata. quâ de re ità FLANDRICARVM Rerum concinnator:

† Quarum Exemplum ſub finem huius libri poſitum es reperturus.

* Maeſlant hodie.

Hæc à DOVSA Patre hîc interpoſita, vſque ad deceſſum Diederici Secũdi.

Meierus, Annalium ſuorum lib. II. quem vide.

THEODERICVS II. COMES *cum Coniuge ſuâ* HILDEGARDE *dedit Monaſterio* BLANDINIENSI * CLEIHAM *in Pago* FLANDRENSI *Anno* REGIS LOTHARII XXII *&* ABBAE WOMARI XXIII. *Subſcribentibus* ARNVLPHO MARCHISO FLANDRIAE, *&* ARNVLPHO *Filio* THEODORICI COMITIS. *Indictione tertiâ.*

* Cleiham, *eſſe autumat Meierus locũ propè Dixmudã, Keiham hodie vocitatum. Cuius loci hoc etiamnũ tempore penes Abbatem Blandinienſem adminiſtratio.*

Ex quibus verbis perſpicuè planum, non

ARNVLFVM FLANDRIAE MARCHIONEM modò, ſed eidem etiam Cognominem DIEDERICI noſtri Filium, in re præſenti ad BLANDINENSES illas Paternæ Largitionis Tabulas adhibitum, eaſdem Subſcriptione ſuâ approbaſſe. Quem quidem ARNVLFVM, quamobrem GANDAVENSIS Titulo inſignjuerit SIGEBERTVS, in Quæſtionem vocari poſſe video. Ego verò (ſi quis hîc conjecturæ locus) vtriuſque tàm Nominis quàm Cognomenti cauſſam atque originem ad * MAGNVM illum FLANDRIAE MARCHIONEM (harum itidem Tabularum Subſcriptorem) referendas autumo. à quo fortaſſe ARNVLFVS hic noſter, ſollemni CHRISTIANISMI Ritu atque inſtituto, de Luſtrali Sacri BAPTISMATIS fonte ſublatus exceptuſque, in auſpicatum * Suſceptoris ſui nomen tranſierit. niſi ſi cui potius ſuſpicari lubeat, (ſed ſuſpicari tantùm, non autem prò comperto aſtruere) Parentem ipſius HILDEGARDAM, Paganicorum armorum metu, à marito PRINCIPE (Limitum ſuorum tuitionem interim non deſerente) in tutum porrò GANDAVVM ablegatam, ibidem loci cumpſo infantulũ enixam puerperio cubaſſe, cui poſteà ex re, hoc eſt, à loco genitali (id quod hodie inſolens non eſt) Agnomen iſtiuſmodi impoſitum. Cæterum nobis hîc commonendus Lector, perperam ac præpoſterè à MEIERO Titulum

*Arnulphum dico, Balduini II. filiũ, cui Magni ferè cognomentum à Flãdricarum rerum Chronographis attributum videmus.

*Ità cum Magno populari illo noſtro (ERASMO inquam) nuncupare liceat nobis eum, quem *Arbitrum Initiationis* BVDÆVS, Vulgus *Compatrem* appellat.

Cauſſæ veriſimiles conjecturâ quæſitæ, quamobrem Comiti noſtro Arnulfo Gandauenſis cognomentum attribuerit Sigebertus.

Quas rationes olim nos huiuſcemodi Tetraſticho inclusimus. Vel quia Luſtrali puerum is de Fonte leuarit, Iuſſerit & Gandæ nomina ferre ſuæ: Vel quia Gandæ ui fors hunc enixa ſub auras, Ablegata illò, Dana per arma, Parens. *Libro Metricorum Annalium* III. *pag.* 45.

**Arnulfi Filio ac Succeſſori.*

lum GANDAVENSIS aſcribi * DIEDERICO Tertio: eique narrationi fulciundæ inconſideratè nimis publicam SIGEBERTI Auctoritatem ab eodē in medium produci. quum palam contrà reclamet ipſe SIGEBERTVS, non Filio ARNVLPHI DIEDERICO, verùm Patri ipſius ARNVLPHO cognomentum iſtud diſertiſſimè aſſignans. Sed enim manifeſtus hic memoriolæ, non iudicij lapſus. Ei proinde tantillæ culpæ gratiam humanitùs faciundam cenſeo: non item Popularibus quibuſdam meis, ità ſomniculosè paſſim, ne dicam vecorditer hallucinātibus, vt (veluti à communi ſenſu aberrantes) commiſeratione potius quàm fuſtuario digni videantur. In quibus Signifer REINERVS: qui non contentus, COMITATENSES illos BENEDICTINI Ordinis MONACHOS ex RHENOBVRGENSI Cœnobio primitùs HAECMVNDAM porrò Auſpiciis ſuis traduxiſſe; niſi in MONACHORVM locum Succidaneum inſuper VESTALIVM è primariâ Nobilitate Virginum COLLEGIVM, ſine vllâ Publicâ Auctoritate ſurrogaret, cui COLLEGIO prima ante alias DIEDERICI Secundi COMITIS Filia (nomine ARLINDA) Prærogatiuo INFVLATAE Dignitatis Titulo præfuerit. Quæ quàm à SNOIO non dico verè ſed veriſimiliter ſaltem referantur, ipſe ABBATIAE RHENOBVRGENSIS coarguit Natalis; qui LOTHARII AVGVSTI So-

Abſurdiſſima Reineri Snoij de primisillis Rhenoburgenſis Abbatiæ incunabulis, tum de Arlindæ Infulari inibi Præſulatu geſto hallucinatio.

De Arlindâ (quam alij perperā Adelheidim vocant) plura nos in Annalibus noſtris carmine contextis, in Vitâ Diederici Secundi: *Iam tamen Vxoris dederat prius oſſa Sepulcro, Et Nata exequias duxerat ipſe ſua Arlinda, nulli quā nuptam, in flore Iuuenta Hinc in communem conſtat abiſſe locum. Alterius defecta diu qua luminis vſu, Sana Albertinâ facta putatur ope.* Lib. III. pag. 56. Quam formâ etiam venuſtiſſimam Io. Beka concinnat nobis.

ti Sororem Petronellam, * Florentii Secundi Coniugem, non Diedericvm hunc Secundum Auctorem habens, in Annum demùm mcxxxiii. tanto poſt tempore incidiſſe comperitur. Cuius nouelli Coenobii Gubernaculis non Arlinda hæc noſtra (quæ cruda adhuc in primæuo * adoleſcentiæ flore iam ante Patrem obierat) ſed verò Saxonicae gentis Cvnisa, & ætate pariter & diſciplinâ morum venerabilis, iam inde ab initio admota, Fvndatricis ſuæ exſpectationi per omnia reſpondit. His licebit inſuper attexamus Caesariae Donationis Inſtrumentum (quam idem ille quem dixi Comiti noſtro * Affinis Imperator Gandensi Cœnobio Regificè expenſam tulit) ex eodem Meiero cum curâ & fide tranſſcriptum. quò vel ex hoc ipſo meridianâ luce clarius Lectori luceat liqueatque, non eam olim in noſtris hiſce ac vicinis regionibus agrorum fuiſſe vaſtitudinem, quàm, Cantherino ritu ſomniantes, vulgò hodie imaginamur. Sed enim verba ipſa adſcribam, optimum eſt.

* Itâ vt etiam per ætatem Præſulatui gerundo idonea eſſe non potuerit.

De quâ in Vetuſtiſſima nota Membranis huiuſcemodi exſtat Elogium; Anno 1168. Obiit Cuniza piæ memoriæ prima Abbatiſſa in Renſborch, Literarum ſcientiâ & facundiæ gratiâ mirabilis, Religione gratiâ, Nobilitate inſignis, Soror Frederici Comitis de Belke, amita Chriſtiani Archiepiſcopi Maguneiacenſis, cui ſucceſſit Bonifacia.

* Otto II. Aug.

Vide ſuprà horumdem Annalium lib. vi. ſub finem, pag. 297.

Ex Meieri Annal. Lib. II.

Anno dcccclxxiv. Otho Avgvstvs (*eius nominis Secundus*) *confirmauit Poſſeßiones* Gandensis Coenobii: *illiq; multa ab aliis ablata reddidit: vt in * Pago †* Tessandriæ, Nortwiick, *&* Ideghem, *cum Eccleſiâ & omnibus appendicibus: In Pago* Brachbantensi Sechlecam *cum Eccleſiâ &c. In Pago* Rien, Bocholt *cum Eccleſiâ &c. In Pago* Scaldis, Crebcam *&* Papinglandiam

A. 974.

* Nota Pagî hîc nomen prò Diæceſi totâ, ſiue Territorio vbique accipi oportere. Id quod Romanis quoq. auribus non inſolens.

† A Taxandris (antiquitus ſic dictis) nomen ſortito.

Hinc primigeniũ haud dubiè Brabantici Nominis Etymon petendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

DIAM *cum Eccleſiâ. Et ſuper fluuium* GOLDAM, *Terram in quâ poſſint ali nongentæ oues. In Pago* † BEVELANDIA, *omnem Terram à* ZVTHERA *&* ZVTFLICA *vſque* CORTAGOSVRAM * KAMPAM *item & quidquid ex Ditione S.* BAVONIS *in* WALACHRIA *contineri dignoſcitur. Item in* BRVNSALE *in* OSTHOLT *ſuper fluuium* LARAHAM *&* DIEPENHEE, *vbi ducentæ paſci poſſint oues. In Pago* BRACHBANTENSI, † *Villam* * WERVINIAM *cum Eccleſiis duabus & omnibus adiacentibus. Et Villam* † FLITERZELE *&* PAPINGHEM *&* * BAVINGHEM *&* GISENZELE. *Et in Pago* HASBANIENSI, *Villam* WINTRESHOVE, *&* * WINEBLE *cum Eccleſiis. In Pago* BRACHBANTENSI HOLTHEM, *quam dedit* FLOGBERTVS, *cum vxore* REFINSVINT. *Et in Pago* * FLANDRENSI *Poſſeſſionem, vocabulo* FELTHEM. *Actum* XII. *Kalend. Februarÿ Indictione* II. *Anno* REGNI *ipſius* XIII. * IMPERII *autem* IV. *apud* * BRVSOLAM.

Quæ quidem bona eò potiſſimum à ſe commemorari profitetur MEIERVS; vt, quæ iam loca mari ſint ſubmerſa; quæ'væ appellationes ſuas poſteà mutauerint; ex veterum locorũ collatione liquidius porrò hodie exploratiuſque dignoſcatur. Quibus inſuper COMITIS noſtri (DIEDERICI inquam Secundi) Largitiones, in EGMVNDENSE Monaſterium collatas, mantiſſæ vicem hoc loco adiicere, nõ eſt conſilium; & quidem eò minus, quod Largitionum earum DIPLOMATIS ſententiam (Elegiacis vtcumque numeris à nobis adumbratam) Lector à Poëſi non nimium alienus, ex alterâ illâ Præcidaneâ ANNALIVM noſtrorum Editione, domi petendi in promptu

habeat

† *Hodie Zuydbeuelandiâ.*

* *Hodie fortè Herwijnẽ.*

† *Fortè* Vlieterzeel *hodie.*

* *Ex Gallico fortaſſe Idiotiſmo;* Vin, & Ble: *Nominis iſtius Etymon accerſendum.*

* *Quam* Bruxellam *bodie vocitamus, Belgicè* Bruſſel.

Libro Metricorum Analium II. *pag.* 42. & 43.

* Vnde etiã *Kampenſveer*, in Walchriâ hodie nõ incelebris Oppidi nomen, niſi ſi quis ad Campã potius, maritimum olim Inſulæ Nortbeuelandiæ Municipium, pelagiis hoc tempore fluctibus coopertum, oppido illi Verienſi ex tranſuerſo oppoſitum, nomen iſtud trahi oportere contenderit.

† *Villam*, prò Ciuitate, vnde certius etiam apparet, Pagorum nomen prò Regionibus ſiue Territoriis accipiẽdum.

* A Bauone & Giſelberto ſcilicet deductâ vtriuſq. vocabuli Etymologia.

* Ergò Flandriæ nomine Pagus etiã in ipsâ Flandriâ. Sed (vt dixi) Pagi nomine tota Diœceſis id temporis comprehenſa.

* Vereor, vt in annorum ſummâ cõcipiendâ calcularius hoc loco, vel Chalcographicus certè commiſſus ſit error: plæriſque eius propè æui Chronologis hunc non quartum, ſed primum Ottoniano Imperio annũ aſſignantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

habeat facultatem. Id quod de DIEDERICI quoque Primi COMITIS Donationibus in eoſdem EGMVNDENSIS Cœnobij alumnos pari liberalitate impenſis, commonitum volumus Lectorem. quarum verba conſimiliter, qualicumque imparium numerorum ratione, ſaluo tamen integroq́ue Diplomatis ipſius ſenſu, cum curâ & fide, in eiuſdem PRINCIPIS vitâ commemorandâ expreſſimus. Anno huius Sæculi Octuageſimo octauo DIEDERICVS diem clauſit extremum, ſuperſtite adhuc HILDEGARDA vxore an defunctâ, vtrumque enim traditur. Sed & illud in ambiguo eſt, ex quanam familiâ fuerit HILDEGARDA. *LVDOVICI enim TRANSMARINI FRANCORVM REGIS filiam fuiſſe (id quod tradunt recentiores) nemini, qui quidem vel tantillum ad Chronologiam ſapiat, perſuaſeris. nam & certiſſimi Auctores id reticent; & BEKA ex famâ parum conſtanti hauſtum fatetur. Sed neque LVDOVICO huic filiam vllam fuiſſe, colligi poteſt ex FRANCORVM* monumentis; & vt fuerit, temporum ratio valdè repugnat huic DIEDERICI Coniugio, qui ad quinquageſimum ſecundum Ætatis annũ (iuxtâ ipſorum computationem) peruenerat: quin & liberos iam ſuſtulerat, antequam naſci potuerit † HILDEGARDA. Quòd ſi in eã ſententiam (tanquam in Aſylum) ſeſe recipiant, vt non hoc quidem LVDOVICO, ſed

Primo Operis illius Libro, pag. 15, & 16.

A. DCCCCLXXXVIII. pridie Nonas Maij.

De Proſapiâ Hildegardæ quæſitum.

* Qui filius Caroli Simplicis.

Vide Annales noſtros Metricos lib. 3. pag. 57.

*Ab eruditiſſimo Pithæo publicatis primitùs.

Temporum ratio preſſius examinatâ, atq. ad exactiores Chronologiæ calculos decurſum.

† Vt cuius Parens Gerberga Ludouico Tranſmarino primitùs anno 940. nuptiis locata fuerit.

Plura de his, ac pleniora omnia in Annalib. noſtris verſu contextis, quos vide lib. III. pag. 57.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Ludouico Iuniore Aug. Arnulfi Imp. filio.

ſed altero eiuſdem nominis * IMPERATORE FRANCI ſanguinis, genitam dicant; etiam hoc effugium illis adimemus. Nam duas ille quidem filias habuit PLACIDIAM ac MATHILDIM, vtraſque poſteà ſummis GERMANIAE PRINCIPIBVS denuptas; ſed nullam hoc nomine. Vt vt ſit, valde probabile crediderim HILDEGARDAM Affinitate aliquâ * LVDOVICI proſapiam contigiſſe, eò magis, quòd à LOTHARIO huiuſdem REGIS FILIO DIEDERICVM REGALI neſcio quo Munere donatum, teſtantur veteris Æui monumenta. Sed quid mirum in vxore errasse recentiores, quùm nec in iis quæ ad ipſum DIEDERICVM pertinent, ſatis ſibi conſtent, quem * Octuagintaocto annos Imperij, centum vitæ expleuiſſe arbitrantur. Quæ opinio iam in animis hominum altius radices egit, dum ad augenda omnia in maius homines ventoſi, & ad probanda ea imperitum vulgus blandiente mendacio inclinat; & gliſcit vtrumque poſteritate. Cæterùm abſurdiſſimum eſſet credere, aut incipientes Principis annos tantarum rerum curarumque mole oneratos, aut à ſene pluſquam decrepitæ ætatis nouum ac ferocem populum in officio potuiſſe contineri, aut denique Comiti tot bellis illigato, tot negotiis diſtricto, inter prima vacillantis adhuc, neque dum firmiter ſatis nouelli Principatûs poſita fundamenta, tam diuturno & imperio

Placidia natu maior Conrado (qui poſt Ludouicum Iuniorem imperauit) Conradi Comitis filio; Mathildis verò Henrico, Othonis Saxonum Ducis filio, denupta. Vide Chronicon Guillelmi Nangij à Pithæo oditum.

Transmarini.

Mitto, quod in Francis Didrici quoque mentio Faſtis; Non alium à noſtro quem Didrico eſſe reor: Illuſtri Comitem quem Belgica vidit honore, Tunc cum Rex Francis hic Lodouicus erat.

* Conſimilis vaniloquentiæ notâ laborant Friſiorum gentis Annales in Aldegilli (qui Radbodo Regi pater) longæuitate. Eum ſiquidem totos LXXXVII. regnando, haud viuendo modò expleuiſſe ſomniat neſcio quis Scarlēſis, ſubſcribente ei Suffrido Petri, viro cæteroqui in Patriæ ſuæ rebus perſcrutādis haud incurioſo. Quam quidem Fabulam (vti plæraque eiuſdē farinæ omnia) ab eruditiſſimo populari eius VBBONE EMMIO egregiè confutatā Libro Hiſtoriarum ipſius quarto operæpretium fuerit inſpicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

& vitâ frui licuiſſe; præſertim cum Mithridatis & Maſiniſſæ anni pro miraculo referantur; quorum hic ſexaginta ille quinquaginta ſex annos regnauerit. Sed enim hanc fabulam ab eâ opinione, ne dicam inueteratâ Hæreſi fluxiſſe, manifeſtum, quæ penitùs iampridem omnium medullas peruaſit; & à quâ (tanquam ab IMPERATORIS Statuâ) auelli ſe ægerrimè etiamnum ac moleſtiſſimè patiuntur municipum noſtrorum plærique, nimium ſententiæ ſuæ pertinaces. quæ ſcilicet CXXV annis ante DIEDERICI huius exceſſum, DIEDERICVM Primum HOLLANDIAE COMITATV à CAROLO CALVO donatum temerè hactenùs vulgauit. In quâ Opinione plenè cumulatéque refutandâ atque conuincendâ quùm meliorem ferè Libri Quinti partem conſumpſerimus, eandem hoc loco telam denuò retexere non modò putidum ſed etiam ſuperuacaneum cenſemus. Sed neq. de admirabili illâ, inter FLANDRIAE continentem ZELANDICASQVE INSVLAS, NOVAE * FOSSAE è SCALDI fluuio in OCEANVM Deductione, deintegro hîc narrationem iteraturi ſumus; quæ originem Nominis ab AVGVSTISSIMA Auctoris ſui Appellatione ſortita, in Secundi huius DIEDERICI incidit Principatum: ad Sextum horumdem ANNALIVM Librum (vbi copioſiſſimè à nobis hæc materia pertractata) Lectorem noſtrum relegare

Hæc à nobis poſteà adiecta; eò dico, ne quis ea fortè ex perſonâ Filij prolata, temere nimis atque inconſideratè exiſtimet.

*Ottingæ, ſiue Ottonianæ potius, ab Ottone ſcilicet Imp. quam A. 949. deductam vult Meierus, alij in annum demum 980. reiiciunt. Vide ſupra pag. 273, & 274.

gare contenti: quoque manifeſtior inſuper narrationi noſtræ fides accedat, ſuper hac-ce re FLANDRORVM CHRONOGRAPHI verba in medium proponere: quæ quidem ad hoc exemplum concepta:

Libro Flandric. Annalium 11.

OTHO CAESAR *magnum toti* FLANDRIAE *incuſſit terrorem; incendiisque ac rapinis quaquà poſſet graſſatus*, GANDAVVM *populabundus peruenit: contraque* GANDENSES (*qui tum intrà* SCALDIM *&* LEGIAM *tantum incolebant*) ARCEM *validam eduxit in ripâ* LEGIAE. *Ex quâ Arce* CAESARIANA *præſidia cum* GANDAVENSIBVS *odio implacabili continenter digladiabantur ad* BALDVINI INSVLANI *vſque* PRINCIPATVM. *Adhæc* CAESAR *Terram Quatuor Officiorum occupauit*, FOSSAMQVE HONTAM *duxit, quam* OTHONIANAM *dixit, ac* FINEM IMPERII *eſſe voluit.*

A. DCCCCXLIX. vt quidem apud Meierum hæc annorum ſumma concepta legitur.

Cuius narrationis ſummam in paucula verba contractam ſic Laconicè exſequitur doctiſſimus vndequaque MARCHANTIVS lib. Flandr. 11.

Aſſidua Arnulpho ob Limites Flandriæ cum Francis controuerſia fuit: magnaq; contentio cum OTHONE I. CÆSARE *validam Arcem Gandanis opponente, Foſſamq;* OTHINGAM *ducente, quam* IMPERII *Metatorem Limitrophum eſſe voluit.*

Quo in bello DIEDERICVM etiam noſtrum, poſt tranſlatum ad GERMANOS IMPERII nomen; CAESARIANAS partes ſequutum, aduerſus FLANDROS depugnaſſe, vero diſſentaneum non eſt. Vnum etiam nunc reſtat, vt promiſſi ſuperius à me facti fidem impleam; de AVGVSTISSIMO illo OTTONIS (Auo Parentique Cognominis, eiſdemque in IMPERIO ſucceſſoris) DIPLOMATE repræſentando; & quidem ex Formulâ, hoc eſt, verbis conceptiſſimis, nihil minus quàm Myrothecion illud TVLLIANVM, vel ROMA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

NI Sermonis lautitias redolentibus; ad hoc exemplum ſcilicet:

Diploma Largitionis AVGVSTÆ, quâ Otto Tertius DIEDERICVM Secundum COMITEM (AVVNCVLVM dico ſuum) Regaliter eſt proſecutus.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ TRINITATIS, OTTO *diuina fauente clementia* REX. *Cunctis fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet atque futuris manifeſtum eſſe volumus, quomodò nos ob votum & amorem dilectæ genitricis noſtræ,* THEOPHANÆ *videlicet* IMPERATRICIS AVGVSTÆ, *necnon interuentu fidelium noſtrorum* EKBERTI TREVERENSIS ECCLESIÆ VENERABILIS ARCHIEPISCOPI. *ac nepotis noſtri* HENRICI BAVARIORVM DVCIS, *fideli noſtro* THEODERICO COMITI, *quidquid noſtro conceſſu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina quæ vocantur* LIORA ET HISLA *in proprium dedimus, cum omnibus vtenſilibus, quæ in eodem beneficio Regio conceſſu per fructuarium vſum ante hoc poſſedit, & totum quod noſtrâ Regiâ conceſ-*

Omnia hæc Fiduciario hactenus Titulo poſſeſſa, Iure porrò proprio in perpetuum obtinenda.

ſione

ſione in villâ SVNNEMERE *dictâ*,,
beneficiario vſu vſque modò, cum,,
omni vtilitate illuc aſpiciente, ſed,,
etiam in proprium deinceps tenen-,,
dum donauimus; adhuc quoque quic-,,
quid beneficij noſtrâ de parte inter,,
duo flumina MEDEMELACHA *&*,,
CHIMELOSARA (GEMERCHI *di-*,,
cta) tenuit cum omnibus appendiciis,,
ad idem beneficium pertinentibus, ſi-,,
militer in proprietatem habendam,,
dedimus. Adhæc etiam totum quod,,
de noſtro iure in PAGO TEXLA,,
nuncupato in beneficium tenuit, cum,,
omni vtilitate ad hoc appendente,,
(excepto quod vulgari linguâ dici-,,
tur HVSLADA) *ad integrum ſibi in*,,
proprium tradidimus in Comitati-,, Vide ſuprà Libr. Annal. v. pag. 219.
bus ita nuncupatis, MASALANT,,
KINHEM, TEXLA. *Et vt de prædi-*,,
ctis rebus liberam habeat poteſtatem,,
donandi, commutandi, ſeu quicquid,,
voluerit faciendi, hoc noſtræ aucto-,,
ritatis præceptum conſcribi, & an-,,

Maſalant, Kinhem, Texla, Comitatuum nomine cenſa atque honorata antiquitùs.

 nuli

„ *nuli noſtri impreßione ſigillari iuſ-*
„ *ſimus; manuq́ propriâ ſubter fir-*
„ *mauimus. Signum* DOMINI OT-
„ TONIS *glorioſißimi* REGIS, HIL-
„ DEBALDVS EPISCOPVS ET
„ CANCELLARIVS *vice* WILLIGI-
„ SI ARCHICAPELLANI *recognoui.*
„ *Data octauo kalend. Septembris,*
„ *Anno Dominicæ incarnationis*
„ *nõgenteſimo octogeſimoquinto, In-*
„ *dictione tertiadecimâ * Anno au-*
„ *tem tertij Ottonis regnantis ſecun-*
„ *do. Actum Nouiomago fæliciter.*
„ *Amen.*

Anno poſt quàm Imperiũ adeptus.

Hactenus DIPLOMA Imperatorium: in quo (meo quidem animo) plana omnia ac perſpicua, ſi modò exoletas aliquot Locorum Appellationes exceperis: quibus tamen enarrandis hoc loco diutius immorari superſedeo: præſertim qui ità madidâ memoriâ non ſim, vt non recèns etiamnum animo noſtro obuerſetur, quanta per nos meliori harum regionum ac Locorum parti, nouæ iampridem lucis copia affulſerit; idque per cauſſam Logiſtoricæ illius Diſquiſitionis, quam Libro potiſſimùm Sexto ſuperius inſtituimus. quâ ità pleræque Archaiſmorum noſtratium obſcuritates

tes vel diſcuſſæ penitus, vel ſaltem illuſtratæ; vt nihil non popularibus meis peruium iam factum; cunctaque ſic quaſi in aprico, omniumque pæne oculis ſubiecta videantur. Eò proinde curioſum Antiquitatum iſtiuſmodi Aucupatorem melius fuerit recurrere; vt, vbinam gentium hæc & talia inueſtigari debeant, propius in re præſenti cognoſcat. Etenim ad me quod attinet, actum (quod dicitur) agere, neque lubet; neque adeò (ſi lubeat) vacet. Et verò mihi, ne vetus illud SCAVRIANAE Cenſuræ conuicium audiam, cauto eſt opus: Cui (cum Sæculi quondam ſui Tautologiâ luctanti) perpetuum ferè cum VOTIENO bellum, eoque Declamatorum genere, qui * Actiones ſuas identidem repetendo corrumpebant, legimus interceſſiſſe. A quâ ingeniorum proluuie idem ille (quem dico) toto orationis genere diſſentiens, ſubinde prædicare ſolebat; *Non minus magnam Virtutem eſſe, ſcire deſinere, quàm ſcire dicere.*

Atque ità vt nullus prope, vel certè exiguus dubitationi in poſterum locus vlterius relictus videatur.

Ad ſtomachum Crambe non facit vlla meum.

* Quibus, dum non ſunt cōtenti vnam rem ſemel bene dicere, hoc etiā damni conſequuntur, ne bene anteà dixiſſe videantur.

Vide Senecã Patrem lib. Controuerſ. IX. Controuerſ. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

IANI DOVSAE FILII,

HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER NONVS.

BREVIARIVM LIBRI.

*A*RNVLPHVS *Diederici filius fit Comes: Friſios compeſcit; qui mox Adelboldi impulſu rebellant. Inundatio & calamitates ſequentis anni. Comes mouet in Friſios. Aquæ inopiâ laborantem exercitum diuinitùs ſiti liberat. In pugnâ cadit. Egmondæ ſepelitur; in Diuos refertur. Diedericus Tertius patri ſuccedit: quæſitum de eius ætate, & per occaſionem detectus fucus in Ziphridi fratris matrimonio. Vltraiectini belli cauſſæ. prodigia ante bellum. Bauo fiduciario Comitatu à Diederico pulſus Epiſcopum ad arma impellit. Is mox cum Diederico Comite pugnat, infeliciter. Numerus & recenſio cæſorum. Inter noſtros & Vltraiectinos redintegratum bellum, pari euentu. Adelboldus in pugnâ capitur. Eius ad Comitem, & Comitis viciſsim ad eum Oratio. Expeditionem in Friſios ſuſcipit Diedericus, ſine ſucceſſu. Intereſt haſtiludio Treuirenſi, quod ſextum in Germaniâ. Hieroſolymam proficiſcitur. moritur.* Hæc geſta annis quinquaginta & vno, intra *Annum* CMLXXXIIX *&* MXXXIX.

ARNVLPHVS GANDAVENSIS COMITVM TERTIVS.

Eius cognomenti occaſio libro ſuperiore veriſimiliter excuſſa atque expoſita.

IGITVR Diederici morte Vacuam Hollandiam ſub imperium accepit Arnulphus filius, qui GANDAVENSIS cognomine CMXXCIIX

mine inſignitur à Sigeberto. Hic ſub initia Principatûs ſui, Friſiorum animis ad res nouandas pronis, vt ſemina futuri motus in ipſo ortu opprimeret, acriter eorum regionem ingreſſus, multos mortales & Vicos aliquot pugnando cepit. Qui vbi intellexerunt omnes ſuas fortunas in extremo ſitas, ſupplicantes legatos mittere, facturos ſe imperata promittere. Nec abnuit Comes, vt qui ſciret non minore detrimento ſibi Victoriã, quam illis Dominum parari. Friſij autem, tametſi in verba Principis ſacramento ſe obſtrinxiſſent, non ità multò poſt ad eum deſtituendum arte maximè & impulſu Adelboldi (qui poſteà Traiectinus Antiſtes) traducti; neque anteà voluntate alienati, diem bello circumſpicere: atque ex eo tempore quotidiani hoſtes crebris incurſibus Hollandiam attrectabant. ſiquidem Comitem continenter cum iis belligeraſſe, teſtantur Annales. Sub hæc ferè tempora ingens aquarum inundatio agros multos abſorpſit, & quæ in arduo ſteterant, complanauit, cum fœdâ domorum & animalium ſtrage. quam ſequuta æſtas feruentiſſima, intemperie ſuâ frugibus & aliis ad hominum vtilitatem neceſſariis incrementum omne ademit: ex quâ annonæ caritas, & ex caritate fames. Sed & autumnus eiuſdem anni immodicâ niue præſens exitium ſatis omnibus attuliſſe memoratur. Interea Friſij creſcente per impunitatem audaciâ

Arnulfus Friſios imperata facere armis compellit.

Non bene victis Creditur.

A. DCCCC-LXXXIX.

Præter diluuij mala, cæli quoque intemperiè laboratum.

Friſij ab ingenio non diſcedunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

A. DCCCCXCIII.

regionem omnem fœdis populationibus infeſtabant. Comes vt eos aliquoties repreſſos potius quàm oppreſſos certiore in reliquum tempus victoriâ debellaret; néue in multa prælia ac parua carperet ſummam vnius certaminis, ad vniuerſæ rei dimicationem veniendum exiſtimans, bellum

Arnulfus acriter in eos mouet.

per Fœciales denunciari iubet, pugnæ diem locumq́ue vbi præſto forent prædicit. Quæ vbi ſatis prouiſa putat, iuxtà pagum qui *Winckel* (quod Tabernam inſtitoriã noſtrate linguâ ſonat) dicitur, caſtra propè in conſpectu hoſtium locat. Vbi dum ſedet

Dulcis aquæ inopia, atque ex inopiâ ſitis.

in aduentum eorum inſtructus intentuſq́ue, aquæ penuria ſuos intereà vrgebat; quùm reperta propter amaritudinem aut

Ad XIV. Kal. oct.

fœtorem vſui non eſſet. miraculum adiiciunt; Comitem veritum ne ſiti conficeretur exercitus, in tabernaculi interiorem

Arnulfi precum efficacia.

partem receſſiſſe, ibi fuſas tam ardenter ad Deum Opt. Max. preces, vt egreſſus locum militibus deſignauerit, quò ſimul foderũt, repente magnam vim dulcium aquarum proſiluiſſe. Quod quidem miraculum ex grandæuorum hominum relatu memoriæ poſterorum ſe tradere narrat Beka. nobis parum Veriſimile fit Comitem & grauiore tempore anni iam circumacto, & in regione aquis abundante, & ex compoſito ac præparato ad pugnam venientem rerum

Friſij ex inſidiis ac latibulis ſuis improuiſo irrumpũt.

neceſſariarum inopiâ fatigatum. Accedit quò minus credam, diſſenſus autorum, qui

id

id in itinere accidiſſe narrant. Dum hæc geruntur, Friſij quaſi vitabundi per paludes & loca ſaltuoſa profecti, ex tranſuerſo occurrere noſtris & prælium accendere: quorum ſuperuentu nihil perculſus Comes, dum aciem exornat & pugnæ inſtruit ſuos, pauca & præſenti feſtinationi congruentia loquutus, repente ſigno dato hoſtes inuadit.

Noſtri fortiter reſiſtunt.

Concurrunt vtrinque maximis animis ac dubio aliquandiu prælij euentu, auido ità promptoque duce, vt dum accerrimè rem gerit, ac certaminis ſtudio cum paucis procul à ſuis temerè euehitur, ad extremum grauiter ſauciatus conciderit.

Imprimis Comes, qui vincendi ſtudio in confertiſſimos hoſtes lõgius à ſuis euectus, accerrimè dimicando plagis confectus occumbit denique.

Id factum Idibus Maij. A. 994.

Inde conſternata noſtrorum agmina pedem retulerunt.

Vnde repentinâ noſtrorum conſternatione receptui ſignum datum.

Nec Friſij recedentibus inſtitere, ſat gloriæ ſibi partum ex Principis cæde, & abundè rei bene geſtæ fructum rati, quia iugum ſibi in poſterum excuſſum ſperabant, maximè quod Victoria ipſis haud citrà ſanguinem; & noſtri, niſi quod Principem amiſerant, æquâ prope manu diſceſſiſſent.

Corpus Principis exanime maiorum conditorio infertur.

Comitis cadauer hoſti ab circumſtantibus ereptum magno cuiuſuis generis, ordinis, ætatis plangore Egmondam in maiorum monimenta infertur. Ipſe vt in Diuorum concilium adſcitus crederetur, vitæ innocentia morumque ſanctitas populo perſuaſerat, nec mox fama dubitauit, editis (vti vulgò perhibent) poſt mortem miraculis. Hic exitus Arnulphi anno Principatûs ſui quinto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vxore Lutchari relictâ, quæ haud ita multò poſt ipſum ſequuta eſt, ac duobus filiis Diederico Comite & Siccone Kinheimariæ Præfecto, vnde nobiliſſimas Brederodiorum ac Teilingiorum ſtirpes profluxiſſe indubitata obtinet fides.

DIEDERICVS TERTIVS HIEROSOLYMITA, COMITVM IV.

Diedericus Comes Arnulfo patri ſuccedit.

PRIOR in defuncti Patris locum ſucceſſit adhuc impubes. neque enim duodecenni maiorem fuiſſe conſtat, neque eſſe potuiſſe, ſatis id indicio eſt, quòd mater tredecim ante annis primum nupta fuerit. Id quod tametſi ab eâ famâ quæ apud pleroſque omnes obtinuit hactenus diuerſum eſt, tamen (vti ex incorruptis hiſtoriarum monimentis & vetuſtiſſimis rerum noſtratiũ commentariis rem ſe habere certò colligimus) reticere nobis conſilium non fuit. Adiuuat ſententiam noſtram, quòd, viginti ſex annis poſt hoc tempus, *Iuuenis* à * Ditmaro appelletur: quod fieri certè non poſſet, ſi iam tum patre ſuperſtite ad virilem ætatem perueniſſet. Accedit, quòd Beka per triginta quatuor duntaxat annos Hollandiæ Principatum tenuiſſe ſcribat hunc Comitem, vt ſcilicet reliqui quibus ſub alienâ tutelâ fuit, in hanc computationem non veniant. Vnde liquidò comparet eius fabulæ vanitas, quâ confingere auſi ſunt,

De eius ætate quæſitum.

* Lib. Chronici eiuſdem VII.

Nam alioqui XLVI. annis imperauit.

In Sifrigidi fratris matrimonio Aretalogorum noſtratium detectus fucus.

Siphridum huius fratrem (iram aui ſui declinantem ob cædem à ſe patratam) in Friſios exulatum iuiſſe: inibique cum Goſuini Præſidis filiâ legitimo matrimonio copulatum inde defuncto auo ab Arnulpho ad Diederici filij & Withildis Saxonicæ nuptias ſolenniter accitum & veniam perpetrati facinoris impetraſſe, & poſſeſſionibus multis ac latifundiis auctum: inde nominis Brederodici cauſſam. Quæ omnia quùm ſeipſa ſatis arguāt vanitatis, vt monſtra quædam ac portenta, expianda potiùs quam refutanda videntur. Quis enim aut ab infante cædem patratam credat? aut vxorem duxiſſe auo ſuperſtite, qui ne patre quidem viuo per ætatem ducere potuerit? Sed & illud de Goſuini Præſidis filiâ quam præter omnem veritatem confictum ſit, ex iiſdem veterrimis rerum noſtratium autoribus colligere licet. Vt enim ij teſtantur, Siphridus Caſtricomenſem quandam virginem, nomine *Thetburgam, dubium formâ an veneficiis in amorem pellectus*, non pro fortunæ ſuæ mole, domúſue Principalis faſtigio ſibi iunxit; *habuitque iuſtæ vxoris loco*: hoc magis diſpari matrimonio, quòd natu maiorem, ac proinde in ſucceſſione Principatûs fratri præponendum aliqui crediderint: cui renunciaſſe eum ob hanc cauſſam indicare videtur vetus * Epitaphium tumulo eius appenſum. Itaque ſponte, an de communi propinquorum ac Nobilitatis ſen-

Quas narrationes nec veras, nec veriſimiles, & ætatis ratio & Vetuſtiſſimi rerum noſtratium Scriptores vanitatis apertiſſimè conuincunt.

* Cuius ſecundum Diſtichon ſic ſonat: *Sicco genus Comitū, Comitatum ponit auitum: Dum quod amat ſequitur, ſe minor efficitur.* Vide Annal. Douſæ Patris metro conceptos pag. 75.

 tentiâ

tentiâ de hæreditario ſuo iure ceſſerit, neque traditum extat, neque facilis eſt interpretatio. Certè frater Diedericus Comitatum ſuſcepit; & aderat animus curarum atque imperij capax, vt mox apparuit. Decimoquarto anno ab exceſſu Arnulphi Balduinus Barbatus nonus Comes Flandriæ, quòd quoſdam in Lotharingiâ rebellionem ſpectantes ſub obſequium Henrici Cæſaris coëgiſſet, ab eodem Walachrias cum aliis Zelandiæ Inſulis dono accepit.

A. CIↃ.VIII.

Bellum inter Hollandos & Flandros. Vide Meierum lib. Annal. II.

Quæ quidem res poſteà Hollandos ac Flandros in magno diuturnoque bello inter ſe habuit, quod quadringentos propè per interualla tenuit annos; dum noſtri Zelandiam Optimo Iure ſuam eſſe contendunt, * Donatione quâdam iam inde ab Ludouico cæſare (Ludouici Pij filio) profectâ.

*Suprà Lib. Annal. v. â Dousâ Patre repræſentatâ, pag. 226. & 227.

Anno CIↃ. XIIX.

Aliquot annis poſt, grauiſſimum inter Traiectinos & noſtros exarſit bellum, quod vnius * Præſulis ambitione conflatum diuina atque humana cuncta permiſcuit.

* Adelboldi, cuius potiſſimùm inſtinctu Friſios ad rebellionem concitatos indicauimus anteà.

Nam nec maiore mole virium irarumque Traiectini vnquam intulerunt arma, nec validiores opibus ciuitates genteſque in partibus habuerunt. Atque ego, ex quo Eccleſiaſticas iſtorum temporum Hiſtorias paullò curioſius inſpicere occœpi, ità comperi; Præſules vltraiectinos vſque eò proſperos rerum ſucceſſus habuiſſe, quamdiu non honoris & loci, verùm ſolidæ pietatis ac doctrinæ certamen inter eos

Veterum Epiſcoporum integritas ac ſanctimonia.

fuit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

fuit: quamdiu moribus,exemplis, humilitate ſubditis prælucere,quàm prauâ dominandi libidine ſurſum ac deorſum omnia miſcere maluerunt. At poſtquam alieni appetentes, ſui profuſos, neque vltrà Concionis locum memores Sanctitatis, nihil penſi neque moderati habere, & omnia proferendæ Iuriſdictionis honeſta æſtimare lubido ipſorum animos inuaſit (dum agnatis quiſque ac gentilibus ſuis diuitias quærendo bonum publicum corrumpit) incredibile memoratu eſt quanta in quàm breui tempore commutatio inceſſerit; quamq́ue præcipiti gradu & ſe & ſua omnia peſſum dederint. Qui ſi permanere voluiſſent in iis artibus quibus veteres illi Pontifices Francorum Germanorumque Principum beniuolentiam ſibi conciliauerant (vnde & ampliſſimis dignitatum Prærogatiuis & Dominiorum acceſſionibus Eccleſiæ res auctæ) neque ex maximâ gratiâ atque fauore,quem virtute ac ſanctitate quæſiuerant ſibi, in inuidiam finitimorum veniſſent: nec bona ipſorum atque poſſeſſiones vicinis, vt quæque maximè opportuna erant, belli lege ad ſe trahentibus in prædam ceſſiſſent. Siquidem, ſi ab inſtituto primùm Comitatu vſque ad hæc tempora computemus, centum plus minus & quinquaginta anni colligentur, quibus inter Hollandos atque Vltraiectinos ſine offenſâ omni æquo ac modeſto Iure agi-

Heu Pietas, heu priſca fides? Quis talia fando. Temperet à lacrymis?

Nam imperium iis facile artibus retinetur, quibus initiò partum eſt.

Ambitio ſeque ac ſua præcipitat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

agitatum; donec Adelbodum inimica Vltraiectinæ quieti Fortuna (velut fulmen aliquod) otio ac tranquillitati publicæ inieciſſet. Is ſiquidem Epiſcopus Illuſtris inter Friſios proſapiæ, ſpectatæque induſtriæ vir; nec humanarum minus quàm Diuinarum rerum ſcientiâ imbutus, ſed ferox, & (vltrà quàm Pontificiæ dignitati expediret) militaris gloriæ appetens; vaſto magis animo quàm magno, immoderata, incredibilia ſemper cupiebat. eumque Friſiæ vniuerſæ, & (ſi poſſet) Hollandiæ cupiditate flagrantem, maxima lubido inuaſerat extorquendi eam Prouinciam Diederico; cuius poſſeſſionem penes primos Vltraiectinæ Eccleſiæ Pontifices fuiſſe, ſed ſucceſſorum incuriâ neglectam, inaniſſimâ perſuaſione imbiberat. Nec mediocriter ei ſpem ac fiduciam adauxerat defectio Friſiorum; quos (iam inde ab antiquo turbare conſuetos) non contentus in Arnulphi ſanctiſſimi principis cædem, tunc cum adhuc priuatus ageret, armaſſe, recenter etiam aduerſus ſucceſſorem eius Diedericum, vt obſtinatis animis Principalis obſequij reuerentiam exuerent, inſtigaſſe credebatur: ſiue * Henrici Cæſaris (vti nonnulli volunt) impulſu, cui idem anteà ab interioribus conſiliis fuerat: ſiue * gentis ſtudio, ex quâ originem traxerat (Principibus ſemper infeſtæ) plenus ſpei, æmulo ſubmoto, facilè ſe popularibus ſuis ex ſententiâ vſurum.

XIX. Vltraiectinæ Eccleſiæ Antiſtes, cuius auctoritate potiſſimùm Friſiorum gens ad defectionem ſolicitata.

*Eius nominis Secundi, vtroque & Sancti pariter, & Claudi cognomẽto inſigniti.

*Friſicæ, cui idem Natales ſuos debet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rum. Sed neque Diederico ad vlciſcendas paternas iniurias animus deerat, verùm perduellium pœnis, aut, ſi reſipiſcerent, miſericordiæ ſuæ ſpatium dandũ exiſtimans, diſſimulatâ in præſens irâ, hoſtium pariter ac ſuas vires circumſpectabat, vindex in tempore adfuturus. Inter quæ & portenta aliquot oculis obuerſata, futuræ cladis euidentia ſigna extiterunt; volucres varij generis denſo agmine ad eum locum quo commiſſa poſteà pugna congregatæ, roſtris atque vnguibus ſeſe mutuo conficientes; tam pertinaci irâ ac rabie, vt cadentium paſſim ſtratorumque humi volaticorum corporum aceruis campi operirentur. Item in prouinciâ (quam Northuringum dictam teſtatur Ditmarus) tres lupi antea ab incolis non viſi, nec ſparſi, ſed ſimul vagantes, cum magnâ hominum ac pecorum ſtrage graſſati ſunt. Adhæc ſtella Cometes diro aſpectu, magnitudine amplæ trabis, iuxtà ſidus Vrſæ maioris, ſiue Plauſtri effulſit. Pluſquam quatuordecim diebus viſum eum notat Ditmarus, per quatuor continuos menſes apparuiſſe affirmat Sigebertus. Quod poſtremum propius ad fidem Annalium noſtrorum videtur accedere, qui longiſſimum temporis ſpatium quamuis indefinitum Cometæ huic adſcribunt. Et fortaſſe numeri in Ditmaro corrupti ſunt. Id autem antiquitùs obſeruatum, magnas rerum mutationes portendere,

Anno 1017. menſe Auguſto.

De quibus cum vniuerſis tum ſingulis copioſè Ditmarus Epiſcopus Marſpurgenſis (Adelboldo ac Diederico noſtro coætaneus) Chronic. lib. 7. vnde & hæc depromta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

dere, non terruit Adelboldum, quò minus ſpes ſemel conceptas acrius in dies rapere perſeueraret. Quas inquietis animi cogitationes meliorum conſiliorum reuerentia ac Walboldi inprimis prudentiſſimi Decani auctoritas ad eum diem retardauerat, quo fulcro res Vltraiectina potiſſimum nitebatur. At poſtquam illo ad ſupremam Tungrorum Diœceſis adminiſtrationem accito, Adelboldus ſuo tantum ingenio vti ac lubidinem dominandi armorum & diſcordiarum cauſſam habere cœpit, quùm æger ambitione & iracundiâ facile in diuerſum ab æquo & bono traheretur, ad id quod ſua ſponte ſatis irarum collectum erat, inſignis clientis ſui calamitas animum inſuper eius haud mediocriter accendit. Pontificalis ditionis limiti præſidebat id temporis Diedericus quidam cognomento Bauo, haud tenui loco ortus, quem rebus nouandis opportunum, & velut miniſtrum ac ſatellitem cupiditatũ ſuarum, vſuariis abs ſe Bodengrauæ ac Zuamerdami dominiis, agroq́ue limitaneo donatum, Beneficiarij inſuper Comitis titulo honeſtiorem fecerat Adelboldus. Is vanâ æmulatione Hollando Principi infeſtus anteà infenſuſq́ue, tum verò non iam furtim (vti prius) aut per latrocinia, Verùm manu militari fines eius populabundus inuadere, multos mortales cum pecore atq. aliâ prædâ captiuos abducere; nihil denique quod

Neque enim cuiquam mortalium paruæ aut leues iniuriæ ſuæ videntur.

Bauo furtim anteà graſſari, & quaſi per latrocinia rem gerere conſuetus, apertè tandem perſonâ depoſitâ in confinem ſuæ prouinciam impetum facit.

modò,

modò hoſtile foret, prætermittere: prorſus, ex Patroni ſui ſententiâ, exiſtimantis dolore permotum Comitem offenſas ſuas manu vindicaturũ, & hanc ſtatim belli cauſſam fore. Neque ea ſpes fruſtrà fuit. Siquidem Comes depellendæ ignominiæ haud diutius contandum ratus, ſimul ſuorum querelis accenſus, coactis ſubito copiis Bauonem nuperi Comitatus fiduciariâ poſſeſſione deturbat, boniſque eius Vniuerſis belli lege potitur. At ille agris pulſus, Dominioque ac fortunis omnibus quas precariò ab Adelboldo poſſidebat exutus eiectuſque, fidem Præſulis & conſcientiam appellare, tandem diem illum veniſſe dictitans, quo pleraque Hollandia iampridem ab Metropolis ſuæ capite per vim diuulſa ad legitimos ac veteres dominos reuertatur: proſcriptionem ac calamitates ſuas ciuitati Vltraiectinæ præclaram rei bene gerendæ occaſionem largiri. Quorum id ſcelere atque immanitate ſit factum, vt ei ſummam per iniuriam omnia inimica atque infeſta ſint, nec vllum præſidium niſi in armis habeat, Deum nunc eſſe teſtem, mox fore vltorem. Viderent modò ne, quòd hoſtes ſceleribus ſuis feroces atque præclari eſſent, plus audacia illorum poſſit ad timorem, quam iniuriæ ſuæ ad vltionem. Viderent, ne ſibi, ne poſteritati, ne denique Diui ſui Tutelaris cauſſæ defuiſſe videantur, quibus Deus ipſe incœpta pa-

Haud impunè, ſiquidem ditione ſuâ pulſus ſoliuorſuram facere cogitur.

Oratio Bauonis ad Adelboldũ.

Apud Adelboldũm porrò perfugium ſibi ac receptum habiturus, & quidem ex cõpoſito.

„ trandi ſpem atque aditum oſtendiſſet.
„ Quod ad ſe, ità de Cliente ſuo meritum
„ Pontificem, vt non ſolùm fortunas ſuas
„ omnes, quæ illius erant, ſed & vitam, ſi ne-
„ ceſſum fuerit, vſui atque honori eius lu-
„ bentiſſimè ſit impenſurus. Secundo aſſenſu

More ingenij humani.

auditus iis, quibus militia in ſtudio potius, quam vel Sacrorum cura, vel Eccleſiæ tranquillitas: multos miſeratio erga Bauonem, alios priuata odia ſtimulabant; dum ſub honeſtis rerum repetundarum nominibus, Iuriſque ſui Epiſcopo vindicandi prætextu, aut prauis animi cupiditatibus, aut ambitioni priuatæ velificantur. Paucis decus publicum curæ. Adelboldus ipſe non tam vltione iræ, quam occaſione cupiditatis explendæ incitatus, gaudere magis oblatam bellandi cauſſam, quàm acceptæ ignominiæ dolore commoueri. Igitur equorum, militum, armorum paratu circum ſupraque ſitæ ſtrepere regiones, adeò vt etiam externos populos ac Principes ad armorum ſocietatem traxerit huius belli contagio. In quibus Godefridum * Ducem, item Balderici Leodienſis Præſulis ac Cameracenſis Epiſcopi auxiliares copias recenſet * Ditmarus Epiſcopus, cuius teſtimonio hoc lubentius vtor, quòd non modò æqualis eorum temporum fuerit, ſed & quòd eodem * anno quo hæc geſta ſunt ſcripſerit: recente adhuc rei memoriâ. Ità Comites Proceresque cum Equeſtri ordine & ſplen-

* Chronici ſui lib. VIII.

* Lotharingiæ, ſiue (vti Bekæ placet) Moſellanorũ.

* Deceſſit enim ſub finem eiuſdem anni Decembri menſe.

ſplendidiſſimo quoque Nobilium armati atque animati probè acerrimum inter ſe gloriæ certamen agitare, ecquiſnã S. Martino reliquiſque Tutelaribus Diuis plurimum imputaturus. Ac ſtatim Bauo accerrimus belli (cui ipſius potiſſimùm iniuria obtentui erat) concitator, infeſto cum exercitu in priſtinam Comitatûs ſui ſedem reductus, Bodengrauæ ac Zuamerdami confinia inſedit. Ibi erectis expanſiſque ſignis caſtriſque leui munimento poſitis Comitis noſtri aduentum antecapere pretium viſum Infulato ductori. Vbi conuocatis omnibus ità exorſus eſt. Quoties oculos circumtuli, & ſingulas exercitus mei „ metior partes, magna me ſpes tenet & pri- „ ſtini imperij recuperandi, & nouæ gloriæ „ acquirendæ. Animus, ætas, virtus veſtra „ me hortantur; præterea illata ab hoſtibus „ damna & vindictæ cupido, quæ etiam ti- „ midiſſimis ingeniis ſtimulos addunt. Ete- „ nim quis mortalium cui virile pectus eſt „ tolerare poteſt, illis opes per ſummam in- „ iuriam partas in Vicinorum omnium per- „ niciem redundare: nobis etiam maiorum „ noſtrorum Virtute iuſtiſſimè quæſita per „ vim eripi? Parum illis fuit, paullò ante tot „ ciuitates quæ Vltraiectini iuris fuerant ad „ ſe traxiſſe? nuper Bauonis Clientis mei Co- „ mitatum ſceleris ſui præmium atque mer- „ cedem fecerunt. Quid vlteriùs exſpecta- „ mus, quàm vt per tot miſerorum ſtrages „

Bauo in ditionem ſuam, vnde à Comite noſtro exturbatus modò, ab Epiſcopo cum exercitu reducitur.

Ex ſollemni illorũ temporum conſuetudine, quâ Pontifices ipſi vnà cum Decanis ac Flaminibus ſuis in prælia ire, proque aris & focis in hoſtem depugnare ius faſque habebant.

Oratio Adelbolchad Milites.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

„ atque cadauera ad ipſam Vrbem & Ponti-
„ ficalis ditionis arcem iter ſibi patefaciant?
„ Vnumquemque veſtrûm tam ſuæ quàm ſo-
„ ciorum iniuriæ & rei indignitas magis
„ quàm oratio mea accendat, quibus aut fu-
„ gam, exilium, egeſtatem attulit vis hoſtica;
„ aut eadem, niſi præuorteritis, impendent.
„ Etiamſi ſpes non ſubeſſet, tamen neceſſitas
„ ipſa id poſtulare imò efflagitare deberet, vt
„ prò aris ac focis, prò fortunis quas à maio-
„ ribus accepiſtis, ſi non perditis, at certè ne
„ peſſum eant, ſummâ ope adniteremini.
„ Nam & vobis æterna ſolicitudo remane-
„ bit, niſi illis malè in poſterum faciendi li-
„ centia eripiatur; & illi vno flagitio conten-
„ ti non erunt. Quin igitur magnis animis
„ in hoſtem itis? Nam ſi vnquam vſurpandæ
„ priſtinæ libertatis, oſtendendæ virtutis, vl-
„ ciſcendi iniurias tempus optaſtis, id iam
„ nunc adeſt Dei benignitate, ſi viri eſſe vul-
„ tis. Tam militis quàm ducis officia me
„ fungentem videbitis. quò omnibus ex-
„ æquato periculo addam animos amplio-
„ res, neque animo neque corpore vobis de-
„ ero; vos videte ne vobis ipſis defuiſſe vi-
„ deamini. Audete modò vincere, & prio-
„ rum ſucceſſuum famam contemnite. For-
„ mido hactenus fuit, quam à ſcelere ſuo ad
„ ignauiam noſtram tranſtulerunt hoſtes:
„ eam vbi ſemel forti ac parato animo proie-
„ cerimus, quàm metuentes anteà fuimus,
„ tam erimus metuendi. Nam demto hoc

vno terrore Diederici nominis, quid eſt quod illorũ exercitus cum noſtro ſit comparandus? vt tot Sociorum auxilia, tot fortiſſimos duces à noſtris partibus taceam; magnam mihi fiduciam pariunt populares mei, cum ob patriam, tum ob iram iuſtiſſimam pugnaturi, tanto audacius fortiuſque, quantò plus impetûs & conſtantiæ eſt apud læſos, quàm qui læſerunt. Quem ardorem atque virtutem vt omnes imitemini, vos moneo obteſtorque. Nec priuatas ſolùm curas animis agitetis, ſed identidem reputantes memineritis vos gloriam, opes, imperium, prætereà ſpem futuri temporis in dextris veſtris portare. Hæc apud Vltraiectinos. At ex alterâ parte Comes omnibus ſuis copiis in conſpectum Adelboldi adductis, campos Rheno contiguos inſedit, ità vt flumen ad læuam ripamque flumini obiectam, prata ad dexteram & virentium camporum plana obtineret. Aderant primores gentis, flos Hollandicæ Nobilitatis, & Veterani ordinum ductores, prompta bello manus; inter quos maximè inſignes, Principis ipſius frater Siuardus, (de quo ſuprà memorauimus) Kinheimariæ Præfectus. Quorum virtuti multis magniſque experimentis probatæ abunde confiſus Diedericus, exercitu rite ordinato inſtructoque, poſtquam intentum certamini hoſtem videt, ſignum pugnæ propoſuit, paucis ſuos adhortatus. Ne nouum genus

Contrà interritus Comes noſter hoſti obuiam proceſſit, non ſine iuſtis copiis armatis atq. animatis probè.

Siuardi huius, ſiue Siconis, meminit & Beka: reliquorũ Procerum nomina in peruulgato dubiæque fidei Chronico (quod Ioh. Gerbrando tribuitur) repræſenta, conſulto omiſimus.

,, genus belli eos, nouuſque maximâ ex par- *Oratio Dioderici ad Milites.*
,, te hoſtis terreret, partim cum externis eſſe
,, pugnandum quibus militia ſine affectu &
,, nullum ex Victoriâ pretium; partim cum
,, iis qui paullò ante prædas agentes fuſi at-
,, que fugati à ſe eſſent, à quibus capta belli
,, præmia Bodengrauæ ac Zuamerdami Co-
,, mitatum obtineret. Non exercituum no-
,, mina ſed robur atq. animos expenderent;
,, niſi forte Godefridum Ducem, Camera-
,, cenſemquè ac Leodienſem Antiſtites, &
,, cæteros alienæ ambitioni ſanguinem com-
,, modantes, prò Adelboldi furore atque ve-
,, ſaniâ, ſuâ quaſi pro ſalute anniſuros exiſti-
,, marent. Cogitarent potiùs nihil arduum
,, eſſe virtuti, & meliori ferè cauſſæ Deum
,, commilitare. Reuocarent ſibi in memo-
,, riam depopulatos ab hoſtibus agros eo-
,, rum qui nihil adhuc hoſtile ab ipſis exſpe-
,, ctauerant: prædas hominum atque pecu-
,, dum actas, incendia villarum ac ruinas, de-
,, nique omnia quæ acceſſiſſent, ferro igni-
,, que vaſtata. Quare irent alacres & ſpei ple-
,, ni, perfidiſſimum populum daturum ali-
,, quando ruptorum fœderum pœnas. Non
,, exigere ſe ab illis fortitudinem, niſi ipſe
,, præiret exemplo: Se ante prima ſigna dimi-
,, caturum, quò cupidius in ore ducis ſuam
quiſque virtutem oſtentaret. Ità & anteà *Infeſtis vtrimque aciebus concurritur.*
irarum pleni & incitati infeſtis animis pu-
gnam capeſſunt. Ibi cum pari aliquandiu *v. Idus Iulij.*
ardore & velut æquo Marte pugnatum eſ-
ſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

ſet, perturbatis ordinibus impulſi Vltraie-ctini, æſtu ac vulneribus fatiſcentes, quùm ſtrennuiſſimus quiſque ex hoſticâ Nobilitate aut fortiter pugnando cæſus, aut grauiter afflictus augeret conſternationem. Ità ad noſtros poſtremo fortunæ audacius inſtantes inclinare victoria; eò conſpectior, quòd Adelboldum ipſum, egregiâ ſuorum virtute aliquádiu defenſum, vix ingruenti diſcrimini bellatoris equi pernicitas exemiſſet: nauiculâ quadam aufugiſſe eum refert Ditmarus. Ego vt in tantâ vetuſtatis caligine alterutrum pro certo affirmare non auſim, ita vtrumque verum eſſe poſſe non diffitear; vt primùm equo elapſus, mox in nauim ſe coniecerit Adelboldus, magis, quòd eam regionem vbi commiſſa pugna Inſulam appellet Ditmarus. Difficile ad fidem eſt in tam antiquâ re, quot millia cæſorum fuerint, licet idem ſcriptor de tribus legionibus interfectorum affirmare videatur: Sed fortaſſe & in hunc numerum veniunt qui ſequenti prœlio ceciderunt. Vtrumque enim non ſemel confundit, propter exiguum temporis interuallum. præter Vulgi promiſcuam ſtragem plerique Vltraiectinorum Procerum deſiderati; quorum nomina, vt à Bekâ memoriæ prodita ſunt, haud abs re fuerit hîc proponere. Ea verò ſic habent: Wigerus ſupremus Eccleſiæ Patronus (Aduocatum vocant) id eſt, vindex & aſſertor Vltraiectinæ di-

Vincitur Adelboldus; quem fugâ ſaluti ſuæ conſulere ſuorum ſubigit inclinatio.

A. MXVIII. v. Idus Iulij.

næ di-

næ ditionis, qui ſecundus à Præſule dignitatis gradus. Wikindus & Gadezo vterque Comes; poſtremò Algarus, Lazo, ac Zuederus Equites, aliique eiuſdem ordinis Nobilium complures, lecta iuuentutis decora. Et hæc de Vltraiectinis prima Hollandorum victoria fuit, quæ quidem literis conſignata in noſtram notitiam peruenerit.

Adelboldi tamen ferociam non fregit ea clades, ſed accendit.

Atqui atrox ingenium Adelboldi non fregit ea clades, ſed incendit. Itaque tametſi validis auxiliis nudatus, inſtaurādi denuò belli conſilia ſtruere, delectus haberi, exercitum armaque vi ſumma apparari iubere; vt reparatis copiis in dubiam iterum victoriæ aut cladis aleam iret. Non fefellit ea indomitæ mentis obſtinatio Diedericum: itaque & ipſe militiæ neceſſaria in tempore prouidere ad ſupplenda victoris exercitûs damna. Vterque dux ad maturandum ſummæ rei diſcrimē diuerſis animi motibus excitatus; Comes prioris pugnæ felicitate ferox, Præſul acceptæ ignominiæ dolore præceps, ad explendam animi cupiditatem ferebatur. Vltraiectinorum pectora nunc indignatio, nunc pudor verſare. Nec mediocrem Adelboldi animum accendebat Bauo, inſerendo querelas; Ius Dominij Eccleſiæ imminutum; ſe tantùm procuratione eius vſuariâ excidiſſe, „ illius beneficia ſibi erepta; illum in ſuâ in- „ iuriâ læſum eſſe. Dominationem Diederi- „ ci iniuſtam, intolerandam, cui nec huma- „

Proinde reparatis vndique copiis inſtaurat bellum.

Idem ex parte ſuâ facit Diedericus Comes.

Bauo acerrimus Vltraiectini belli cōcitator.

Oratio Bauonis ad Adelboldū.

na nec

» na nec diuina obſtarent, quin lubidine pro
» ratione, licentiâ pro legibus vteretur. Et
» quantum illi tandem reſtare ad noui Re-
» gni arcem, ex Vltraiectini Epiſcopatûs
» ſpoliis exædificandam, vnde velut ex arma-
» mentario tela ac gladios in vicinorum per-
» niciem depromat, & quaſi ius ferro dicat;
» non in Clientes ſuos, verùm in eos, quorum
» ſi ius & æquum valeret, ipſe Cliens futurus
» eſſet? Occurrendum naſcenti malo, oppri-
» mendam, priuſquam longius ſerpat, iniu-
» riam & proxima quæque ad ſe trahendi
» conſuetudinem. Nullius magis quàm Vl-
» traiectini Præſulis intereſſe, ne ceruicibus
» ſuis imminentem Hollandorum tyranni-
» dem per ſummum ſcelus creſcere patere-
» tur. Proinde cogitaret, quid ſubditis, quid
» vicinis dare, quid reddere maioribus ſuis
» deberet. Non prolatandum, aut votis po-
» tius quàm armis opem quærendam, quæ
» ſimul cepiſſet, ſatis confidere ſe ſceleratiſſi-
» mis hoſtibus non diuturnum ex Vltraiecti-
» ni nominis ignominiâ gaudium fore. Ità inuidiæ flammam atque materiam criminationibus ſuis ſuggerendo, nec difficulter imperitiſſimi cuiuſque ſententiis turbido Bauonis ingenio (vt in tali re ſolet) velificantibus, bellum omni impetu acceleratum. Et neuter Ducum contator, animiſque iam in mutuam perniciem inflammatis longum id omne tempus videbatur, quod moram certamini faceret. Igitur bel-

Eiuſdem ad Epiſcopum Oratio, ſtomachi ac querelarum plena.

Hæc omnia partim ex Bekæ ac fidâ Chirographorũ Annalium relatione deſcripſimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Belli ſollemnis per Fæciales denuntiatio.

lo ſollenniter per Eccleſiæ Fæcialem denunciato IV Kal. Auguſti poſt nonum ac decimum nouiſſimi prælij diem in ipſis Bodengrauæ confiniis conuenerunt. ne recentis quidem vulneris admonitu territo Adelboldo, vt hoſtilis gloriæ monimenta, locumque tantâ Eccleſiæ calamitate nuper inſignitum declinaret. Idem huius qui ſuperioris pugnæ exitus, niſi quod Adelboldus ipſe viuus peruenit in Comitis poteſtatem. Non aliud prælium cruentius cæde nobiliſſimorum virorum fuit. Cecidere ſiquidem Illuſtres maximè Pontificij exercitus duces, inter quos bini Comites Ioannes & Godefridus, cuius vtriuſque in acie cæſi itidem meminit Ditmarus; Barones totidem, Siphridus cum Heimanno; Equites quamplures, è quibus nominatim, Hildonem, Halmaricum, Gualtelinum, Hubertum, & Hildeboldum chronographi noſtri recenſent, etiam Volcardum Flaminem Martinalem, & Bertholdum Diaconum. Prætereà ſecundariæ Nobilitatis infinita multitudo, quorum vetuſtate memoria abiit. Præcipua rei bene geſtæ fides & quaſi victoriæ pignus, Pontifex ipſe captiuus, velut per triumphum circumductus, omnium in ſe ora menteſque conuerterat: eos ſpiritus in vultu, eum ardorem in oculis quem armatus habuerat, etiam vinctus præ ſe tulit. Nec tamen Comes incruentâ victoriâ potitus, vt Annales noſtri

Succidanea Comitis noſtri de Pontificiis victoria, quâ ipſe Præſul captiuus.

Nec demiſſus, nec ſupplex.

ſtri

ſtri tradunt. Ego, præterquam quòd nihil ex vano hauſtum velim (quò nimis ſæpe imperitum vulgus blandiente mendacio inclinat) Ditmaro, temporibus huiuſce belli æquali potius acceſſerim, qui citrà vllum detrimentum ſuorum Comiti ſtetiſſe eam victoriam tradit, & ſi quam fortaſſe iacturam paſſus eſt, adeò leuis ea comparatione Vltraiectinorum fuit, vt nullam eius rationem haberi ſit æquum. Ita Adelboldino bello intrà vnius menſis ſpatium finis impoſitus eſt, tantâ & ſuâ & Sociorum clade, quod teſtatur Ditmarus, vt Cameracenſis ac Leodienſis Epiſcopi omnibus copiis ad vnum pænè occidione occiſis in tribus proximis Prouinciis nulla domus fuerit adeò mali expers vt non aliquam mortem mæreret: vtque poſt tempora Caroli Magni nullam abſque hoſtium damno grauiorem ſenſerit calamitatem vlla regio Chriſtiani orbis. Cæterùm Comes quamuis duplicatâ victoriâ ac rebus ſupra votum fluentibus communem habitum ſupergreſſus, tamen animo memore rerum humanarum nullum comitatis genus ergà Pontificem prætermiſit; nunc Dominum, nunc Parentem appellando; omnemque ei honorem habuit qui haberi in tali fortunâ poterat: tantum iniuriæ vel fugæ licentia captiuo adempta. Ac ne ſic quidē fracta Adelboldo pertinacia. Quin etiam interrogatus à Comite, quod tan-

Admirabilis Diederici victoris in rebus ſecundis ac pænè ſupra votum fluentibus moderatio.

Eiuſdem de Pontificis inſolentiâ ac ſuperiorum temporũ iniuriis cum eodem iam captiuo expoſtulatio.

tum in illum commiſiſſet nefas, vt non contentus Friſiorum gentem (Principibus infeſtiſſimam) armaſſe primùm in Parentis ſui necem, ipſe inſuper aduerſum ſe nihil minus quam vim aut arma cogitantem, poſtquam prædatorij Bauonis impetus fruſtrà fuerant, palam hoſtilia induere: atque inde totis non Eccleſiæ modò, ſed & ſociarum gentium viribus clade ſemel expertâ belli fortunam denuò experiri animum induxiſſet?

Adelboldi captiui ferocius quàm prò fortunâ reſpõſum.

ferociùs quàm pro fortunâ reſpondiſſe memoratur, oratione ferè in hanc ſententiam cõceptâ. Si quàm cauſ- ,,
ſa æqua mihi, tam fortunâ vſus propitiâ ,,
forẽ, victor potiùs, quàm deditius in hanc ,,
meæ ditionis Prouinciam veniſſem: neque ,,
dedignatus eſſes hunc ipſum, quem per ar- ,,
ma nunc obtines Comitatum à nobis vel ,,
precariò accipere. Præſens ſors mea vt mihi ,,
indecora, ita glorioſa tibi ac magnifica. Sed ,,
neque mihi tanto mœrori eſt, tametſi in- ,,
ſperanti accidit hæc captiuitas, quantæ vo- ,,
luptati contrà factorum meorum ſplendor ,,
ac magnitudo, quâ inter gloriæ noſtræ præ- ,,
mia poſteritati famæque tradetur, pri- ,,
mum exſtitiſſe Adelboldum, qui poſt tan- ,,
tam ſuperiorum Præſulum incuriam fugi- ,,
tiua Eccleſiæ iura retrahere, & armatâ ma- ,,
nu aſſerere vel capitis ſui periculo auſus ,,
fuerit. Hæc mens noſtra & antehac ſemper ,,
fuit, & poſthac futura eſt; vtinam tam fe- ,,
lix, quam honeſta. Vtcunque tamen res ce- ,,
ciderunt,

Oratio Adelboldi ad Dito dericum Comitum.

Gloriosè plus ſatis & quaſi pro imperio.

» ciderunt, iuuat me pro virili conſuluiſſe
» dignitati Pontificatûs mei ; idque enixè
» operam dediſſe, vt Eccleſiæ Maieſtas opem
» noſtram re atque operâ potius quàm ver-
» bis experiretur. Quum enim ita à maiori-
» bus accepiſſem, Friſiam vniuerſam iam in-
» de à D. Guillebrordi temporibus (vtpote
» beneficio * Pipini ipſi aſſignatam) per cen-
» tum ſeptuaginta annos in Vltraiectini Præ-
» ſulatûs fide atque obſequio continuaſſe:
» cumq. idem ſatis acceptum compertum-
» que haberem, Traiectum hanc noſtram
» Friſiæ totius Metropolim habitam atque
» appellatam antiquitùs ; ita exiſtimabam,
» Prouincias iſtas (velut hæreditarium
» D. Martini patrimonium) ad Dominos
» priores, quibus per ſummam iniuriam ab-
» latæ erant, aliquando reuerti oportere ; aut
» certè non niſi fiduciariæ Clientelæ titulo à
» Comitibus vſurpari. Neque nos id nobis
» ſolis credi cupimus, ſed vel Henrici ipſius
» * ſanctiſſimi Imperatoris arbitratu decidi
» hanc controuerſiam non recuſamus. Pro-
» inde quid graue aut iniurioſum, ſi Bauonis
» fortunarum miſertus ; quum exul, inops,
» atque omnium honeſtarum rerum egens
» alienam opem expectaret, communem Ec-
» cleſiæ, in Clientis noſtri iniuriâ violatæ
» cauſſam ſuſceperim ; eumque à te non ſo-
» lùm agris ſed & Comitatu (quem à nobis
» vſuarium acceperat) pulſum proſcriptum-
» que, reſtituere ſim conatus? ſi, ne id quod
in certa-

* Qui Martello pater, Caroli ipſius Magni proauus.

Vltraiectũ, vtriuſque quondam Friſiæ Metropolis.

* Ad Henrici Aug. eius nominis Secundi, cognomentum alluſio ; quod idem ille extire, hoc eſt, morum ac vitæ Sanctimoniâ potiſſimùm indeptus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

in certamine dubium erat quorſum acci- »
deret, per inertiam in me quaſi victus re- »
cepiſſe viderer, arma ceperim: ſi denique »
quæ maiores noſtri eripi ſibi paſſi ſunt ſine »
bello, nunc erepta bello recuperare conten- »
derim? Noſtra enim repetimus, non extor- »
quemus aliena. Ac tametſi acceptæ dein- »
de clades & experta calamitas frangerent »
animum ac debilitarent, tamen cum æqui- »
tas cauſæ tum Eccleſiæ vtilitas de ſummâ »
rerum deſperare me prohibebant. Itaque »
iteratò belli aleam ieci; quo ſucceſſu, vti- »
nam ignorare nobis liceat, & omnia muta- »
ta videre, præter animum hunc vindican- »
di noſmet in libertatem à maioribus tra- »
ditam; quem ne hoc quidem tempore, ta- »
metſi in alienâ poteſtate cõſtitutus, exuere »
aut volo, aut poſſum, aut debeo. Nam re- »
conciliationis aut concordiæ quæ ſpes? Fa- »
cere vos iniuriam vultis, at nos prohibere; »
nos erepta per vim armis repetimus, vos ea »
non iam quaſi aliena, ſed quia ſocordiâ no- »
ſtrâ tuti hactenùs fuiſtis, veluti propria, »
belli Iure retinetis. Potéſtne (obſecro) ra- »
tio aliqua iniri, tam diuerſis mentibus con- »
ciliandis? alios hoſtes leues ad tempus or- »
tæ cauſſæ collidunt, coniunguntque; de »
imperio inter ſe certantibus immortalia »
odia & internecina bella ſunt. Illa in filio- »
rum, illa in nepotum penetrant mentes. »
Latent adhuc in maternis vteris qui no- »
ſtras olim iniurias perſequantur; neque »
ante

Nullâ vtitur circuitione.

ante repetendæ libertatis, quàm vos dominationis retinendæ, curam dimittant. Itaque ex hoc adeò die auguror ac prædico tibi non ante bellandi finem vtrimque facturos, quàm defeſſis & exanguibus, qui plus poſſit, imperium cum libertate extorqueat.

Vaticinij iſtius fidem euentus tandem comprobauit.

Victor victo pro re & tempore perſonæ vtriuſque congruentia reſpondet.

Diederici ad Adelboldum Oratio.

Quibus acceptis Diedericus ad hunc modum & ipſe verba fecit: Vellem (Præſul Reuerendiſſime) rem Chriſtianam quietam eſſe, aut diſcordiarum ſcintillas in ipſo ſtatim ortu exſtingui. Sed contrà factionibus omnia turbata ſunt, dum feruidiſſimus quiſque ad clauum, ambitioni potius ſuæ quàm publicæ tranquillitati it conſultum. Nihil hîc priuatis affectibus dabo, ſed tamen fidenter Deum hominesque teſtari poſſum, adeò me Eccleſiæ veſtræ neque mali quidquam feciſſe, neque factum voluiſſe, vt, ſi beneficio quàm iniuriâ experiri maluiſſes, certaturus fuerim, ne officio vinci poſſem. tantùm fines meos aduerſus vim armis tutatum, quoniam Bauonis latrociniorum tæderet, neq. oppreſſorum querimoniæ ac lamenta nos diutius quietos eſſe permitterent: tantùm abeſt vt bello iſti ſociali cauſas vnquam aut materiam quæſiuerim. cuius te adeò haud pænitet, vt & grauiſſimam tuorum internecionem in gloriâ numeres, & ſi copia eueniat etiam auidiùs idem de integro facturus videaris. Neque tu id ſanè diſſimulas, qui vindictam atque arma non mihi ſo-

» lùm, ſed & poſt futuris; nec à te ſolùm, ſed
» à ſucceſſoribus etiam tuis minitaris. ità vt
» in ipſis matrum viſceribus necdum nati ar-
» mentur ad mutuas ſimultates, & vtriſque
» prius de inimicitiis inter ſe, quàm de vitâ
» conſtet. Quid illos facturos putas, qui ira-
» rum atque odiorum tuorum hæreditatem
» cernent? accuſabunt nimirum parentes at-
» que auos ſuos, qui ſe ad hæc diſcrimina
» periculaque genuerunt, impoſitâ miſerri-
» mâ neceſſitudine alendi atque exercendi
» inimicitias, quorum cauſas procul habent.
» Sed verò antiqua Eccleſiæ Iura & ſpecioſa
» Vindiciarum nomina prætexuntur; neque
» quiſquam alieni regni ſpolium affectauit,
» vt non eadem iſta vocabula vſurparet. cæ-
» terum quo Iure, otioſè quæſo pauliſper
» conſideremus. Hollandiæ Comitatum in-
» greſſi ſunt maiores mei, magis Chriſtiani
» nominis augendi quàm regnandi cupidi-
» ne: adnitentibus Galliarum Regibus, par-
» tim innocentum ſanguinis expiandi ſtu-
» dio, partim rei indignitate commotis: ne
» fæcundiſſimum Friſiæ ſolum, ac tantum
» ſociarum Ciuitatum (quas Danorum ve-
» xationes vſque ad exitium fatigabant) à
» Francici Regni corpore diuulſa alienaren-
» tur, ſimul gentis noſtræ princeps Diederi-
» cus bello ac periculis meruerat, vt Princi-
» patus, ſuo potiſſimùm ac ſuorum ſanguine
» pariter ac ſudore quæſitus, alîus neminis
» quàm aut ipſius aut quem ipſe voluiſſet
Ius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Ius imperiumq́ue agnoſceret. At tu nos Fiduciariæ poſſeſſionis Titulo contentos eſſe oportere, vobiſq́ue obnoxios regnare, vis credi: ſcilicet vt, quos Otho Imperator Beneficiario omni onere liberauit, ij Clientelæ & obſequij ſponſionem agnitionemq́ue Adelboldo præſtent. Qui ſi maiorum ſuorum ac deceſſorum veſtigia perſequi maluiſſet, qui toties in Epiſcopalem Cathedram Diedericorum virtute reſtituti, nihil prius nihilq́ue antiquius quàm ipſorum amicitiam ac beneuolentiã habuere, eamq́ue per C. & L. annos continuos perpetuâ & nunquam ambiguâ fide ad hæc vſque tempora coluerunt; non tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerere in animum induxiſſet; neque ad * Henricum Imperatorem prouocaret, cuius arbitratu controuerſia iſta decidatur. Quaſi verò aut ab eo mihi quidquam æqui boniq́ue exſpectandum ſit, qui in ablatis *Waſiâ ac Walachria † inſulis iniuriarum ſuarum ergà nos tyrocinium fecerit, aut ex re certâ arbitrariam facere ſit neceſſe. Vellem equidem feliciorem materiã virtuti meæ datam. ſed quando nec fortunâ veſtrâ contenti eſtis, nec ſocialis fidei iacturam veremini, nec vi atque iniuriis abſtinetis, vindicandæ eæ fuerunt vel in Epiſcopo. quodq́ue prò ipſo facturus eram, ſi neceſſitas flagitaſſet, id in ipſum vt facerem, eadem me compulit neceſſitudo, quâ alienis armis ad arma compulſus

Ottonis Tertij Imperatoris Diploma libro ſuperiore exhibuimus.

* Eius nominis ſecũdum, Claudi primùm, poſt etiam Sancti cognomento inſignitum.

*Vide Meierum lib. Flandr. Annal. II. in Vitâ Balduini cognomento Barbati A. MVII.

†Has enim decẽnio ante cum aliis Zelandiæ Inſulis, Diederico ereptas, Balduino IX. Flandriæ Comiti attribuerat Henricus II. Aug. Quæ Donatio belli longiſſimi inter Flandros atque Hollandos cauſam præbuit.

” aliter quàm aui proauique noſtri, cogor illi
” prius damno quàm vſui eſſe. Hoc enim
” ampliſſimum pulcherrimumque ſibi du-
” xerunt maiores mei, ab amicis ac ſociis ho-
” ſtiles impetus propulſare, eorumque for-
” tunas defendere. Hanc ego maximam hæ-
” reditatem à parentibus accepi, & (ſi per te
” licuiſſet) ad poſteros eram tranſmiſſurus.
” Neque enim munitiſſimis Rheni inſulis
” Oceanique huius littoribus præſidere nos
” voluerunt prudentiſſimi Francorum Re-
” ges, vt piraticas barbarorum incurſiones
” noſtris tantum Prouinciis defenderemus,
” verùm etiam vt vobis intactæ opes, æterna
” ſecuritas, illæſa dignitas remaneret; neu
” quis Rollo vos, aut Godefridus Epiſcopali
” ſede deturbatos, Dauentriam denuò, vel
” in Tungros (tanquam in exilium) relega-
” ret. Libet enim gloriari, & certè decet, apud
” ignorantem, quoties à maioribus noſtris
” pro communi Eccleſiæ cauſsâ pericula ac
” labores ſuſcepti, quoties Diedericorum
” ductu ferociſſimi hoſtes, & in vltimum Vl-
” traiectini nominis excidium irruentes, pro-
” fligati, vobiſque ſalus quæſita ſit. Vt idem
” Deus Eccleſiam hanc Pontificibus, nos huic
” Eccleſiæ genuiſſe videatur. Sed hæc anti-
” quiora: venio ad recentiora tempora: qui-
” bus niſi ego fuiſſem, quis veſtrûm eſſe po-
” tuiſſet? Memoriæ tuæ fidem appello, qui-
” bus rerum omnium difficultatibus, quanto
” mei ipſius capitis diſcrimine, quàm multo

Beneficia à ſemet Eccleſiæ Vltraiectinæ præſtita in memoriam redigit Adelboldo.

denique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

denique militum noſtrorum ſanguine de- „
fenſa ac propulſata tempeſtas illa, quæ ſub „
* Aufridi deceſſum ab Aquilonis axe Tie- „
lanis primum, mox Vltraiectinis ante ſe- „
ptennium calamitoſiſſima incubuit. Vbi „
tunc antiqua illa ſuper Eccleſiaſticæ ditio- „
nis terminis controuerſia? vbi actio vindi- „
ciarum tot interrupta ætatibus? vel potiùs, „
vbi nunc fides? vbi conſcientia? vbi illa „
veterum Epiſcoporũ in poteſtatibus tem- „
perantia? vbi animus Sacrorum procura- „
tione contentus, neque profanæ ambitio- „
ni aut auaritiæ obnoxius? Non te, ſi maio- „
rum meorum merita non commouebant, „
ne mea quidem beneficia flectere potue- „
runt? non futurus perpetuò metus, niſi „
vos ab incurſibus exterorum non veſtra „
virtus, ſed noſtra amicitia tutaretur? Egre- „
gium verò tanti beneficij pretium, quum „
eas ipſas quas illi templis ariſque & Eccle- „
ſiæ intulerunt faces, vos in ipſius Eccleſiæ „
ac templorum defenſores conuertitis. & „
optatius habetis in nobis opprimendis do- „
minationis veſtræ periculum facere, quàm „
per nos Pontificatûs veſtri dignitatem ac „
dominia conſeruare. Præclara Guillibror- „
di Bonifaciique poſteritas, geniti ad ea quæ „
priores virtute ac ſanctitate peperere ſub- „
uertenda. Quæ enim Rollonem atque Go- „
defridum conantes prohibuerunt maiores „
mei, ea Batonem Adelboldi impulſu, ea „
Adelboldum ſuâ ſponte facientem vidi- „

* XVIII. Epiſcopi, cuius Pontificatui Adelboldus iſte ſucceſſit.

Ingratitudinis exprobratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

„ mus. Voluerunt illi eos ſublatos qui cona-
„ tibus ſuis obſtare poſſent, vos (quod in
„ vobis eſt) ſuſtuliſtis, ciues interfici, vos vt
„ interficerentur curaſtis: interire Eccleſiam,
„ vos eam ad internecionem pænè afflixi-
„ ſtis. barbarorum illa manus vaſtam fugâ
„ & cædibus redditam vrbem voluit euerte-
„ re; vos omnes illius vrbes, quem propter
„ veſtra vrbs euerſa non eſt. Hæc ſunt præ-
„ mia pro vulneribus & toties in Epiſcopo-
„ rum gratiam fuſo ſanguine. Et vide obſe-
„ cro, quàm inuerſus hic rerum orbis. Nos,
„ abſque vobis foret, hoſtem nullum; vos,
„ noſtrâ ope deſtituti, Eccleſiam nullam ha-
„ beretis. Quare flecte te quæſo, & odia iſta
„ ſi non noſtris beneficiis, at tuæ ſaltem ſalu-
„ ti condona; & maiores tuos reſpice, qui-
„ bus vicinorum terminos attrectare vnica
„ ſemper cautio atque religio fuit. Quod ſi
„ ad hoc tempus & ipſe feciſſes, profectò ex
„ confinij noſtri propinquitate plura bona
„ percepiſſes, quàm mala perpeſſus es modò
„ Neque ego prouentibus veſtris aliquid de-
„ tractum velim, ſi quos poſſeſſionis Iure
„ vſurpatos in noſtræ ditionis Prouinciis
„ obtinetis; prò quorum tutelâ vel ferro de-
„ cernere parati ſumus, eoſque ab omni ex-
„ ternâ iniuriâ vindicare, modò mihi meos à
„ veſtrâ iniuriâ tutos ſeruare liceat. Quam-
„ obrem non inuidemus tuis commodis, in-
„ gratitudinem querimur, vim vi repellen-
„ dam arbitramur. Hîc etiam contumelioſe
nobis

» nobis inſultas, qui ſi vt ignoſcatur tibi po-
» ſtules, tamen impudens iudiceris. Quis
» ille tam contumax animus, quem non per
» duas acies fuſus ſuorum ſanguis emollire,
» non tot Sociorum (quos ruinâ tuâ pariter
» inuoluiſti) calamitas flectere, non tot Prin-
» cipum cædes (quos fortuna belli conſum-
» ſit) ſatiare, non denique conſcientia con-
» tracti culpâ periculi ad ſaniorem mentem
» reuocare potuit? Abiice inſolentiam illam
» quâ teipſum euertiſti; iam profectò intel-
» liges alium recentis modeſtiæ, alium priſti-
» næ temeritatis ac cõfidentiæ tuæ fructum.
» Moneant te vtriuſque fortunæ documenta,
» vt ne inimicitias cum incommodo, quàm
» amicitiam cum ſecuritate malis. Quid agi-
» mus Adelbolde? quid altercamur? poſſu-
» mus aliquando contemptis minis, ſublato
» armorum terrore, noſtro potius quàm alie-
» no arbitratu victoriam exercere? poſſumus
» ità nos pro victoribus gerere, vt victo at-
» que captiuo bella ac vindictam minitandi
» licentiam adimamus? vt leges nobis impo-
» ni tanquam victis recuſemus? Neque enim
» eſt quod nos armorũ fiduciâ terreas, quan-
» do aliis conditionibus hinc à nobis abitu-
» rus non es, quàm ſi fidem tuam ſacramen-
» to obſtringas in has leges, neque te, neque
» tuorum quenquam nobis in poſterum in-
» commodaturum: nullum in Friſiam ius
» vſurpaturum. inter te ac nos & ſubditos
» vtriuſque firmã pacem atque concordiam
futuram.

Conditiones ſert victo.

„ futuram. Comitem tuum Bauonem in per-
„ petuum proſcriptum Comitatu ac fortunis
„ ſuis omnibus ceſſurum, neque ad ea recu-
„ peranda vllo tempore aſpiraturum. Ad
„ quas conditiones quum primo difficiliorem ſe præberet Epiſcopus, in arcem munitiſſimã Iſelmondam cuſtodiendus transfertur, vbi triennio toto captiuus detentus eſt, donec confectis Tabulis & in hæc fœderis verba legeſque, quas dixi, pace confirmatâ reſtitutus fuit. Atque itâ quidem diligentiſſimi Rerum Vltraiectinarũ ſcriptores Heda ac Lambertus Hortenſius, hic obiter, ille ex profeſſo in ſcripta retulere. Cæterùm Ditmatus (de cuius fide atque antiquitate ſuprà dixi) operâ Godefridi Ducis reconciliatum ſtatim cum Theodorico Adelboldum tradit; nos vt neque illis propter accurationem & induſtriam in patriæ gentis hiſtoriâ, neque huic propter vetuſtatem fidem abrogandam ducimus; itâ & hunc in externis, & illos in remotis à ſæculi ſui memoriâ rebus errare potuiſſe non diffitemur. Quapropter hoc ipſum, quoniam in tam altis Antiquitatis tenebris quid ſequendum ſit parum conſtat, in incerto relinquemus, vtramque ſententiam adſcripſiſſe contenti, ſaltem vt accuratâ auctorum collatione (tanquam cote adhibitâ) veritas acuatur, è quâ (ceu in nocte cæcâ & illuni) has ſaltem melioris lucis ſcintillas excudimus, vt falſitatem eius narrationis,

Quibus tamen vti recuſat Adelboldus.

Hinc in Arcem Iſelmondã aſſeruandus ſeponitur.

tionis, quæ Adelboldum in pugnâ contra Friſios (quum in exercitu Comitis eſſet) transfugiſſe vult credi, facilius deprehendamus. ſiue enim reconciliatus fuerit Comiti, cogi non potuit; ſiue in eius adhuc poteſtate conſtitutus, fruſtra dicetur triennium totum captiuus eſſe detentus. quanquam illud de triennio vereor vt nimis laxum ſit. Vix enim veriſimile eſt Epiſcopum tam longo tempore ab Eccleſiæ ſuæ & Sacrorum procuratione abeſſe potuiſſe: & ſuſpicari licet prò triennio, trimeſtre ſpatium ſupponendum; ſed ſuſpicari tantum. nã teſtimoniis aut certioribus rerum documentis penitùs hîc deſtituimur. Atque hæc quidem ad lucem hiſtoriæ dicta ſunto. nunc ad incœptum redeamus. Deerat hoc vnum felicitati Comitis, cui ex voto tot prælia ſucceſſiſſent, vt redimeret dedecus interfecti Patris, fuſi exercitûs, & perduellium ſanguine Arnulphi Manibus parentaret: ad quæ ipſum non ſolum veteris iniuriæ recordatio, ſed & ſtudia Friſiorum in Adelboldum iampridem accenſa ſtimulabant. Itaque expeditionem in eos ſuſcepit, aſſumpto in ſocietatem armorum Godefrido Moſellanorum Duce, cui anteà hoſtis, ſed tum Henrici Imperatoris operâ reconciliatus erat. Ita vis omnis tempeſtaſque belli in Friſios conuerſa eſt, ſed non reſpondente prioribus ſucceſſibus fortunâ. Vbi enim res ad certamen venit, nouum

In Friſios, Patris cædem vlturus, mouet Diedericus.

Acies inter ſe congrediuntur.

uum quiddam & inopinatum accidit, cuius (ſiue oſtentum fuit, ſeu potius noua ars hoſticæ fraudis) ne quis fabuloſum aut commentitium putet, etiam Sigebertus eſt autor. Audita quippe de cœlo ingens vox cum horrendo fragore clamans, FVGITE, FVGITE; alacritatem hoſtibus, noſtris trepidationem primo & mox fugam iniecit: quos, præterquam quòd repentino & plus quam Panico pauore perculſi eſſent, etiam regionis aſperitas & locorum inſolentia maxime fatigabat. Friſij effusè ac ſine reſpectu fugientes perſequuti, magnam ſtragem ediderunt, quum eo velut omine accepto, tamquam Numinis commilitio bellantis, tollerent animos, fuſi plærique noſtrorum aut capti, pauci euaſere. Dux Godefridus viuus peruenit in hoſtium poteſtatem. Nam de Adelboldo quod hîc comminiſcuntur quidam, id paullò ante ſatis eſt à nobis refutatum. Ità quùm diu Comiti arriſiſſet fortuna, ad poſtremum conſilia eius atque conatus penitùs eluſit, vt admoneretur fragilitatis humanæ, cuius nimia in proſperis rebus obliuio eſt. Nonnulli (ſed ex recentioribus) auctores ſunt, Comitem denuò iuxtà vicum Heylôô recuperandi decoris cupidine cum Friſiis conflixiſſe: inde vnà cum Godefrido Duce (qui tum inter præliandum fortè ad noſtros transfugerat, vt illi volunt) plæriſque Occidentalis Friſiæ locis ferro flammaque

vaſtatis,

Huius prodigij relatio non ſolùm Memorias omnes veteres, tum quantum eſt Chronologorum noſtratium, verùm Sigebertũ etiam auctorem habet.

Friſiorum victoria.

Godefridi, Moſellanorum Ducis, captiuitas.

Aduerſus enim erudimur, felicitate corrumpimur.

vaſtatis, cum multâ prædâ victorem domum rediiſſe; victis Florentium minorem filium præfeciſſe. Me haud pœnitet eorum eſſe ſententiæ, qui poſt hanc cladem nihil à Comite in Friſios tentatum volunt; maximè quòd vetuſtiſſimi auctores iiſque temporibus proximi, Patris necem inultam eum reliquiſſe teſtentur: quodque Godefridum Ducem ſequenti anno impetratâ Friſiis ab Henrico Cæſare impunitate vinclis ſolutum tradat Sigebertus. Circà idem

A. MXIX. tempus Auguſtæ Treuirorum ſextum Haſtiludium indictum à Conrado Imp. qui poſteà Henrico patri ſucceſſit, ad IIX. Idus Februarij, quibus interfuit inter cæteros Theodoricus Comes. Cuius rei teſtes ſunt Commentarij de Equeſtribus per Germaniam Ludis à Georgio Ruxnero in vulgus editi. Paullò poſt quùm cladem illam à Friſiis acceptam peccatis ſuis adſcriberet; veritus (opinor) ne non tam ignauiâ ſuorum quàm Dei irâ in eam calamitatem incidiſſet, Hieroſolymam profectus eſt, vt Dominicum Sepulchrum inuiſeret; vnde quum rediiſſet, diem obiit VI Kal. Ianuarias, Anno ſalutis partæ trigeſimo nono ſupra milleſimum, ab Arnulphi exceſſu quadrageſimo ſeptimo, à Zyphridi fratris obitu nono, cum triginta quatuor annis continuò bellaſſet, vt tradunt Annales. vnde facile coniectare eſt aliquot libros narratione rerum ab hoc Comite geſtarum impleri

Accuratam horum Ludorum Deſcriptionem in Annalibus noſtris Metricis repræſentauimus lib. 2. pag. 33. 34. 35. 36. 37. ex Georg. Ruxneri Commentariis, quos idem ille Theutonico Idiomate conſcriptos publicauit; à Modio noſtro poſteà Latinâ Ciuitate donatos.

Diedericus Comes Hieroſolymam ex voto, Religionis ergo ac Dominici Sepulchri viſendi, proficiſcitur.

Vnde redux moritur Anno Chriſti 1039. Ætatis 58. Imperij vero 46.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pleri potuiſſe, ſi, quàm in enumerandis agris ac prædiis quæ liberalitate Principum Cœnobiis acceſſerunt, curam ac diligentiam præſtiterunt Monachi illi antiquiores, eandem etiam in rebus Comitum recenſendis adhibuiſſent, quas multò maximas geſſiſſe eos & hæc vnius anni vniuſque Vltraiectini belli hiſtoria documento eſſe poteſt, & aliorum aliquot. quæ niſi exteri ſcriptores memoriæ prodidiſſent, in eâdem fuiſſent apud poſteros obliuione. Corpus Comitis Egmondæ maiorum tumulo illatum. Vithildis ſiue Othildis vxor, quæ Ottonis Saxonum Ducis filia erat, in patriam reuerſa eſt, vbi & ipſa quadriennio poſt vitâ exceſſit.

In maiorum conditorium infertur, atque Egmundæ ſepelitur.

Ottildis, eius vidua, in patriã, hoc eſt, Saxoniã ſuam reuertitur: ibiq́ue quadriennio poſt mariti exceſſum moritur,

IANI DOVSAE FILII,

HOLLANDIÆ ANNALIVM LIBER DECIMVS.

BREVIARIVM LIBRI.

THEODORICVS *Quartus cur Fladirtingæ Marchio. Inundatio Oceani. Bella cum Cæſare geſta. Dictum aliquid de ludis Equeſtribus. Theoderici periculum propter cæſum imprudenter Epiſcopi Leodienſis fratrem. Bello inde orto Dordracum capta, ſed recepta mox cum magnâ hoſtium clade, quorum fraude ibidem periit Theodericus. cui ſuccedit Florentius filius. Germanicum bellum recrudeſcit. Prodigia ante bellum. Strategema Comitis. clades hoſtium, qui reſumunt ſtatim arma, ſed nihilo meliore fato, niſi quod Cuchenſis Comitis ſuperuentu cæſus Florentius non inultus: cuius vxor Gertrudis tutorio primùm nomine, & mox cum Roberto Friſio per aliquot annos rebus præfuit. Is Friſios rebellantes repreßit, fraudatus tutelâ nepotis ſui qui Flandriæ præerat; artibus Richildis. Inuaditur Hollandia à Godefrido Lotharingiæ Duce, auſpiciis Epiſcopi Traiectenſis. Robertus in Flandriam fugit: bellum gerit cum Richilde variâ Fortunâ. Quæ diuerſa ab aliis omnibus de Roberto tradat Lambertus Scafnaburgenſis accuratè dictum. Godefridus Dux, Eccleſiæ Vltraiectinæ Patrocinio ſuſcepto, Roberto Friſio armis depulſo, in fiduciariam Hollandici Comitatûs poſſeſſionem mittitur; Iſelmundæ Arcis ædificatio, Guillelmo Geldro (XXI. illius Eccleſiæ Epiſcopo) auctore inchoata primitur. Dux Godefridus Weſtfriſios bello aggreſſus, ac mox intrà Alcmariæ muros ab iiſdē compulſus; poſt ſuſtentatam fortiter nouem hebdomadarum obſidionem, tandem Præſulis Vltraiectini opibus diſcrimine eximitur: octonis gentis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

eius millibus occidione cæſis: Hinc etiam in Orientales Friſios arma conuerſa; ac penè vſque ad internecionem refractariæ gentis proceſſum. Prima oppidi Delphenſis in Batauis conſtructio, Godefridi Ducis auſpiciis patrata: qui etiam Arcem ſibi ac præſidium inibi conſtituit. Eius Principis cædes miſerabilis; cæterum de auctore cædis nouæ habitæ quæſtiones: ſimul Hiſtoricorum in eâ re prodendâ diſſenſio notata. Conradus Sueuus in Vltr. Cathedræ locum, Guillelmi Geldri deceſſu vacuum factum, Auguſtâ Henrici IV. *Imp. fauentiâ adiutus Epiſcopali Titulo ſuccedit. Diedericus* V. *poſt quinquennalis exſilij tædia, Roberti Friſii opibus ſuffultus ad Principatum ſuum ex interuallo armis repetendum ſe comparat. Qui mox, conſerto cum Vltraiectinis prælio, victoriæ compos, Iſelmundanæ Arcis obſidium ſimul atque exſcidium facit; Conrado prius Epiſcopo ad deditionem compulſo; ac mox pace firmatâ vnà cum captiuis domum liberaliter remiſſo. Diedericus victor cum Othildi Saxoniæ Ducis filiâ nuptias facit. Idem primus Comitis Titulum expreſſâ Hollandicæ ditionis nomenclaturâ, præter ſuperioris æui conſuetudinem vſurpare inſtituit. Diederici* V. *in Friſiam Orientalem expeditiones controuerſæ factæ: ſimul noſtratium in iis Chronographorum vaniloquentia ac futilitas denudata. Eius Comitis deceſſus. Florentius huius nominis ſecundus, cognomento Pinguis, paterno Comitatui ſuccedit; Cum Petronellâ, Illuſtriſſimi Saxoniæ Ducis filiâ nuptias facit. Meritiſſima eiuſdem Principis Elogia. Quo imperante Pax in his regionibus continua; neque vllis bellorum vel ciuilium vel externorum motibus interrupta: niſi quòd in Flandros ob Zelandicarum Inſularum poſſeſſionem aduerſus Robertum eius nominis ſecundum expeditio ab ipſo ſuſcepta legitur, Henrici* V. *Imperatoris Auſpicia potiſſimùm ac partes ſequuto. Cui tandem bello intrà annum Pacis interuentu finis impoſitus. Peſtiferæ luis deſcriptio. Florentius, Reipubl. bono natus, magno Prouincialium luctu ac detrimento, in ipſo maturæ ætatis robore exſtinguitur. Hæc geſta annis* LXXXIV. *intrà annum* CIↃXXXIX *&* CIↃCXXIII.

DIEDE-

DIEDERICVS QVARTVS COMITVM V.

CIↃXXXIX. DEFVNCTO Diederico Principatum
obtinuit Diedericus eiuſdem filius, Vide ſuprà horumdem Annaliũ lib. VI. pag. 282. 283. 284. 285.
quem *Fladirtingæ Marchionem* appellat Her-
mannus Contractus. id ſcilicet tum à prin-
CIↃXLII. cipali Ciuitate huic regioni nomen. Quar- Maris inundatio.
to huius Principatûs anno, III. Nonas No-
uembr. Oceanus ruptis Flandriarum agge-
ribus agros vicinos latè ſtagnauit, omni-
buſq. mare accolentibus grauiſſima dam-
na intulit. cuius calamitatis neque hanc
regionem expertem fuiſſe credibile eſt, ob-
noxiam maximè tam barbaro elemento.
Quis tantam ſcriptorum negligentiam in
rerum vetuſtarum ſerie prodendâ æquo
animo ferat? quis tot res geſtas Principum Querela de Chronographorum noſtratium ſupinâ negligentiâ atque incuriâ.
noſtrorum, quarum memoriâ non æquum
erat poſteritatem fraudari, ſilentio ſuppreſ-
ſas non indignetur? Vt enim de hoc Co-
mite dicamus, quanta dicendi ſeges fuiſſet
in iis bellis, quæ à Contracto & Scafnabur-
genſi breuiter tanguntur, cum Henrico
Tertio Imperatore ita variâ fortunâ geſta,
vt inſignes vtrinque clades & clara ipſo-
rum Ducum funera æquatis prope certa-
minibus, ſimiliorem redderent victo ad-
uerſarium qui vicerat. Cauſſam belli ha-
CIↃXLVI. bebat Imperator Pagum quendam (Pagi
autem appellatione totam regionem ſiue
territorium intelligit Contractus) à Diede-
rico

rico vſurpari. Nomen Pagi eius à Contracto non ponitur, cæterùm Durdrechtanam ditionem intelligi eò magis inducor vt credam, quòd de eâ iampridem Godefrido cōtrouerſia cum Comite fuerat. Igitur traiecto freto expeditionem in Fladirtingam ſuſcepit, ac regionem repentino bello inuadens, pagum illum Theoderico eripuit. ſed is, digreſſo iam cum copiis ſuis Imperatore, velut vacuâ rurſus poſſeſſione ſolicitatus, commouit ſe multò acriùs, recuperatiſq. quæ amiſerat, ex improuiſo contiguos ſuæ terræ Epiſcopatus cum magnâ manu inuaſit, & eos omni belli clade peruaſtans, quicquid obuium erat longè lateque corripuit. Quibus auditis Imperator, ſuum id dedecus ratus, Sociorum res obſiſtente nullo ferri agique, quum Godefridus quoque Dux palàm diſſimulans per occulta ad rebellionem inclinaret, omiſſo paratu inuadendæ Pannoniæ totam belli molem in Fladirtingam conuertit. Igitur CIↃXLVII.
autumni tempore nauali exercitu coacto Rhenum flumen inuectus eſt. inde exſcenſu è nauibus in terram facto, duas munitiſſimas vrbes Rhinsburgum ac Flardingam cepit, vt teſtatur Schafnaburgenſis. Contractus parum eum profeciſſe tradit aquoſis locis ac lubrico ſoli non recipiente veſtigium, præſertim appetente iam brumâ quæ vndas altiùs leuat. Inde vbi in ſpem irritam fruſtra teri tempus animaduerſum

Flardingæ nomen tam hîc quàm in impreſſis Contracti Editionibus vbique reponendum.

Henrici III. Aug. naualis aduerſus Diedericum Marchionem, ſiue Comitem noſtrum expeditio.

Verba Contracti ſic ſonant: Imperator, expeditione in Fladirtingam traiectâ, aquoſis impedientibus locis parum proficere potuit; & reuertens, aduerſariis marino curſu leuibus ſcaphis latrocinantium more ſèquentibus, & extremos quoſque incurſando cædentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit.

uerſum eſt, flexa retrò claſſis. cæterum reuertentem haud exigua ſanè clades excepit: quùm noſtri vndique coorti in pugnam velitarem magis quàm ſtatariam leuioribus & ad id præparatis nauigiis incurſarent claſſem ab tergo maximâ vi vrgentes, ibique plus quàm ſi iuſtâ acie dimicatum eſſet ſanguinis ac cædis factum; pleriſque aut ferro aut flumine abſumtis. Numerus amiſſorum nec tunc initus eſt, nec à Contracto traditur, magnum tamen fuiſſe

CIↃ. XLIIX. ſatis indicat res ipſa. Fortè per ea tempora Equeſtrium Ludorum certamen Leodij indictum erat ab Epiſcopo, cuius rei famâ etiam Diedericus excîtus & auaritiâ gloriæ, auidè arripuit occaſionem, vbi virtus eniteſcere poſſet: ità cum haud contemnendâ Nobilitatis manu venit ad eos Ludos, de quorum celebritate ſuperioribus libris plura diximus. Illud conſtat omnium prædicatione, nihil vnquam à priſcis illis ſolitum geri fortiùs, nihil magnificentiùs celebrari: inde robur & animo & corpori; inde viris vim promtoſque ad aſperiora quæuis toleranda animos acceſſiſſe. Cæterùm rarò citrà ſanguinem (tantâ animorum contentione gerebantur) ſtetere certamina; neque vnquam ferè non aliqui Principum Nobiliúmue iis ludicris ceciderunt: & cæſorum occaſione grauiſſima ſæpe odia gignebantur. Quod & hîc factum eſt; neque enim aliis facibus arſe-

Hæc partim ex Florario Temporum MS. to. partim ex Chronologorum noſtratium relatu cum curâ atque fide tranſcripſimus.

Ludi Equeſtres Leodij.

Diedericus Comes ſecundo Ludorum die cum Coloniēſis ac Leodienſis Epiſcopi fratre congreſſus, fortuitâ eius cæde publicæ lætitiæ feſtiuitatem corrumpit.

Hinc Vbiorum atque Eburonum cõtrà Comitem noſtrum excandeſcẽtia, cædem cæde penſari flagitantiũ.

re primum incendia illa, quibus inimici-
tiæ Principum per tot annos & ſuis & ſuo-
rum acerbiſſimis damnis conflagrarunt.

Gliſcit rabies.

Nam in iis Ludis Diedericus quùm duo-
rum Præſulum Colonienſis ac Leodienſis
germanum fratrem (cui fortè compoſitus
erat) acriùs quàm cautiùs ſecum dimican-
tem imprudens occidiſſet; irritati eo caſu
Leodienſes concurſu facto ad opprimen-
dum eum vndique cõuolarunt. Ille quam-
quam trepidus improuiſo metu, attamen
virtutis memor ab omnibus partibus te-
ctus inſtructuſq. inter media ingruentium
tela quaſi vitabundus ægrè tãdem in aper-
tos campos emerſit. ità tamen vt duo eius
fratres nothi, qui agmen fugientium clau-
debant, fuerint interfecti. Inde Dordracum
recto itinere perrexit; vrbem mercatu ho-
die, & ſiſtendi merces exoticas quas nego-
tiator importat priuilegio celebrem. eò vt
primùm venit, iniuriæ impatiens infenſuſ-
q́ue Tungris pariter ac Germanis, omnium
mercatorum ex iis locis naues inibi depre-
henſas exuſſit: & captos (dum ſe merceſ-
q́ue ſuas pecuniâ redimere coguntur) gran-
di ære multauit, ſimulq́ue omnem per ter-
ras ſuas commeatum, tum commercio-
rum vſum in poſterum interdixit. Quibus
ad Epiſcopos perlatis, quùm exulceratos
irâ etiam ignominia ſtimularet animos,
ad vindicandas ſuorum iniurias ingentem
exercitum compararunt, opera potiſſi-

mum

Comes tamen per tela, per hoſtes medios fortiter pugnãdo erumpit, euaditq́. in tutum denique.

Duobus prius fratribus eius non quidem legitimis, ſed nothis (alij populares tantùm Equites fuiſſe volunt) violento aduerſariorum impetu oppreſſis ac trucidatis.

Vide Iunij Batauiam cap. xvij.

Iuſta Principis indignatio, cum vindictæ cupiditate coniuncta in exoticarum mercium proſcriptionem, tum nauigiorum quæ ſecundis tam Rheno quàm Moſâ fluminibus Durdrechtum deuehi ſolita, perniciem tandem erupit.

Commerciorum vſus Interdicto ſublatus.

mum atque auxilio * Marchionis Brandeburgenſis, quem ſummæ rerum præfuiſſe nonnulli auctores ſunt. Ipſum anni tempus fauere cœptis videbatur (menſis enim Ianuarius erat) inuitante brumali glacie, quâ, velut pauimento, ſolidata vndarum ſuperficies arma equoſque ſuſtinere poterat. Adhæc tellus naturâ limoſa durata frigore ac gelu facilem inceſſum tūc reddebat æquato ſolo. Ac ſtatim Dordracum, ſolicitatis quorundam ciuium animis quibus fortunæ ſuæ non ſatis placebant, ad prodendam vrbem, quàm occultiſſimè fieri poterat, intromiſſi ſunt. Diedericus ſubitâ ſuorum defectione permotus, & ipſe haud ſegniter parato atque expedito agmine, Gerardi Dynaſte Puteani Equitis operâ nocturnis & auiis itineribus ignoratus vrbem occupat, ſilentio noctis. dein diſpoſito atque ordinato per plateas milite, impetum facit in ſecurum periculi ſui nihilque tale expectantem hoſtem. Tum verò, quantum ſubita atque inſperata momenti habeant ad percellendos mortalium animos, maximè patuit. nam & pauor trepidis conſilium excutiebat; & ſuper cætera tumultu ipſi ſuo incertiſque, vti per noctē, clamoribus turbabantur. Ità quò magis improuiſa res erat, eò minus explicare aciem aut expedire arma poterant; ſed huc illuc ſparſim ſine duce, ſine ordine, quà cuique impetus erat ferebantur. Alij diſpalantes confertiſſimo

*Nomine Ecberti.

Dordrechtum Ciuitas per dolum atque inſidias occupatur.

Durdrechtum iiſdem artibus, quibus anteà capta, recipitur: reditque in Principis ſui arbitrium & poteſtatem.

Nocturnæ pugnæ deſcriptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

bellantium globo illati occiſique, alij in domos iam non ignotas perterriti ſe proripiebāt abdebantq́ue. quâ ratione factum, vt magna pars hoſtium incluſa in vrbe manſerit: cauſſa mox exitij Principi Diederico. Epiſcopi cum Marchione & paucis militum per portam noſtris auerſam furtim ac trepidantes euaſerunt. Numerus peremtorum non traditur; niſi quòd multiplicem cædem factam eſſe vel ex hoc exiſtimari poteſt, quòd præter vulgus manipularium, quadringenti ex primariâ Nobilitate cecidiſſe memorantur. Exorto deinde Sole & liquidiore iam luce, ſtratum fædè per omnes vias exercitum oſtendente, quùm nihil vltrà hoſtile metuens Diedericus ſatis otioſo animo foris deambulatum cum paucis prodiiſſet, tranſiens per anguſtiorem quandam plateam, emiſsâ clam ab hoſte ſagittâ, quæ mortifero erat tincta medicamine, in femore grauiter ſauciatur; vnde idem biduò poſt exſtinctus eſt. Inde Comitis Platea appellata; tantiq́ue facinoris memoriam tanto poſt tempore etiam hodierno die ipſe teſtatur locus. Hanc Germanorum ac Leodienſium cladem & cædem Comitis in Ianuarium menſem contuli: tum Hermanni Contracti, tū antiquiſſimi Epitaphij, quod tumulo Comitis quondam inſcriptum Egmundæ legebatur, auctoritate permotus: haud neſcius quoſdā eſſe, qui pro Iano Maium perperam

Diederici victoris ſecura nimis parumq́ue circumſpectā, in publicū egreſſio.

Breuem vtique victoriæ ſuæ fructū percepturi.

Per fraudem hoſtilem ac venenatæ ſagittæ vitio, quam incerto auctore emiſſam incauto Principi certum haud arbitrarium exitium attuliſſe referunt Annales noſtri.

Quàm longè â deſtinatione ſuâ iacet?

Des Grauen ſtraetken.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

peram ac præpoſtere ſubſtituerint. Hermānus Contractus qui hoc bellū obiter tangit, nullam Durdrechti Vrbis mentionem facit, nullam item Colonienſis Epiſcopi, multo minus Marchionis Brandeburgenſis, tantùm Principes quoſdam ex maritimis regionibus Leodienſi, Traiectenſi, & Metenſi Epiſcopis fœderatos, Diederico Marchioni in Fladirtingâ inſidias ſtruxiſſe: collatâque acie victum occidiſſe, Prouinciam Imperatori ſubieciſſe narrat. Addit Godefridum (illum nempe Gibboſi patrem) nō multò poſt quum eandem regionem occupaſſet, ab iiſdem pugnâ petitum & profligatum in fugâ ſalutis ſuæ ſpem habere compulſum. Cæterùm mirari quis poſſet, quo prætextu Flardingam inuaſerit Godefridus, niſi ſi tamen * Lotharingiæ aliqua pars eo nomine appellata fuerit hoc temporis: id quod facile crediderim propter terræ vtriuſque vicinitatem.

* Inferioris ſcilicet, quæ in Brabantiæ nomen poſteà tranſitura.

FLORENTIVS PRIMVS

COMITVM VI.

FLORENTIVS I. Comes VI. Diederico fratri abſque liberis defuncto ſuccedit: idemque primus Hollandiæ Comitum (vti Beka aſſerit) Sollemni Friſiæ Orientalis, cui anteà quoque conceſſu Fratris præfuerat, Dominico Titulo cohoneſtatus.

NOVEM non amplius annos imperauerat Diedericus, qui quùm ſine prole deceſſiſſet, frater eius Florentius (Comes anteà Vlterioris, ſiue Orientalis Friſiæ) de communi Procerum ſententiâ imperium ſuſcepit. Neque multò pòſt, quòd ab eo iam ſolo ſpes Principatus penderet,

Idem cum Gertrude, Heinmanni, ſiue (vti aliis placet) Hermanni Saxoniæ Ducis filiâ Nuptias facit.

deret, cogitatio inceſſit Comitem vxoris ducendæ, ac ſobolis procreandæ deſiderium. Ducitur Gertrudis Hermanni Saxoniæ Ducis Filia, digna tanto Principe matrona: quæ illi Theodericum Florentiumq́ue peperit, & Machthildim egregiâ formâ virginem.

Iterum Sacra ſua commouere occipiunt Pontifices, Flandrorum etiam Comite Balduino in partes tracto.

A. 1058. *Decēnio poſt Diederici fratris interitum.*

Per hæc tempora erupit rurſùs incendium illud Leodienſis belli, nondum ſatiatâ Pontificum duorum irâ, qui Germaniâ omni ac finitimis gentibus concitatis, Cæſarem inſuper, veterem Hollandis hoſtem, & Flandrorum arma traxerāt in partes. Aderant præterea Marchio Brandeburgenſis, Lambertus Louanienſium Comes, Guichardus Geldriæ Tutor, Hermannus denique Comes Cuchenſis.

Fœderati Principes denuò cum exercitu incomparabili infeſtis ſignis animiſq́ue rectà in Hollandiam viam affectant.

Cum hoc exercitu infeſtis ſignis Hollandiam petunt. Quod vbi noſtri famâ (quâ quidem magna omnia in maius vero extolli ſolent) acceperunt, pauor ac trepidatio cunctos inuaſit.

Prodigia ſecutarum cladium prænuntia.

Augebant terrorem prodigia, quæ multorum animos nouæ cladis exſpectatione ſuſpenderant, metu interprete ſemper in deteriora inclinato. Nam & terrâ vehementer mota, & bini pariter Soles in exortu conſpecti, & trabs horrendâ ſpecie ab oriente in occidentem cæli ſpatium emenſa; & contemto Solis fulgore emicantes interdiu ſtellæ cūctorum mentes ſacro quodam horrore perfuderant.

Comes rerum ſuarum ſatagit.

Florentius ipſe in tanto diſcrimine incertus quid conſilij caperet, præcipuos ex Nobilitate primariâ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

in concionem vocauit, vt quod ex vſu maxime atque ex Republicâ iudicarent in medium adferrent: tum ſententiam rogatus quidam ex Equeſtri ordine, grandis natu: Arte atque inſidiis cum hoſte contendendum, quoniam aperto bello impares eſſent, reſpondit: aduentare inuictam aciem, ſi æquo dimicaretur campo. cum vniuerſa penè Germaniâ in ipſis Hollandiæ viſceribus gerendum bellum. Cæterùm ſi ſuum conſilium non aſpernarentur, tantum exercitum haud perdifficilli conatu opprimi poſſe ac deleri. Iuſſus deinde conſilium ſuum aperire; Cenſeo (inquit) faciendas clam noctu ingentes foueas, quâ hoſtis venturus eſt, eaſque fœno ac ſtramine & viuo ceſpite operiendas; Comiti intereà copias quantas maximas poteſt conducendas, quas intentas parataſque habeat, vbi hoſtis propiùs aduentarit. Vſus eſt probato Senis conſilio Florentius, & omnibus quæcunque bello vſui forent præparatis, apta inſidiis delegit loca. factiſque vti conuenerat foueis, ipſe cum validâ ſuorum manu Durdrechti intrà mœnia ſe continens venientem hoſtem infeſto expectabat agmine, vt quum ſignũ dediſſet, omnibus ſimul erumperent portis. Nec deſtituit fortuna conſilium. Iam enim hoſtis cæcus ad has belli artes, nocturnum iter ingreſſus, ſummâ ſpe potiundæ Durdrechti, lumine etiam tum incerto, ad loca inſidiis

deſtinata

Inſidiis potius & arte, quam Marte aperto hoſtibus obuiam eundi cõſilium capit.

Conſimili ſtrategemate Caroli Craſſi temporibus Henricum Lotharingiæ Ducem à Normannis Pariſiorum vrbem obſidentibus exceptũ oppreſſumq́. narrat Abbas Prumienſis anno 886.

deſtinata peruenerat. Tetra ibi luctatio formidoque, variâ fœdaque nitentium cadentiumque imagine, alij ſuper alios equis maximè conſternatis, ruere, labi, trepidare. Tum Comes, vt ſuo ipſorum tumultu miſceri hoſtile agmen vidit, quicquid adiecisſet ipſe terroris ſatis ad perniciem fore ratus, per quæ maximè patere regreſſus illis poterat, militem circumducit, ac repente ſigno dato ſummâ in perterritum hoſtem concitatione fertur. At illi ancipiti malo circumuenti, quòd ſimul à noſtris, ſimul à locorum iniquitate oppugnarentur, trepidare magis quàm in commune conſulere. Tum ſpectaculum horribile in patentibus campis, pelli, cadere, occidi, labi, quum neque in eodem veſtigio impunè perſeuerare, neque progredi, neque regredi facultas eſſet: iuxtà boni malique, ſtrenui & imbelles pari periculo, tametſi animis diſparibus conflictabantur: arma, tela, equi, atque viri afflicti; poſtremò (vt quemque timor aut hoſtis præcipitem agebat) per loca operta virgultis ac ſtramine in ſubiectas lacunas deuoluti immerſique; prorſus, facies totius negotij varia, fœda, horrenda, atque miſerabilis. Prælium fuit lanienæ quàm pugnæ ſimilius, cæſuſque prope omnis exercitus; tam pertinaci occidione, vt laboret Annalium fides. Siquidem quadraginta millia pugnando cecidiſſe, viginti ſex millia ſubmerſa tradunt. Id conſtat,

Inſtructi intentiq. ſigno à Principe dato, omnibus portis erumpunt noſtri.

Equi, viri, ex bellatoribus deſultores facti, ſuâ ac ſuorum ruinâ in ſubiectas ſcrobes præcipites eunt.

Vis conſilî expers mole ruit ſuâ.

Florentij Comitis victoria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

nunquam vnâ acie tantum hoſtium interfectum ante id tempus, ſeu numerum, ſiue partium Duces reſpicias. Ex his ſiquidem cecidere maxime inſignes, ipſe Colonienſis Epiſcopi frater, & Hannoniæ Comes. Numerus captiuorum initus non eſt, niſi quòd duo Principes capti referuntur, Lambertus Louanienſium Comes, ac Wichardus Geldriæ Tutor, qui poſteà non niſi magno ære redemti incolumes dimiſſi ſunt. Hac inſperatâ calamitate attriti magis quàm perterriti hoſtes, ab eo tempore irâ atque indignatione anxij moliri, parare omnia quæ ad reparandas vires bellumque impigrè renouandum pertinerent. Ad hæc Marchio Brandeburgenſis ſummâ ope niti, ambire, fatigare ſingulos, vt priſtinæ gloriæ memores ſecum erigendam rem Allemannicam capeſſerent, neu datis paulò antè in tam præcipitem caſum exercitibus de redintegrandi belli euentu deſperarent: puncto ſæpe temporis maximarum rerum momenta verti; & hoſti plus ex locorum aſperitate quàm ex ſuis viribus fiduciæ acceſſiſſe. Irent magnis animis viribuſque aduerſus eum hoſtem qui & gentium & belli iura violaſſet: quod ſi facerent, id præuidere ſe, tantarum cladium aliquando Hollandis quàm Leodienſibus triſtiorem memoriam fore. An verò illi (inquit) gladios, & collatum pedem, & vultum hoſtis ardore animi micantem ferre

Quæ Epiſcopo Leodino, nec non Hannonienſi Comiti exitialis.

Lambertus Louanienſium Comes captiuus, vnà cum Wichardo Geldriæ Tutore, viuus in noſtrorum poteſtatem deuenit.

A. 1062. quadriennio poſt ſtragem modò decantatam.

Marchio Brandeburgenſis accerrimus ſocialis iſtius belli incentor, ne dicam lituus: totiuſque in Hollandum coniurati exercitûs Ductor.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Hoſticarum virium extenuatio.

" poterunt, qui non niſi ex inſidiis aut ſuo
" loco pugnam facere ſoliti, paludibus ferè
" & nocturnâ fraude graſſantur? multò enim
" difficilior nobis cum naturâ loci luctatio
" fuit, quàm pugna cum hoſte erit, ſi in pa-
" tentibus committatur campis. Poſtremò
" quiſquis belli exitus futurus eſt, pulcherri-
" mum erit nobis aut inſtantes vincere, aut
" ſi vincamur, vinci repugnantes; non vti
" prius ignobilium ferarum ritu (id quod
" miſerrimum fortibus viris eſt) ceu indagi-
" ne clauſos occumbere; ne ferrum quidem
ad bene moriendum offerente hoſte. His
aliiſque talibus ad abolendam fœdiſſimæ
cladis memoriã incitati Colonienſis Epiſ-
copus, Hermannus Cuchus, reliquique qui
ſuperiore pugnâ euaſerant; rurſus bellum
facere, atque extrema omnia experiri; co-
actoque ingenti exercitu Hollandiam de-
nuò inuadere ſtatuunt. Florentius eorum
aduentu cognito, quàm ocyſſimè ſibi ma-
turandum ratus, copiis vndique in vnum
contractis, vt in ipſo regionis ingreſſu ho-
ſtem opprimeret, obuiam cum vniuerſo
exercitu proficiſcitur. Poſtquam eò ven-
" tum, vbi ex aduerſo ſeſe inuicem conſpica-
" bantur, Florentius paucis ſuos eſt adhor-
" tatus, vt priſtinæ virtutis meminiſſent, né-
" ue hoſtium multitudo terreret animos;
" quos & numero & viribus ampliores pau-
" cis ante annis ità fudiſſent, vt tum plures
" interemti eſſent quàm nunc in acie ſtarent.

minus

Bellum denuò reparatur.

Florentius Comes cum Hollandis ac Friſiis ſuis hoſti, non expectato ad ſe dum penetret, armatus inſtructuſque obuiam procedit.

Eius ad ſuos cohortatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

minus negotij eſſe, reliquias extremas ho- »
ſtium recordatione præteritæ cladis adhuc »
languentes fundere atque fugare; quàm »
prius fuerat, florem iuuentutis Germanicæ »
militumque robur recens animi, eoque fe- »
rocius, à ceruicibus ſuis auertere. Hoſtis »
quoque hortabatur ſuos, vt impetum ho- »
ſtilem forti animo ſuſtinerent. In virtute »
ipſorum ac dextris poſitam eſſe ſpem recu- »
perandi decoris communis; quod turpi »
hoſtium dolo amiſiſſent. nunquam enim »
illos verâ virtute viciſſe; ſed aut fraude vi- »
ctoriæ nomen reportaſſe, aut furtim & per »
latrocinia potiùs quàm aperto Marte con- »
greſſos, nunc vbi æquo loco collatis ſignis »
dimicandum eſſet, eò abiectiore animo tre- »
pidaturos, quò & plus præſidij in dolis, & »
in dextrâ minus ſibi ſpei hactenus ſtatuiſ- »
ſent. Ita præparatis in vtrâque acie animis prælium inierunt: diuque pugna neutrò inclinata ſtetit, noſtris ad continuandum priſtinum decus adnitentibus, hoſtibus ad demendam ignominiam; ſed enim inſtante Florentio & ardentiſſimè ſuos animante, perturbatis ordinibus impulſi primùm, ſenſimque pedem referentes, deinde prorſus fuſi, vincente pudorem metu, terga dederunt. Magnus cæſorum & captiuorum numerus multum gloriæ nec minus lætitiæ victoribus fuerat allaturus, niſi inuida diuturnæ felicitati fata nimiam ab ſecundis rebus ſecuritatem Comiti addidiſſent;

Marchionis Brandeburgenſis ad ſuos Concio.

Iterata Comitis Florentij de Germanis, Eburonibus, Lotharenis victoria.

Victor cum prædâ & captiuis domuitionem parat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

vt vnum eundemque diem inſigni quidem victoriâ, ſed fatali interitu ſuo nobilitaret.

> Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet: & frequentiſſimum initium calamitatis, Securitas.

Iam enim ſtrato hoſtium exercitu, remiſſáque omni belli curâ negligentiùs agentem, inter obſequia fortunæ, dum iter faceret, vmbra denſiſſimarum ſalicum iuxtâ Vicum Hamartham ad laxandum animum ac ſomno diſcutiendam laſſitudinem inuitare cæperat, & iam Sol ad medium diem ardentiſſimo calore exæſtuabat.

> Pugnæ pariter ac viæ laboribus, ſimul æſtu fatigatus Comes, temere ſub vmbrâ arboris reclinans ac frigus captans meridiatur, inſiticio ſomno diem diffindẽs: maiore iam copiarum ſuarum parte poſt victoriam hac illac diſparſam.

Tot Hemert by Heuſden/ tuſchen Maes ende Wael.

Igitur temerè in herbâ proiectus itinere ac prælio fatigatum corpus quieti dare pergit, iuxtaq́. feſſi pleriq. labore ac vigiliis milites ſternũt paſſim corpora; ſeu nullo adfuturi certaminis metu, ſeu fiduciâ viriũ (quam Fortuna proſpero tot præliorum ſucceſſu aluerat) ſeu quia ſecundis rebus negligentia familiarior eſt quàm aduerſis.

> Alardus, Godefridi Lotharingiæ Ducis frater; cuius opportuno cum validis ac recẽtibus copiis ſuperuentu Hermannus Cuchenſis Comes vnà cum cæteris eiuſdem fugæ ſociis, armis animiſque reſumtis corroboratus, ad Florentiũ victorem ex inſperato opprimendũ inſidiabundus contendit.

Intereà Hermannus Cuchenſis qui ſuperiore ex pugnâ euaſerat, quùm eidem fugienti forte per vias obuius cùm validâ ac recenti militum manu Alardus frater Gothefridi Ducis ſuperueniſſet, ratus bene gerendæ rei oblatam ſibi occaſionem, concitatiſſimo gradu ad eum locum vbi cubabat cum ſuis Comes ſe recepit: cumque ſolutiora omnia, rebus vt fit ſupra votum fluentibus inueniſſet, clamore ſublato incompoſitos ſopitoſque & nihil minus quam vim aut prælium exſpectantes, tum prædâ onuſtos atque impeditos, nonnullos etiam ſaucios ac debilitatos, ipſe cum recenti & expeditâ

manu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

manu adoritur. Noſtri, vbi ſe circumuentos ſenſerunt, quamuis trepidi ac ſemiſomnes vix arma expedire aut ſtringere gladios poſſent, attamen virtutis memores colligere ſeſe, & vbi quemque periculum ceperat ibi reſiſtere ac propulſare. Ità quùm tumultuoſo magis prælio quàm magno aliquamdiu conflictati eſſent, vulneribus ac laſſitudine confecti, terga ad extremum vertere compulſi ſunt. Duo millia atque ſexcenti partim in prælio partim inter fugiendum ceciderunt. Comes ipſe cedendo reſiſtendoq́ue multis confoſſus vulneribus haud inultus occubuit. Dordraceni autem aliiq́ue quibus extrema acies commiſſa erat recentes, quia prælio nõ interfuerant, cum haud difficile videretur hoſtem opprimere, prædâ grauem & rei bene geſtæ hilaritate (vt aſſolet) negligentiorem, expedito inſtructoque milite celeriter à tergo aſſecuti, ſecuros ac inopinantes fundunt, fugant, proſternunt: neque ante perſequendi finem quàm ad vnum omnibus cæſis faciunt; ita vt ne Duces quidem (ſaltem vt vel tantæ cladis ad ſuos nuntium referre poſſent) euaſerint. Atque ità defuncti Florentij manibus ferociſſimorum hoſtium ſanguine parentatum eſt. Funus eius omni apparatu atque honore celebratum, corpuſque Egmondæ illatum tumulo maiorum.

Qui nihil minus quàm vim aut prælium expectãs, ſemiſomnis cum ſuis partim diſperſis aut ſopitis, iniquo loco & Marte in hoſtem inſtructum intentumq́. depugnære cogitur.

Nequicquam.

Comes Hollandiq́ue haud inulti occumbunt.

Florentij Comitis cædes acerrimè ab Hollandis, præſertim Dordrechtanis, vindicata.

Alardoq́ue Duci, tum Cuchenſi Comiti Hermanno par pari relatum hoſtimentum.

Ità vt nec nũtium quidem tantæ cladi ſuperfuiſſe prædicent Annales noſtri.

GERTRVDIS SAXONICA.

Gertrudis Saxonica poſt mariti Principis deceſſum harum regionum gubernacula per biennium vidua obtinuit; non quidem ſuo, ſed filij adhuc impuberis nomine.

AB eius obitu ſumma rerum ad Gertrudim vxorem delata eſt, quæ impuberis filij Tutelam gerens nullâ re niſi feſtâ pace nobilem Principatum per biennium obtinuit.

ROBERTVS FRISIVS.

QVA tempeſtate Flandriæ Hannoniæque imperabat Balduinus cognomento Pius. Ei duo erant filij Balduinus ac Robertus, moribus diſpares: hic enim acer, bellicoſus, imperij appetens, ille placido ingenio, quietus, religioni deditus. Quibus rebus Pater initiò anxius, metuenſque ne quam ſeditionem aut bellum concitaret alter fratrum, vxorem ei dare decreuit: conuentumque ſuper ea re Aldenardæ habuit. vbi de Florentij Comitis viduâ Roberto iungendâ actum eſt, confectumque matrimonium hac lege, vt dum ad puberem ætatem perueniſſet Florentij filius, tantiſper ſub Tutelâ Roberti res Hollandiæ, & paternus Principatus puero ſtaret. Aſſignatæ eidem quinque Inſulæ Zelandicæ, Walachria, Scaldia, Zutbeuera, Nortbeuera, Borſelia. Comitatus adhæc Aloſtanus cum Terrâ Quatuor Officiorum (vt vocant) & magnâ pecuniæ vi: adactuſque â patre Iureiurando, contentum

Vide Meierum lib. Annalium ſuorum tertio.

V. Zelandicæ Inſulæ, præter Comitatum Aloſtanũ cum Ditione IV. Officiorum, tum grandi numeratæ pecuniæ ſummâ, Hæreditariæ portionis nomine, Roberto Friſio aſſignatæ à patre Balduino.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tentum his ſeſe in poſterum fore, & ab iniuriâ fratri inferendâ temperaturum. Profectus igitur in Hollandiam Robertus cum Gertrude nuptias celebrauit; quæ res vt ad ſecuritatem vtriuſque populi plurimùm conferre viſa, ità & magno gaudio excepta eſt ab Hollandis, cum bonâ ſpe obruendas diſcidiorum ſcintillas, quæ iampridem inter noſtros ac Flandros in exitialem propè flammam exarſerant, vehementiuſque etiam in futurum exarſuræ videbantur; propter Waſiæ vſurpationem & aliquot Zelandiæ Inſularum: neque aliud diſcordantium populorum frenum futurum exiſtimabant, quàm ſi ab vno capite regerentur. Nec tamen eò minus, quum mutatus Princeps occaſionem turbandi daret, noui quidam motus in Friſiâ exorti; ſed virtute eiuſdem mox ſedati ſunt, poſteaquam armatâ manu regionem illã ingreſſus, cruentam luctuoſamque rebellionem defectoribus effecit. A quâ victoriâ, domito ſubactoque feroci populo, cognomen eum Friſij traxiſſe, non ignobiles Auctores ſunt. Aliquot annis pòſt, quum defuncto Balduino fratre Robertus Tutelam Arnulphi nepotis ſui poſceret; iuxtà formulam fraterni Teſtamenti, nihil impetrare valuit, renitente pertinaciter Richilde, Arnulphi matre. Quæ virilis audaciæ mulier & imperij nimia; quum ille ob eam iniuriam ſe hoſtem Flandriæ gereret, quæcunque Iura, poſ-

Gertrudis Saxonicæ matrimonium, Societatis & concordiæ inter vtroſque populos cauſa & quaſi fomes.

Balduinus Montenſis, Flandriæ Hannoniæq́. Principatu per triennium adminiſtrato, vitâ decedit, binis relictis liberis; de quorum Tutelâ orta cõtrouerſia inter Robertum (cui ea ex Fraterni Teſtamenti Formulâ legitimè debebatur) & Richildim defuncti Principis viduam; non niſi ferro decidenda.

ra, poſſeſſiones, Principatus tam in Zelandiâ quàm Flandriâ Robertus anteà obtinebat, inuaſit ac proſcripſit, nemine contrà hiſcere auſo poſt editum Tyrannicæ immanitatis exemplum in Ioannem Gauerum Hyprenſium Præfectum; quem conatibus ſuis aduerſantem palam capitis ſupplicio affecerat. Interim Robertus, dum conſilia Flandriæ inuadendæ agitaret, variis bellis implicatus eſt. Friſij enim (vt erant inquieto auidoque in nouas res ingenio) iterùm excuſſerant iugum, ſed eos Robertus vltor cum Kenemerlandis Alkemarchiſque breui edomuit. Interuenit deinde his malis nouus terror à Godefrido Lotharingorum Duce, qui Hollandiam magnis animis copiiſque, Traiectini Pontificis claſſico excitatus, inuaſerat, magnâ ſpe victoriæ ex opportunitate immaturæ ætatis liberorum Florentij, Robertique tot ac tantis bellis diſtricti virium imbecillitate: languentibus (vt fit) omnium ſtudiis, qui fidem Roberto ad eam diem ſeruauerant. Titulus aliena inuadendi præferebatur Epiſcopalis Iuris aſſertio, Pontifices enim Traiectini, vt ſuprà memorauimus, regiones has tum à deceſſoribus ſuis longâ vetuſtate obtentas, tum ad ſe quoque Regiorum Diplomatum Iure atque auctoritate pertinere aſſeuerabant. Præſidebat tum temporis ei Cathedræ Guilielmus, Geldrici ſanguinis. Is naturâ ferox, vehemens, manu

Friſiorum gens Dominici iugi impatiens.

A. MLXXI.

Aduocatiæ (vt vocant) prætextu, quæ Godefrido Gibberi Eccleſiæ illius nomine publicitus delata.

More ingenij humani, noua amantis ſemper, præſentium faſtidioſi.

Guillelmus eius nominis primus XXI. Vltraiect. Epiſcopus, cuius precibus, motus Imp. Hollandiæ Friſiæque Principatum (Tutorio nomine hactenus à Roberto Friſio adminiſtratum) Vltraiectinæ Eccleſiæ conceſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

manu promtus, auidus potentiæ, in ſuſcipiendis periculis præceps, omnia & fortiter audere & ſtrenuè exequi didicerat. Igitur auſus pomœrij ſui fines tranſcendere, iam ad oppidum Leidam cum Godefrido iunxerat copias, quùm Robertus ad eum locum obuiam progreſſus hoſti contulit ſigna. A Traiectinis melius pugnatum ferociâ ducum. Robertus victus ex prælio cum vxore liberiſq. ac priuignis ſuis profugit in Flandriam; maiore ſpe tentandæ ibi feliciter fortunæ, quæ ei hîc parum arriſerat; quòd complures Flandriæ Ciuitates ad cupidinem noui Principatus erectas videbat; tædioque Richildis ſuperbiæ nouas belli cauſſas circumſpicere; neque illis quidquam aliud deeſſe, præter idoneum ducem: In quâ animorum fluctuatione vtendum æſtu populari, priuſquam deferueret, ratus; Gandauum venit, quò ad eum properè confluxit frequens Flandriæ Nobilitas, durum Richildis imperium auaritiamque conqueſta; ſed nihil magis, quàm quòd nouis quotidie exactionibus plebem exhauriret, ſtudia magnæ partis hominum ad imperium Roberto deferendum accendit. Quippe plebes, aliàs ad obſequium parata, pecuniarum conquiſitionem & immodicas rapinas ægrè tolerat. Igitur contrariis ſtudiis diſtracta vniuerſa Flandria in duas ſe partes diuiſerat. plerique enim quùm ad id vſq. temporis dubios ſuſpenſoſque

Vincuntur pelluntúrque Roberti copiæ.

Flandri in partes diſcedunt, odio Richildis maximè, quæ (vti Meiertus narrat) præter alia noua vectigalia, quaternos per totam Flandriam denarios à ſingulis exegerat lectis, Toparchæ Malgiacenſis in primis vſa (vti ferunt) conſilio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Pronus in Robertum popularium ſuorum fauor.

ſoſque prætuliſſent animos, Roberto ſeſe permittunt; Richildi adherent pauciores, id maximè quod Gallicanæ Flandriæ erat. Ea vero quum ſeſe in Inſulam recepiſſet vnà cum Arnulpho filio, pulſa inde ad Philippum confugit Francorum regem, vt in eius amicitiam tanquam in firmiorem parietem inclinaret. Rex incautus, Pariſienſis potiſſimum Archiepiſcopi ſuaſu, vltionem ſuſcepit, iuuenili quodam ardore. Robertus antea Caſletum belli ſedem delegerat, præter Flandrorum populos, Hollandorum Friſiorumque quod roboris erat, in exercitu ſuo habebat; durum in armis genus, & deſperatione in patriam redeundi maximè fidum, at ex alterâ parte plus virorum quàm virium, & omnia diſciplinæ militaris neglectu non modò non ad ſubitos fortunæ caſus, ſed ne ad pugnam quidem ſatis instructa prouiſaque. Ità malis conſiliis pares adepti euentus, captâ Richilde, fuſis fugatiſque Francis, quos Robertus effusè ſequendo, ab Euſtathio Bononienſi Comite interceptus eſt. Ea res minus lætam victoriam fecit, coactuſque Robertus redemtionis ſuæ precium Richildim Hannonienſibus reddere. Quæ exinde bis inſtaurato prælio cum infinitâ ſuorum clade, in altero etiam Arnulphum filium amiſit. Atque in iſtis ferè omnibus quæ retuli Flandrici Annales cum noſtris conſentiunt. cæterùm longè diuerſa ab his

Gothofredus enim Pariſiorum Epiſcopus, eiuſque frater Euſtathius Comes Bononiæ, magnâ ab Richilde acceptâ pecuniâ, Regi per ætatem imprudenti (vt qui vix ſeptemdecennis foret) auctores fuerant tam infauſtæ in Flandriam expeditionis.

prodidit * Lambertus Scafnaburgenſis, æqualis eorum temporum ſcriptor. Refert enim Robertum, vbi primùm ætas ſtipendiis faciendis matura viſa eſt (ex more in familiâ Balduini iam multis tum ætatibus obſeruato) peregrè miſſum à patre cum eâ militum manu, quibus ætas animuſque ferox, prætereà egeſtas nouarum rerum cupidinem addebat; & inſtructâ claſſe reliquiſque quæ longinquæ peregrinationi opus eſſent, ad tentandam rei militaris fortunam, vt (ſi vir eſſet) gloriam atque imperium in externis regionibus ſibi compararet. Robertus vt patris voluntati obſequeretur, quùm animo ad maxima quæque parato varia conſilia agitaret, tandem Galliciam petere conſtituit, eamque in ditionem ſuam redigere. Verùm paucos poſt dies quùm ad ignota quædam littora applicuiſſet claſſem, & exſcenſione factâ ab incolis loci prædas agere cæpiſſet, illi confeſtim ad arcendam vim vndique armati conueniunt: milites prædam magis quàm prælium cogitantes inuadunt. Robertus ipſe quùm aliquamdiu impetum hoſtilem fortiter ſuſtinuiſſet, omnibus ſuis ad internecionem pænè occiſis, ægrè elapſus ad patrem tantæ calamitatis nuntius rediit. Nec ibi quoque prò ſpe acceptus, immò inſuper etiam à patre propter rem male geſtam cum grauiſſimâ contumeliâ repulſus; quùm agitandi inops nihil ex priſtinâ for-

* Vt qui ſub Henrico IV. Imperatore Hiſtoriam ſuam ſcripſerit, Roberto ipſi Friſio coætaneus; quingentis ante Meierum annis ſcilicet.

Robertus armatâ inſtructaque claſſe ſoluit è Flandriâ.

Quamcumque Mundi partem occupaturus, quam venti ac Fortuna demonſtrarent.

Prima eius in Gallitiæ littus excenſio infæliciter tentata, & cum repulsâ.

In patriam reuertitur, vbi reparatâ claſſe rurſum ſe fluxæ Neptuni fidei committit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

tunâ prærer animum ferocem retineret, aliâ rurſus viâ id quod intenderat efficere aggreditur; omnia paratus etiam extrema perpeti, quò maturius ignominiam aboleret. Reparato igitur exercitu & claſſe iterum ſe credidit mari, petiturus regionem, quamcumque erranti ventus dediſſet. Inde primò cum tranquillo mari ſoluiſſet, in medio curſu adeò atrox tempeſtas ex tranuerſo derepento incubuit, vt prioris expeditionis calamitatem ſuperauerit pænè naufragium, quo nauibus omnibus quaſſatis diſiectiſque ipſe nudus omniumque rerum egens vix in littus enatauit, ſed Fortunâ toties ſpes eius iam conceptas abrumpente, peropportunè (vt primò videbatur) Legatio Normannorum ſub Imperatore Byzantino militantium aduenit, qui Roberti non mediocrem animum pollicitando accendebant, ſi illuc veniret, fore vti totius Græciæ Imperio potiretur. Robertus rapiendam eam occaſionem cenſens nouo aliquo facinore redimendi tot præteritas clades, aſſumtò plebeio habitu (quo occultius falleret) inter eos qui Hieroſolymas votiuâ peregrinatione petebant, Conſtantinopolim iter inſtituit. Verùm eo conſilio patefacto, Imperator fauces atque aditus omnes Imperij, quà terrâ aut flumine ingreſſus eſſet, obſeruari iuſſit; vt deprehenſus illicò interficeretur. Atque ita id incœptum fruſtrà fuit. His difficultatibus circumuentus,

Vlyſſæâ prorſùs fortunâ vſurus.

Peregrinatione Religionis ergò, hoc eſt, Dominici Sepulcri viſendi, Hieroſolymā verſus ſollemnitùs ex more maiorum inſtitûtâ.

Cuius obtentu, ſacro peregrinantis habitu cultuque aſſumto, Orientis Imperiū affectat, Normannorum Byzantino Imperatori merentium clandeſtinâ coniuratione ac pollicitationibus inductus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

cumuentus, vbi videt neque per vim neque per inſidias ſibi quidquam procedere in externis regionibus, idem in vicinis ac propinquioribus tentare conſtituit, vtcunque rerum alea caderet, aut miſeriarum finem aut initium ſecundioris fortunæ habiturus. Igitur in Friſiam (quod nomen Hollandiam etiam id temporis nec non Zelandiam complectebatur) iam Florentij Comitis morte vacuam, irruptionem facit, vbi quamnis bis commiſſo prælio victus fugatuſque, tamen obſtinatio in vltimâ ſpe ad decertandum animo, cedentibus magis quàm conſentientibus noſtris, quùm copias eorumdem & diu & ancipiti ſemper acie attriuiſſet; delatum tandem vltrò imperium accepit. Quo comperto frater eius Balduinus (iam enim pater morbo ac ſenio grauis naturæ conceſſerat) coacto exercitu fratrem quem minimè decuit adepto iam Principatu depellere inſtituit. Cui ſtatim cum copiis aduentanti Robertus legatos obuiam miſit, obteſtans per Deum Immortalem, tum communis parentis iam defuncti memoriam, vt ſe fratrem reminiſceret ſuum, neue Iura germanitatis apud Barbaros quoque ſancta & inuiolata pollueret. Miſereretur potius fortunæ tã pertinaciter aduerſæ, ad cuius ludibrium ſeruatus ne id quidem iam reliquum haberet, vbi exhauſtum viribus & ſanguine defectum reponeret corpus, aut vbi oſſa ſua ſepelienda

Cæterum ea ſpes fruſtrâ fuit; inſidiis ante tempus patefactis, nec re ad effectum perductâ.

Roberti in rebus aduerſis magnanimitas atque in propoſito perſeuerantia.

Balduinus Montenſis Robertum fratrem iam votorum compotem, nouâque hac Dotalis per Hollandiã Friſiaque Imperij acceſſione ſtabilitum bello petit. Cui ille cum exercitu aduentanti Pacali habitu obuiam Legatos mittit, vim hoſtilem à fratre armorumque iniuriam deprecaturos. Per Ius germanitatis apud barbaros quoque ſacroſanctum atque inuiolatum.

Miſeretur potius diuturnæ militiæ atque ærumnoſæ Peregrinationis, totq. calamitatum in quibus meliorẽ iam ætatis partem detriuiſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pelienda curaret. Se patriis finibus extorrem, vagè miſereque circum exteras gentes bello laceſſiſſe, terras ac maria concitaſſe; maluiſſe de alienis contendere, quàm vt fratri de hæreditate paternâ (cuius pars ad ſe communi gentium Iure pertineret) moleſtus eſſet; tot tamque variis procellis ac tempeſtatibus agitatum in eâ regione, cui pater imperabat, ne in ſummâ quidem inopiâ precariam vitam ducere auſum. Quem futurum laborum finem, ſi etiam fugienti pro ſalute ſuâ arma ſint capeſſenda? Deſiſteret potius ab incœpto, nullum fraterni ſanguinis pretium accepturus. Nouitatē tanti ſceleris horrere ſe magis quàm exemplum. Neque enim hîc regnandi cupiditatem, quæ ſæpe fratres in mutuum exitium armauit, obtendi poſſe. Inſediſſe ſe extremum terrarum angulum, cuius nulla pars ad eum vllo Iure pertineret; etiam inde ſe pelli, & exilium ſuum prò Regno haberi. Quod ſi ne his quidem moueretur, at malæ cauſæ conſcientiam, & vim fortunæ Martemque belli communē animo proponeret; præterea Vltorem Deum, qui etiam de cogitato, nedum perfecto ſcelere pœnas expetere conſueuit. Orare ſe, ne ſibi miſerrimam pereundi, aut (quod multo etiam miſerius eſt) fratri fratrem perdendi neceſſitudinem imponeret. Non enim vllâ neceſſitate cogi ſe poſſe, vt relictâ hâc regione longinquas nationes aut

Satis ipſi eſſe debere, quod vniuerſam communis Patris Hæreditatem, quam Iure gentiū ſecum partiri debuiſſet, ſolus ſine conſorte obtineret.

Nullum ei in Hollandiæ aut Friſiæ Comitatum Ius, nullam Actionem competere.

Reges accederet, qui omnes propter inopiam ſuam ſibi infeſti eſſent. Poſtremò id deſtinatum ſibi in animo eſſe, vt hîc aut inſtantis ſenectutis requiem, aut honeſtæ ſaltem mortis ſepulchrum habeat. Talis legatorum oratio, niſi extremus furor obſtitiſſet, flectere ſatis Balduinum potuit; ſed cæcæ odio atque inuidiâ ſceleratæ mentes ad omnem humanitatis ſenſum oculos claudunt. Igitur nihilo ſegnius in Friſiam adduxit exercitum. Robertus neceſſitate vltimâ cogente cum lectiſſimâ militum manu occurrit fratri. acerrimum certamen vtrinque coortum, ſed proſperum noſtris. Balduinus vndique intentus audendo hortandoque extrahebat pugnam, & ambiguâ quidem victoriæ ſpe; niſi iam turbatis acriùs metus quàm dux imperare cæpiſſet: quos dum in fugam verſos ſiſtere conatur, præliumque reſtituere, occurſando pauentibus, retinẽdo cedentes, ipſe in confertiſſimos hoſtium cuneos irrumpens occiditur. Quo cognito Robertus haud ſanè nefas ducens in mortui fratris poſſeſſiones inuadere; præſertim qui in ſeſe perſequendo diuini omnis atque humani iuris oblitus fuiſſet, in Flandriam irruptionem fecit; eamque vniuerſam victoriis peragrando, aut vi aut metu in ditionem redegit. Filius erat Balduino adhuc impubis necdum militiæ aut imperio maturus. Is & paternæ necis & belli à Patruo ſibi illati

prius

Honeſta (ità me Deus) ac digna viro militari oratio.

Surdo canitur.

Igitur à verbis ad arma & manus.

Balduinus inconſultæ in fratrem pugnacitatis dat pænas.

Robertus Victoriâ vſus, in Flandriam Balduini fratris deceſſu vacuam impetum facit.

Eamque Arnulfo ipſius filio adhuc impuberi, nepoti ſuo, per vim extortam vſu facit ſuam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

prius quàm indicti atroci nuntio attonitus ad Philippum Francorum regem confugit, iniurias Roberti & paterni Principatûs amiſſionem conquerens. Rex & rei indignitate, & ob beneficia meritaq. in ſe Balduini patris ad vindictam auidius quàm cautius exarſit: & contemtâ hoſtium paucitate, cum numeroſâ quidem ſed tumultuariâ militum manu irrupit in Flandriam. Robertus, quantò exercitûs robore inferior, tantò ad omnia circumſpectior; non auſus ſui periculum facere, ſimulato de induſtriâ metu, vt retrocedendo perduceret incautum in loca furtis belli peridonea, paratâ atque intentâ acie frequente, ſelectorum militum manum in inſidiis collocat. Quæ ſimulatque ſatis ex ſententiâ inſtruxit; dum veluti cedentem hoſtis inſequitur, ecce de improuiſo ſe cum exercitu oſtendit; tanto impetu in aduerſam ſe intulit hoſtium phalangem, vt plerique proiectis clypeis ab inermibus pedibus ſalutem quæſiuerint ſibi, haud prius ſanè conſiſtere auſi quàm inſequendi finem noſtri feciſſent. Hæc ferè ſunt quæ ab aliis diuerſa ſcribit Schafnaburgenſis; in quibus tamen multa abſque fraude vllâ Hiſtoriæ Flandricæ ſimul ac noſtratis vera eſſe poſſunt; quæ aut neglecta, aut parum intellecta à noſtris. Nam quod illi victos profligatoſque à Roberto Friſios dicunt, parum intelligunt totam hanc regionem vnius

Qui patrio Principatu à Patruo exutus Philippi Francorum Regis auxilium implorat impetratque.

Regiæ copiæ vincuntur.

Friſiæ

Friſiæ nomine cenſam fuiſſe etiam hoc tempore; præſertim apud exteros; quibus diſtinctio illa gentium populorumque minus innotuerat. Quapropter potius eſt vt credamus, Robertum Friſij cognomen non à Tranſrhenanis tantum Friſiis, ſed ab vniuerſâ Hollandiâ in Dotem acceptâ, an edomitâ conſequutum.

Hollandia Friſiæ nomine cenſa antiquitus, præſertim apud exteros; quemadmodum etiamnum hodie vſus obtinuit, vt communi Flandrorum nomine omnes Belgici generis Prouinciæ cõprehendantur. Quæ res iam anteà â nobis aliquoties haud tralaticiè explicata.

DIEDERICVS HVIVS NOMINIS V. HOLLANDIAE COMES.

Huius Principis vita ac res geſtæ (quoniam intactas eas reliquerat Filius) inſertæ à nobis hoc loco.

OCCISO (vti diximus) GODEFRIDO DVCE, paterni Principatûs poſſeſſionem armis repetere DIEDERICO vacuum fuit. Sed expugnanda etiamdum ISELMONDANAE Arcis munitio reſtabat: à GVILLELMO XXI. Vltraiectinæ Eccleſiæ EPISCOPO * inchoata primitùs, à CONRARDO ſucceſſore eius poſteà conſummata. Eam proinde iam adultus, ac ſuper proprias Clientelas firmiſſimis inſuper *Vitrici ſui auxiliis ſubnixus, recens è Flandriâ redux obſidere aggreditur. Cui properè CONRARDVS cum haud ſpernendâ occurrens manu, laborantibus ſuis ſuppetias laturus, ſe ſuaſque omnes pariter ac ſuorum ſpes corrupit, meliore copiarum Epiſcopalium parte interfectâ: atque in his partim Eccleſiaſtici, partim Equeſtris Ordinis plærique è primariâ Nobilitate deſiderati.

Diedericus v. poſt quinquennale Flãdrici ſoli exſilium, in Hollandiam redux poſtliminiò Roberti Friſij Vitrici ſui opibus adiutus & Patriæ pariter & Principatûs ſui compos efficitur.

**Eo ipſo, quo obiit anno.*

Roberti Friſii.

Conrardus, XXII. Vltraiect. Cathedæ Epiſcopus, prælio ſuperatus, in Arcem Iſelmondã fugâ ſe recipit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

rati. Quâ in claſſe nominatim à BEKA recenſitos legimus, Gerlacum Comitem, Lambertum Dauantrienſem Archidiaconum, Wolmarum S. Bonifacij Presbyterum, Equites denique Ghiſelbracum & Wereboldum. Victo CONRARDO perfugium Iſelmonda fuit, ingenio loci, tum Epiſcopalibus præſidiis validè munita. Inerat ſiquidem telorum armorumq́ue vis ingens, & prouiſi anteà commeatus: diſpoſitique turritim circum promuralia balliſtarij haud parum incommodi obſeſſoribus exhibituri videbantur, niſi Hollandi Zelandiq́ue per crebros immò continuos Magenarum ictus ipſa propugnacula Caſtri conuulſa labefactaſſent, quùm Flandri interim auxiliares fundis eminus ac ſagittis rem gerentes de ſummis murorum pinnis propugnatores deturbarent. Nihil tamen æquè ac DIEDERICI victoris, & quidem offenſi infenſiq́ue, præſentia Antiſtitis animum concuſſit: languentibus paſſim ferè Prouincialium ſtudiis: ipſiſq́ue iam Præſidiariis, ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, haud obſcurè ad Pacem inclinantibus. Miſſi proinde qui dederent munitionem, & deditio accepta, hiſce Legibus, vt CONRARDVS Epiſcopus omni Iuri ſuo quod in FRISIOS ſiue Occiduos, ſiue etiam Orientales hactenus ſibi VLTRAIECTINA Eccleſia arrogaſſet, cum ſuo tum Poſteritatis nomine renuntiaret, to-

tumq́ue

Alij, Gerlochum vocãt, eumq́, Gelriæ pariter ac Zutphaniæ Comitem cõcinnant nobis. quibus Florarium etiam temporum in membranâ veteri exaratum aſſentitur.

In quâ idem mox arctiſſimè à Diederico Comite obſeſſus deditionem facere neceſſitate cogitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

cumque illud Actionis genus, ab ADELBOLDO primitus Auo ſuo euentu planè ſimili intentatum, in perpetuum porrò eiuraret: tum quidquid ſiue ipſe, ſiue deceſſor eius GVILLELMVS, ſiue etiam DVX GODEFRIDVS COMITI adhuc impuberi per arma ereptum Pontificij Iuris obtentu VLTRAIECTINIS acquiſiſſent, id omne eidem nunc adulto bonâ fide ſine vllâ porrò exceptione reſtitueretur. Alij (in quibus * IVNIVS noſter) hæc ipſa ſuperſtite etiam tum GODEFRIDO DVCE eueniſſe, credi poſtulant ſibi: ipſumque adeò in re præſenti fuiſſe, quum ad ISELAE Fauces tam infeliciter ab Vltraiectinis pugnaretur; & quidem (vti ipſis commentum placet) nauali non terreſtri prælio. Vt vt eſt, illud extrà controuerſiam, ISELMONDAM Arcem victoris iuſſu igne ac ferro deuaſtatam ſolo tenus procubuiſſe. Quibus ex ſententiâ patratis, cum OTHILDE (FREDERICI SAXONIAE DVCIS filiâ) nuptiarum ſollemnia celebrauit. Exortum intereà nouum ex propinquo bellum, FRISIIS Vlterioribus Tributa pariter atque imperata abnuentibus. aduerſus quos hiemante anni tempore per aquas gelu induratas profectus DIEDERICVS, duorum vno die præliorum victor parendi attulit neceſſitatem. Et in primo quidem bis vicies mille capitum, in altero verò vnum ac ſexaginta millia deſiderata: ac ne mulierum quidem vel * impuberum

* Batauiæ cap. 17. in Delphorum vrbis deſcriptione.

Vide Annales noſtros Metricâ lege conſtrictos lib. VI. pag. 140.

A. MLXXV.

Friſij antiquum obtinentes ab ingenio non diſcedunt.

Siquidem in omnes Friſici generis annum modò XII. ſupergreſſos promiſcuè ſæuitum narrant Annales.

Cæſorum numerus in immenſum auctus.

puberum cædi temperatum. Complura etiam Municipia Pagique incenſi. STAVERA autem balliſtis ac tormentis muralibus validè percuſſa, poſt fortiter ſuſtentatam viginti dierum obſidionem his tandem conditionibus præteritorum veniam impetrauit; vt deditione ſuppliciter factâ, datis prius * obſidibus, certam * pecuniæ ſummam penderet, ac deinceps HOLLANDI victoris imperium agnoſceret. Quæ quidem ego vnius * Exemplaris modò Chirographâ fide ſubnixa, in hanc Actorum congeriem relaturus nunquam fueram, niſi HEDAE nos potiſſimùm auctoritas moueret, eadem ferè, vel his certè non diſſentanea memorantis, cuius curioſæ relationi ſuccidaneum pondus inſuper à diſertiſſimo FRISICARVM rerum explicatore accedit; condigno vtique Patriâ ſuâ HISTORICO, parique tantæ rerum moli ſuſtinendæ VBBONE EMMIO. Hunc in modum ſubiugatis FRISIIS pax compoſita, perpetuæque in poſterum Fidelitatis obſequium COMITIBVS noſtris ſollemni Sacramenti pactione interpoſitâ delatum firmatumque. Quam quidem pacem vtriuſque tam Hollandorum quam Friſicæ gentis rationibus opportuniſſimam, fatalis neſcio quæ ex tranſuerſo incurrens ECBERTI * Marchionis aduerſus * Imperatorem ſuum rebellio interrupit, vel abrupit potius: qui ſubitâ irruptione in FRISIAM Orienta-

Stauera, ſiue *Stauria* Friſonũ Orientalium Metropolis à Diederico Comite oppugnata, poſt trium hebdomadarum obſidionem Diederico ſe dedit; conceditque in Leges victoris Friſiorum populus, imperata porrò facere, ſeque Comiti noſtro ipſiuſque ſucceſſoribus dicto audientem fore in poſterum pollicitus.

* *Ciuibus* XL.

* 1300. *Coronatorum, vti vulgo Chronologi noſtri fabulantur.*

* Ante C & L non amplius annos calamo exarati.

Libro rerum Friſicarum VI. *pag.* 244. *&* 245.

* Henricum IV.

* *Miſnia ac Thuringia, Auguſto ipſi conſanguineus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Orientalem factâ, quidquid agri ac populorum inter FLEVVM & Lauicam amnes iacet, id vniuerſum in ius ac ditioné ſuam (eiuratâ DIEDERICI COMITIS* POTESTATE) partim vi, partim minaciis, vel obſequio traduxit denique. Quibus rebus offenſus IMPERATOR, vt maximè, quòd eundem (tametſi* conſanguineum ſuum) cæteros GERMANIAE PRINCIPES, à GREGORIO VII. Pontifice Iureiurando ſolutos, in CAESARII capitis perniciem concitare intelligeret; ECBERTVM MARCHIONEM, de communi Procerum IMPERII ſententiâ hoſtem publicum declaratum, proſcribi iuſſit: ſimulque agrum illum vniuerſum (quem idem paullò ante COMITI noſtro extortum in FRISIA vlteriore armis occupauerat) Vltraiectino Antiſtiti CONRADO ac ſucceſſoribus poſſidendum eſt dilargitus. Atque ita DIEDERICVS COMES alienæ Damnationis pœnas effugere non potuit; PRINCIPESQVE noſtri in poſterum & damno ſimul & dedecore aucti: rediitque ad ECCLESIAM denuò, & quidem IMPERIALI Auctoritate, controuerſa iampridem illa inter VLTRAIECTINOS HOLLANDOSQVE in FRISIOS Tranſrhenanos Dominatio: cui tamen Iuri necdum etiam toto duodecennio interpoſito, captiuus Cathedræ illius Pontifex (vti ſuperius memoratum) ECCLESIAE ſuæ nomine in totum atque in

* De Poteſtaet van Drieſlant. id quod apud eam gentem ſollemne imperij nomen iam inde ab antiquo.

*Etenim arctiſſimâ cognatione ipſum Cæſarem (vtpote ex eiuſdem patruele Egberto cognomine procreatus) attingebat, de cuius rebus geſtis plura atque compertiora noſſe qui volet, ei verò ego Lamb. Scafnaburgenſem, Conrardum Vrſpergenſem, Crantzium, Hedam, Emmium noſtrum denique conſulendos cenſeo.

Conradus XXII. Vltr. Epiſcopus.

perpetuum ſollemnitus anteà renuntiaue-
rat: Exſtant Proſcriptionis pariter ac Lar-
gitionis AVGVSTAE in CONRARDVM
Epiſcopum ab HENRICO (quem dixi)
Quarto liberaliter collatæ Tabulæ Diplo-
matum: in quibus non OSTERGOAE aut
WESTERGOAE modò, ſed STAVERAE
etiam atque ISLEGOAE COMITATVS A. MLXXX-VIII.
diſertè, hoc eſt, nominatim exprimuntur.
DIEDERICVS verò COMES, poſteaquam
annos quinque ac viginti HOLLANDICIS
rebus præfuiſſet, hominibus exemptus eſt,
EGMONDAEQVE in maiorum ſuorũ con-
ditorio terræ conditus ſepultuſque. de quo
illud præterea peculiare, à GVILLELMO
HEDA primitùs animaduerſum, lubenter
equidem me didiciſſe profiteor; DIEDE-
RICVM hunc primum exſtitiſſe ſcilicet,
qui, repudiatâ antiqui moris ſimplicitate,
Titulum Maioribus ſuis hactenus obſer-
uatum, adiectâ nouiter regionis cui præerat
(HOLLANDIAE inquam) appellatione
auxerit atque ampliauerit. Fidem ſuffraga-
tioni huic noſtræ abundè fecerit DIPLO-
MA ipſius PRINCIPIS, DIEDERICI in-
quam nomen pariter ac ſignum præferens;
cuius ſe Archetypum in ARCHIVIS EG-
MVNDENSIS ABBATIAE coram oculis
vſurpaſſe idem HEDA noſter euidentiſſi-
mè teſtatur. Eius porrò Apographum ex
eiuſdem Commentariis cum curâ & fi-
de tranſcriptum haud abs re fuerit etiam
hîc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

hîc appingere, & quidem verbis conceptiſſimis. Exemplum vide.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis. Ego Theodoricus Dei gratia HOLLANDIENSIVM *Comes,* *reputans mecum incertos caſus humanæ fragilitatis, decreui iuſtis petitionibus aſſenſum præbere, vt Diuinam miſericordiam in illo diſtricto examine placabilem merear habere. Quapropter notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Egmondenſis Eccleſiæ quaſdam Auctoritates Donationum detulit manſuetudini noſtræ, qualiter piiſsimi Comites anteceſſores noſtri ex propriis poſſeſsionibus, & à Regibus iure hæreditario ſuſceptis eandem Eccleſiam Dei conſtruxerunt, ditauerunt, & honorauerant, Theodericus frater Walgeri cum legitima coniuge ſua Geua inprimis ligneam conſtruxit ibi Eccleſiam, inſtituens Sanctimonialium*

Alij, Hollandienſis.

vitam,

vitam, & offerens Deo ad eundem locum in Franlo manſos IX. *In Alcmere duos manſos. In Callinge medietatem totius poſſeßionis, Theodoricus* II. *prædicti filius cum Hildigarda coniuge ſua conſtruxit ex lapidibus magno ſumptu Eccleſiam, remouens inde Sanctimoniales fœminas, & inſtituens Monachicam vitam. Optulit & ipſe ad eundem locum in Scagen* VI *manſos, in Haregon* XI. *manſos & quartam partem manſus, in Wimnen manſum & dimidium, & ab eodem manſu vſque in Heram omnem terram cultam & incultam & in agris & paſcuis, Eccleſiam Heylgalo, in Alcmare omne theloneum, in eodem manſus duos & dimidium, in Limbam manſus* VII *& dimidium, & Smitan manſus duos, in Bathem manſus tres, in Ordebolla manſus duos, in Thoſe manſum vnum, in Obbingem manſum vnum, in Hemſtede manſum vnum, in Velzen* VI *manſus,*

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

& altare eiuſdem Eccleſiæ à nona vſque ad nonam in feſtiuitate Sanctæ Agathæ, Iuxta flumen Bameſtram manſum vnum, inter riuulũ Sculingheke & Hureſtede manſus quatuor vna cum piſcatione, in Forenholte Eccleſiam cum Decimatione; in Saxnem Eccleſiam cum Decimatione. Ornata ergo bonis moribus vxor prædicti Comitis Hildigarda venerabilis obtulit & ipſa Deo Sanctoq; Adelberto Tabulam Altaris fabricatam auro claro gemmiſq; pretioſis, Textum Euangeliorum etiam auro gemmiſq; decoratum; Hiſtoriam, id eſt, Medicinalem librum. Ecbertus nominati Comitis filius Dei gratia Treuiricæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, honorauit eundem locum Egmondenſem offerens Deo Sanctoq; Adelberto Crucem auream, Caſulam pretioſam, Stolam pulcerrimã, Cingulum auro intextum. Dalmaticam, ſubtilẽ, Miſſalẽ, Capitulare, Hiſtoriam,

VetusNouumq́ꝫ Teſtamentum continentem, multoſq́ꝫ alios libros, Scrineum argenteum plenum reliquiis Sanctorum. * *Arnulphus Comes cum condigna vxore ſua Luytgarda obtulit ad prædictum locum in Thoſa manſos duos, in Caſterchem duos manſus & quartam partem vnius; in Velzen tres manſus, & vnum agrum; in Saxnem dimidium manſum; in Forenholte tres manſus; in Norgha manſus V. in Lopſen manſus* IX. *Iuxtà flumen Maerne* * *manſus & quartam partem vnius, in villa Leyden manſum & ſextam partem vnius; in villa Bergan ab occidente Reni poſita tres manſus, Eccleſiam Flardingæ cum Decimatione terræ, inter flumen Matlingæ, & riuulum Turlede, qui vocatur Harga. Theodericus* III. *prædicti Arnulſi filius, cum coniuge ſua Othelhildis obtulit Sancto Adelberto in Rademburch* IIII. *manſus* X. *Libras ſingulis annis ſoluentes, in*

Radem-

* Tertius Hollandiæ Comes, frater Egberti Archiepiſcopi Treuirenſis.

* Numetus deſideratur.

Radемburgherbroeke terram XVI. *vncias ſoluentem; in Suetan terram* XIII. *vncias ſoluentem; in Waldmanne Venna terram* XVI *vncias ſoluentem; in Comitis Frugerſa terram* XVI. *vncias ſoluentem. Sifridus cognomento Sicco, prædicti frater Theoderici dedit S. Adelberto pro anima ſuæ remedio terram ſuper Gheeſt nominatam Northorpe, Smithem, ad Giringelandt, Hildebranſland, Smirdingheland,* V. *fiertelen, Lantoſmade in Ackerſlote* XII *libras, in boues & libras. Florentius* III *Theoderici filius cum bonæ memoriæ vxore ſua Gertrude obtulit ad ſupradictum locum terram in Eſcmundelf.* V *libras & vnciam ſoluentem. In Buſchuſa manſus* XXXII. *In Stervvijc manſus* XXVIII *vncias ſoluentem. Juxta Delf* X *manſus, Ex alia parte Delf* IX *manſus. Huius Florentij filius fui ego* quartus Theodericus, quem humiliter deprecatus eſt prædictus Ab-*

* Errant proinde (quantum eſt) Annales noſtri qui Diederico Tertio

bas Stephanus, vt pro amore Dei & reuerentia S. Adelberti renouarem & confirmarem auctoritate meâ, omnia prædeceſſorum meorum dona ad Egmondenſem Eccleſiam pertinentia, cuius petitioni libenter aſſenſum præbui, & ſummæ Karitatis autoritate confirmaui, vt omnia ſupradicta libertate teneat poſſideatq́; prædicta Eccleſia, & à terra Wimmoroſuetha vſque in Heram, quæ eſt videlicet eiuſdem Eccleſiæ, nullus mortalium audeat placitum habere, ſine Abbatis permiſſione, vel iniuſtè aliquid inde decerpere, homineſq́; eiuſdem Eccleſiæ in toto Comitatu noſtro ſine theloneo eſſe, nullúſque debeat eos opprimere, ſed ſint ſub Abbatis poteſtate, & cum Cauſidico (.i. Aduocato) ſuo placitum habeat ipſe. Quòd ſi aliquis ex eis qui ex parentibus ſuis iuſte pertinet ad prædictum locum, negare & contradicere voluerit: Liceat memorato Abbati, ſuiſq́; ſucceſſoribus cum Aduocato ſuo illum

Quartum porrò iſtum faciunt ſucceſſorem, quum ipſus hîc diſerte profiteatur Florentium ſibi Patrem obtigiſſe, niſi ſi fortaſſe in numero errorem commiſſum ſuſpicemur: atq. hæc ipſa non ad Diedericũ eius Nominis Quartum, ſed verò ad Quintum potius pertinere. Quod ſi admittimus, ſequitur vt Diederici Quarti nomen extra hunc numerum eſſe fateamur, neque Patrui hîc vllam à Nepote habitam rationem: credo, quod cælebs idem ac ſine liberis deceſſerit; tum quòd morte præuentus Eccleſiã Egmondanam (in cuius gratiam Catalogus iſte potiſſimum fuerat inſtitutus) expertem ſuarum Largitionum habuerit: ipſiuſque porrò in locum Florentius iſte huius Diederici noſtri Pater legitimè fuerit ſuffectus. Idq́ue ità eſſe ex vxoris eiuſdem nomine hîc diſertè expreſſo perſpicuè planum, quæ Gertrudis vocitata; huiuſdem Diederici qui in ordine Comitum non Quartus, ſed Quintus eius no-

illum tenere & ad iuſtitiam trahere in cuiuſcumque miniſterio ſit. Similiter faciat de reditibus ſuis, quicumque ſedet ſuper terram prædictæ Eccleſiæ, & non vult ſoluere quod debeat iuſtè, Aduocatus Abbatis intret domum illius, & tantum de rebus accipiat, quantum debet ille, ſine alicuius iudicis contradictione. Si quis verò, quod futurum non credimus, noſtrorum vel extraneorum hanc libertatem Eccleſiæ voluerit infringere, iram Dei & omnium Sanctorum incurrat, & hoc quod nititur nunquam perficere valeat, ſed cum Iuda traditore Domini, & Diabolo & Angelis eius in die iudicij, & cum his quorum vermis non morietur & ignis non extinguetur, partem poſſideat. Qui autem hoc noſtrum conſeruauerint præceptum, gloriam & honorem, & benedictionẽ percipiant à Domino, & miſericordiam conſequantur, & gratiam inueniant in auxilio opportuno. Vt autem iſtius

minis recenſetur, haud dubiè Parẽs. Emendandũ itaq. numerum cenſeo. Cæterum ex eo natus error primitùs, quòd (vti dictum prius) Diederici Quarti mẽtio in harum Donationum Tabulis prætermiſſa. vnde hariolati ſunt Exſcriptores Quartum hunc Diedericum eſſe, qui tamen eius nominis Comes exſtiterit Quintus. Et hoc puta vatem dixiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

noſtræ conceßionis autoritas ſtabilis & inconuulſa permaneat omni tempore, hanc chartam conſcribi fecimus, & beneuolentiæ dilectioniſq; noſtræ ſigillo corroborari. Huius rei teſtes ſunt Dominus Abbas Stephanus, Florentius & Ancelmus Presbyteri Laici Adelbertus Heremannus filius Popponis, Enghelbertus Stathaloech, Thraſinc Adalium Caſtellanus, tres germani, Gerbrandus Iſbandus, Guntvvachar, Dodo de Rijſvvijc, Thidaert Thiebald, Thigard Blankart, aliique quamplurimi. Eodem die coram eiſdem teſtibus mutuaui contra S. Adelbertum nouem manſus in Maeſland à Scieple-da (nunc Scipluiden) in Moſam & in Weſterbricam tres manſus à Moſa in Vronemſcale dans cenſum in Alcmera VIII *librarum ſingulis annis. Inſuper precante & adiuuante Othelhildâ vxore meâ dilectißimâ conceßi Abbati Stephano ſuiſq; ſucceſſoribus Iudicariam Poteſtatem,*

ſtatem,

ſtatem, quæ Ambocht vocatur, tenere. Actum eſt hoc publicè in Flardingâ coram populi multitudine. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIII. *Indictione* VI. *Regnante* IV *Henrico,* XX *anno Imperij ſui. Conradi Traiect. Eccleſiæ Epiſcopi Anno Epiſcopatus ſui* VIII. *Domini Stephani Abbatis Anno* XXVI, *ſuſcepti Paſtoralis officij die* VII. *Kal. Aug.*

GODEFRIDVS LOTHARINGVS GIBBER.

CAESIS fugatiſque Roberti copiis, & ipſo propter factionum ſtudia apud Flandros domeſticis bellis illigato; occaſione victoriæ vſus, id omne quod Hollandicæ ditionis erat ſui Iuris fecit Godefridus, à dehoneſtamento corporis cognomine Gibber: vir eâ vtique tempeſtate clari nominis & magnâ virtutum indole, niſi eas omnes ambitio præpediuiſſet. Primordia quæſiti per vim imperij excepit ſtatim tumultus à Friſiis Citerioribus; qui cum ſemper libertatem quàm iuſtos dominos maluiſ-

maluiſſent; tum verò auidiùs multò in externum & inuiſum Principem hoſtilia induerunt. Verùm ille eorum regionem acriter ingreſſus, ingentem vbique terrorem cædemque & fugam fecit, deinde multis mortalibus cum aliâ omnis generis prædâ captis, reuerſus Alcmariæ ſubſtitit. Quæ quidem victoria vt Citeriores Friſios in officio continuit, ita vlterioribus exterritis ne vicinum malum etiam ad ſe ſerperet, ſpem fecit opprimendi Godefridum indulgentiâ fortunæ exultantem. Igitur Alcmariam ferociſſimo conatu per omnes artes machinationeſq. oppugnare adoriuntur. Cæterum cum vno atq. altero impetu capi non poſſet, per duos menſes & amplius circumſeſſa eſt. Godefridus, quum appareret obſidionis diuturnæ morá non toleraturos oppidanos, mittit qui à Gulielmo Epiſcopo Traiectenſi peterēt, vt quàm maturiſſimè perditis prope rebus accurreret, ſeque & vrbem ad vltimum veniſſe diſcrimen. Epiſcopus quicquid Godefrido eueniret tanquam ſibi euenturum conſiderans, cum haud contemnendâ militum manu properè aduolat; Friſios repente magnâ vi aggreditur; alios cædit, alios capit. ad octo millia in acie ceciderunt, captiuorum numerus non traditur. Ita ſolutâ obſidione, & vtrâque Friſiâ in poteſtatem redactâ, vt Principatum alieno ſcelere & periculo partum firmaret Pontifex Traie-

ctinus Arcem ad Iſelmondam erexit, munimentum ſibi ac Godefrido. Sed & Dux ipſe ſtabiliendis rebus ſuis elegit Vrbi locum inter duos pagos Riſuicum & Ouderſcæam vbi nunc Delphi ſunt, Viculus anteà exiguus: metatiſque finibus quantum ſoli ædificiis occupauerat, muro circumdedit; exſtructâ etiam Arce, quæ illi hoſpitij vſum præberet, quoties ab externis bellis vacaret. Intereà Diedericus ferox adoleſcentiâ, & pro ætate capaciſſimus paternæ fortunæ ſuſtulit animum, præter innatos ſpiritus Roberti adhortationibus & Godefridi Ducis inſolentiâ accenſus, vt eiectis inimicis ad gloriam atque amplitudinem Principalis faſtigij ſe erigeret, vtereturque hereditario & paterno iure, quod ſolum illi non abſtuliſſet hoſtilis iniuria. Igitur cum Godefridi morte ſanciendum eſſe imperij ius exiſtimaret, non defuit miniſter, qui Ducem captato tempore in Antwerpienſi vrbe, quo ſe tum forte receperat, quum ad requiſita naturæ ſeceſſiſſet, adacto in poſticam corporis partem ferro grauiter ſauciaret. Famulus, an cliens Diederici is fuerit ambigitur, coquum fuiſſe vult Bertoldus: Etiam de nomine variant autores, Gisbertũ enim noſtri, Richarium vocat Sigebertus. Schafnaburgenſis de hâc totâ re haud paullo probabilius ſcribit, vnum è cuſtodibus corporis Godefridi ſilentio noctis quum extrà domum excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

baret, adacto eum telo vulneraſſe, vt dixi, relictoq́ue in vulnere ferro elapſum præſidio tenebrarum. hoc quoque diſcrepat, quod Robertum doli huius machinatorem facit, & credibile eſt incallidum alioqui & facilem iuuentâ Diedericum Roberti artibus vſum. Noſtri auctorem necis eum videri voluerunt, cuius imperium per vim poſſidebat, & ad quem cædis præmia redibant.

FLORENTIVS EIVS NOMINIS SECVNDVS, HOLLANDIAE *Comes* VIII.

DIEDERICVM ſequutus eſt Florentius filius, ab Obeſitate corporis cognomento Pinguis, multis naturæ blandimentis, adhæc fide, humanitate, munificentiâ commendatus. Staturâ erat eminenti, corpore amplo, ſpecie eximiâ, vultu maieſtate augusto: pietatis iuſtitiæq́ue vnicus cultor, Ciuium potius quâm ſuam rem agere, & omnium, tenuiorum præſertim, curam patrociniumq́ue ſuſcipere: deniq́ue prodeſſe cunctis, obeſſe nemini. Quibus artibus, quamuis vixdum pubertatis limen ingreſſus, hominum ſtudia in nouo Principatu facilè allexit, effecitq́ue vt minimum in ſe momentum ad gratiam conciliandam eſſet patris virtus. Accedebat, quod ſplendore vitæ opibuſq́ue & ludo- M. XCI.

rum

rum cunctarumque rerum ſumtuoſo apparatu, omnium qui ante eum fuiſſent Principum clariſſimus haberetur. Sed nihil laudabile magis atque præclarum, quam quòd illi per omne vitæ ſuæ tempus non minor pacis quàm imperij tutela, conciliatis omnium finitimorum animis, quos ab antiquo familiæ ſuæ infeſtiſſimos ſocietate ac fœderibus ſibi adiunxerat. Itaque nec turbatum quidquam eſt à Traiectinis; neque Friſij, quamquam aliàs obſequij impatientes pacem exuêre; vt facile appareat quanti facienda ſint mendacia recentiorum, qui de Friſiorum inſidiis cladibuſque hoc loco narrant, quæ ad Florentium huius nepotem referenda ſunt. perpetua enim hoc imperante & foris pax & domi tranquillitas, vt teſtantur vetuſtiſſimi quique, niſi quòd apparatus magis belli quam
CIↃ CIIX. bellum fuit contrà Flandriæ Comitem, quod noſtris Annalibus omiſſum breuiter tangitur à Meiero. Cum Henrico enim Cæſare Hollandi Hannoneſque communi animo conſilioque iunxerant copias, res à Flandro repetitum ituri, Hannones Menapiſcum ac Duacum, noſtri Zelandicas Inſulas. ſed oppreſſi virtute prudentiaq́. Roberti, qui tum Flandriæ imperabat, omiſerunt mota arma, & Cæſar in gloriâ expeditione perfunctus ad ſuos rediit. Moguntiaci inde ſimulata magis quam compoſita pax; ſiquidem Cæſar, quum omnia Ro-

berti eſſent, pro munere habebat, quid-
quid relinquebatur; Vnde credibile non
ſolùm Duacum retentum à Flandro, ſed
& Zelandicas inſulas. Sequente anno in- CIↃ CIX.
gentium bellorum cladem æquauit fru-
gum atque arborum calamitas & tabes,
quæ ſideratione aut vredine tactæ morie-
bantur aut areſcebant. Sed & corpora cum
profluuio ventris occultus quidam lan-
guor inuaſit, ſiccitatum vapore corrupto
cæli tractu, vnde perniciosâ contage vul-
gante morbos multi mortales exſtincti
ſunt. Anno eiuſdem ſæculi vigeſimoſecun-
do Florentius quum annos triginta vnum CIↃ CXX.
rebus Hollandicis præfuiſſet, in ipſo iuuen-
tutis robore exſtinctus eſt. cuius liberis ad-
huc impubibus Petronella vidua, ſecundâ
Procerum voluntate, Tutorio nomine præ-
ficitur, Comitatûs ſibi crediti regimen
ſtrennuè ac ſuprà ſexum adminiſtrans.

DOVSA

DOVSA PATER
LECTORI.

ECCE *tibi à Primo* DIDERICO
ad tempora Sexti,
Per duo deductum Sæcula (Lector) opus.
Hactenus Auſpiciis patriis ab origine primâ
Cæperat ANNALES *texere* DOVSA *ſuos.*
Cætera præuentus Fato imperfecta reliquit,
Neſcio cûi gnauâ perficiunda manu.
At cui tantum animi eſt, vltrò hûic ego Lampada tradam,
HISTORICVS *dum ſit: nil mihi cum Tragorâ.*

INDEX

Annalium.

A.

ABOTRITI Francis Fœderati 90, eorum virtus ac fides. 91
Adelberti Fanum à Normannis exuſtum. 381
Adelboldi ad milites oratio. 491
Adminius, Genobellini Batauorum Regis filius. 91
Aetij pro Rom. imperij incolumitate ſollicitudo. 56
Aggeres moliri antiquiſſimi inuenti res. 267
Aggerum propugnaculis Batauiam etiam olim communitam. 254
Aimoni Hiſtorici fides & auctoritas. 89, 100
Aimonus Ludouico Pio coætaneus 114 eiuſdem cum Imp. familiaritas. 114
Alcmaria à Friſiis citerioribus oppugnatur. 495
Alemannorum in Gallicam ripam frequentes irruptiones. 240
Allectus ab Aſclepiodoro circumuentus punitur. 34
Allectus Caranſium Diademate & vita exuit. 34
Allectus contra Caranſium à Senatu miſſus. 34
Albredi Britannorũ regis in regnũm ſuum reſtitutio. 359
Amiſtrachiæ & Auſtrachiæ veteris Friſiæ inſularum ſitus. 96
Amiſtrachia hodiæ Amelandia. 97
Annalium patriæ noſtræ fabuloſitas. 112
Aquilæ bicipitis inſignia quando primum nata. 241
Aquitani iugum regis ſui excutiunt. 142
Armamentarium à Seuero exſtructum. 26
Arnulphi Imp. diploma. 370
Arnulphus ad fratrem Egbertũ mittitur à patre Archiepiſcopum deſignatum. 401
Arnulphus Carlomanni filius patruo curator ac ſucceſſor datus 343 ad paganos debellandos accingitur. 346, 348.
Arnulphus Diederici filius fit Comes 417 Friſios compeſcit 417, iterum in eos mouet 418, eius precum efficacia 418, in pugna cadit 419, Egmondæ ſepelitur 419, in Diuos refertur. 419
Arnum amnem Arnemudæ oppido nomen præbuiſſe. 299
Arteſiæ Comitatus natalis Hollandico poſterior. 201
Arx ad Iſelmondam. ab Ecberto Epiſcop. Traiect. erecta. 497
Aſcmannedilſum vetus Aſcomannorum colonia. 334
Aſcomanni qui. 334
Auctor veritatis ſtudioſus. 204
Auguſtus Batauos à corporis ſui cuſtodia remouet 16, mox in priſtinum reſtituit. 17

B.

BATAVORVM laus à libertatis ſtudio. 2
Bataui olim inter Cattos qui nunc Heſſi. 2
Batauorum in Cattis ſedes. 3

Ba-

Batauici mores quid à Cattis trahãt. 6
Batauia quãdo Imperii Romani pars facta, aut quomodo. 8
Batavi Socij, fratres, amicique Rom. nominis. 8
Batavi libero imperio habiti ac tributorum expertes. 8
Batavi reges ſuos habent & leges patrias. 9
Batavi auxiliares in bello ciuili Cæſaris. 15
Batauis Centurionatus inſigne honoris & meriti ergò geſtamen viris conceſſum. 15
Batauorum emigratio in inſulam Rheni. 3
Batauorum ditio quibus finibus circumſcripta antiquitus. 4
Batauorum nominis veſtigia. 9
Batauorum auxiliaris virtus in bello aduerſus Britannos. 19
Balduinus Comes beneficio Calui Regis Flandria potitur. 217
Batauia ſaltuoſa ac nemoroſa antiquitus. 39
Batauia Saxoniæ Inferioris titulo cõprehenſa. 244
Batavi Britannicis bellis clari. 25
Batauicæ gentis commendatio. 50
Batavi equites Danubium cum armis tranant. 26
Batavi Lucillianum interficiunt. 43
Batauorum dilectus occaſio rebellandi. 23
Batauorum fides & ſtudiũ erga Principes Rom. 43
Batauorum gentis Elogium. 239
Batauorum octo cohortes in Vitellianas partes tranſgreſſæ. 22
Batauorum pœna ob fugæ factum initium. 45
Bauo Epiſcopum ad arma impellit. 426
Bellum inter Hollandos & Flandros. 422
Bernardi Septimaniæ Ducis excuriationem Principis exauguratio ſequuta. 109
Bernardus Cubiculariorum Principis decurio apud Iuditham gratioſus. 108
Bertolphus Epiſcopus in armis. 324
Beneruicum diuerſam ab hodierna appellationem habuiſſe. 299
Biturigum oppugnatio. 11
Brabantici nominis etymon vnde petendum. 406
Braſſicani vanitas exagitata. 248
Brinio dux, Caninefatum. 23
Britannia decimo quo defecerat anno Romanis reſtituta. 34
Britenburgus arx Rheni. 164
Britonum equitum habilitas 148 eorum victoria 148 cum ſpoliis Francorum ad ſuos redeunt. 149
Britonum paganiſmus 147 à rege Francorum defectiones 146. in Caroli regnũ impetum faciunt & cum ſpoliis domum redeunt. 147
Britonum ſtrages 345, eorumdem victoriæ. ibid.
Burdonis fluuij etymologia examinata. 295
Burdo fluuius. 98
Burggrauius Leidenſis 180, fortiter pugnans cadit. 181
Burgi omnes per Rheni agrum à Normannis euerſi. 159
Burgundionum origo. 62

C.

CÆSARIS in Vſipetes expeditio. 10
Caianæ expeditionis ludibrium. 18
Caligulæ contra Germaniam ac Britanniam apparatus. 18
Caligula purgum in Batauo littore extruit in ſignum victoriæ. 19
Calui regis intempeſtiua auaritia. 224
Camdeni opinio refutata. 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Caninefates à Tiberio ſubacti. 16
Carauſij res proſpere in Gallia geſtæ. 33 (34
Carauſius ab Allecto ſocio occiditur.
Carauſius Britanniæ imperium inuadit. 34
Carauſius cõſilio ac manu promtus. 33
Carauſius principi ſuſpectus. 34
Carioraldæ Batauorum ducis fortitudo. 17
Caroli Calui immoderata ambitio 141, in Burgundiæ poſſeſſionem magna hæredum iniuria erupit 141 fuga ſibi conſulit 144. in regnum ſuum regreditur. 145. ad Britonas vlciſcendos accingitur 147. furtiua eiuſdem fuga 149 bellum aduerſus Britonas reparat 150. Lotharij nepotis ſui Principatum occupat 152. eiuſdem immodeſtia & arrogantia 153. eiuſdem in rebus aduerſis demiſſio 153 de eodẽ Narrationum futilitas 172. Comitia Regni procerum ab eodem Bladellæ habita 176, eiuſdem diploma 178. ſæuitiæ obnoxius. 185
Caroli Magni auctoritate Normanni coerciti. 72
Cum Danis pacem init. 75
Caroli Magni in propagando Chriſtianiſmo Zelus. 85
Carolo Craſſo nouæ turbæ 335 eidem imperium abrogatum. 343
Carolomannus Rex ad arbitrium victorum ingenti pretio direptionem hoſtilem redimere coactus. 328
Carolus ſimplex parum à ſuis reueritus. 212. Haganoni obnoxius. 213
Cattorum nominis claritudo. 8
Cattorum nominis veſtigia in Batauia & Zelandia. 4
De Cattorum emigratione refutatus quorundam error. 6
Cauchi inferiorem Germaniam incurſant. 20
Cauchi à Corbulone repreſſi. 20
Cerealis Batauiam intrat 257. Batauos ad pacem inuitat. 257
Charietto aduerſus Germanos milites educit. 44
Chariettonis mors. 44
Chariettonis ſollertia in coercendis Quadis. 41
Charietto rapto viuere aſſuetus. 40
Chochilaichi Danorum regis hoſtilis in Auſtraſiæ littus exſcenſio. 53
Chochilaichi Regis ac Danorum clades. 54
Chriſtianæ religionis per Daniam Sueciamque propagatio. 84
Chriſtianorum aduerſus Paganos victoriæ. 352
Chriſtianorum ſtrages immenſa 320 322, 347. miſeranda clades 324.
Carolus Craſſus Aug. in Normannos proficiſcitur 324. Francorum regno inauguratur. 328
Chronologorum inter ſe diſſenſio. 153
Ciſli fluminis examinatio. 295
Ciuilis aggerẽ Druſi auſpiciis factum demolitur. 256
Claud. Ciuilis regia Battauorum ſtirpe editus. 9
Claud. Ciuilis Batauos impellit ad arma. 23
Claud. Ciuilis callidè Veſpaſiano iurat. 23
Claud. Ciuilis captiuitas ſub Nerone, abſolutio ſub Galba. 22
Claudius Ciuilis opera Fabij Valentis periculo exemptus. 22
Claud. Ciuilis victoria. 23
Colles arenarios iam olim littoris noſtri poſſeſſores fuiſſe. 277
Cometes ſtella. 114
Conſtantij Cæſaris clementia. 36
Conrardus Vltraiect. Epiſcopus Diederico. V. occurrit 481. ſpes ſuas corrumpit ibid. Epiſcopaliũ copiarum parte meliore interfecta. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Corbulo à Claudio reuocatur. 20
Corbulonis foſſa. 20
Crantzij curioſa induſtria. 70

D.

DANI inter auxiliares Engiſti copias nomen ſuum profeſſi. 69
Dani ſub Iutarum perſona occultati. 70
Danorum ab indomita animi firmitudine elogium. 352
Danorum in Gallias eruptio. 55
Danorum latrocinia in Batauia. 244
Danorum regis in auxiliis repræſentandis aduerſus Romanos promtitudo. 59
Denemarca intra Hollãdiæ pomæria. 330
Denmarken in qua Hollandiæ parte ſita. 335
Diederici à bellicis & politicis virtutib. cõmendatio 377. Norman. ſtrenue profligat 378 de emortuali die eiuſdẽ 382, ſuper eiuſdẽ cõiugio noua quæſtio. 382
Diederici Hollandiæ Comitis commentitium ſtemma, ætas 176. Eiuſdem expeditiones contra Saracenos. 176
Diederici nominis vera etymologia. 387
Diederici II. in defuncti patris locũ ſucceſſio 392. Friſiorũ rebellio ab eodem ſeuere caſtigata 392. intereſt bello Hũnico 393. ac mox haſtiludio quod primum in Germania 394. Eiuſdem de Friſiis Occidẽtalibus victoriæ 395 reditus in gratiam 396, eiuſdem in Cleruam effuſa liberalitas 399, eius obitus, vxor. 412
Diedericus Comes Arnulpho patri ſuccedit 420. de eius ætate quæſitũ 420, oratio eius ad milites. 421 Diedericus liberalitate Simplicis Hollandia potitur. 217
Diedericus primus Hollãdiæ & Weſtfriſiæ Comes 182 in Vlteriores Friſios arma promouet 182 eoſq. debellat 182 ad Carolũ Regem perfugit 183. eius clementia 185. quis is fuerit. 231
Diedericus V. vitrici auxilium experitur 481 patriæ compos & principatus fit. ibid.
Diedericus V. Friſiis tributa abnuẽtibus parendi neceſſitatem affert. 481
Diederici V. mors 486. Sepultura ibid. Godefrido necem parat. 497
Diluuiei immanis deſcriptio. 161
Diploma largitionis Auguſtæ quã Otto III. Comiti noſtro gratificatus. 412
Docti viri hallucinatio. 69
Doreſtãdi Ciuitatis direptio. 115
Druſus Lamptius caſtella per vtramque Rheni ripam ordinauit. 255
Druſi in Germaniam expeditio. 15
Druſus Sicãbros ac Friſios perdomuit. 15
Druſus aggerem coercendo Rheno inchoat. 16
Ducales tituli quando primum orti. 212
Ducis vnius imperio XII. Comites ſubeſſe. 218

E.

EBERHARDVS Saxo captiuus. 321 Editionis huius noſtræ ſcopus. 224
Ecberti Marchionis rebellio 484. Diedericum Comitem eiurat. ibid. proſcribitur. ibid.
Egberti in Treuirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum introductio. 400
Egdora flu. Francici ac Danici Regnorum limitis diſcriminator. 75
Eginhartus Walchriæ Zelandicæ inſulæ Comes. 219
Egmundanæ Abbatiæ incunabula. 382
Egmundenſe Cænobium à Diederico lapideum factum 398 in Virginum locum ibidem, Monachorum ordo ſuccedit. 399
Egmundi nominis ex ipſa re deriuata originatio. 380
Epiſcoporum veterum integritas. 422
Epiſcopus Traiectenſis Godefrido ſuccurrit 496. Friſiamque vtranque ſubigit. ibid.

F.

FÆDERIS conditiones inter Imp. ac Normannos eorumque reges. 326
Falkenburgi Toparcha 180 fortiter pug-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

pugnans cadit. 181
Familiarum nobiliũ appellationes à locorum nominib. deductæ priſcis temporib. inuſitatæ. 207
Ferguſius Rex Scotorum in direptione vrbis Romæ ſocius atque auxiliaris Gothorum Regi. 64
Feudorum vſus quando primũ in Gallia & Germania cæperit. 213,214
Flandriæ Comitatus magnitudo. 217
Flardingæ à fluuio cognomine vocabulum impoſitum. 285
Flardingæ Marchionatus 282 eiuſdem vrbis Metropolitana dignitas. 284
Florentij eius nominis Secundi graphica cũ animi tũ corporis deſcriptio 499. Ducis ſtudioſus. ibid. eius obitus. 500
Flethi fluuij redintegrata nomenclatura ex vetuſtis Friſiorũ legibus 289. eiuſdem ſitus. 291
Fortrapa vbi olim ſita. 223
Franciæ Rex regni ſui direptionẽ à Normannis auro redimit. 313
Francia Principes prima dedit Batauiæ. 28
Franci Batauiam denuo occupant. 37
Franci Batauiã iterato Marte repetũt. 36
Franci Batauis Friſiiſq. contermini. 27
Franci Gallia pelluntur. 30
Franci Græciæ Aſiæque littora depopulantur. 33
Franci in Africam hoſtiliter appellũt. 33
Franci in caſtris ſuis cæduntur. 149
Franci XL. vrbes ad Rhenũ ſitas capiũt. 38
Franci quando primum innotuerint. 28
Franci Syracuſas expugnant. 33
Francorum clades memorabilis. 35
Francorum cõuentus ad Sequanam. 340
Francorum fælix temeritas. 32
Francorum ferocia. 36
Francorum infinitæ copiæ ad Argentoratum deletæ. 38
Francorum in Galliam, Hiſpaniam, Africamque irruptiones. 29
Francorum pietas. 28
Francorum reges beſtiis obiecti. 37
Francorum ſtrages. 37, 148
Francos olim aggerum ſtruendorum ſcientiam habuiſſe. 262
Friſiæ facies Reginonis ſæculo. 337
Friſicæ gentis meritiſſimũ encomium. 91
Friſij contra Diedericum rebellant. 183
Friſij in Normannis à ſe depellendis Normanno duce vſi. 317
Friſij à Corbulone comprenſi. 10
Friſij imperata & tributa abnuunt 483 parere coguntur à Diedetico v. ibid.
Friſii duobus à Diederico v. prælijs ſubiguntur. 483
Friſiorũ expeditiones in Slauos & Hungaros duce Carolo Magno. 89
Friſiorum miſera ſub Godefrido Normannorum rege conditio. 341
Friſij Citeriores in Godefridum Gibberem inſurgunt. 495
Friſij Citeriores Alcmariam oppugnant. ibid.
Friſonibus ius hæreditariũ reſtitutũ. 88
Frugum atque arborum calamitas & tabes mira. 500

G.

GALBA cohortem Batauorum, qui Cæſari ad cuſtodiam addi ſoliti, diſſoluit. 21, 208
Galliarum limites à Rhetorum finibus per Rheni ripas Romanorum præſidiis firmati. 256
Gallieni ſocordia. 29
Gallienus fædus cum quodam Germanicæ gentis principe coactus facit. 29
Gallienus Rheni ripæ præpoſitus. 29
Gallorum inconſtantia. 25
Gamnaſcus ſuorum inſidiis ſublatus. 20
Genaldus Normannus extorris 124 ad Ludouicum ſe confert 125. Paganiſmum exuit 125 perfidiæ ſuſpectus capite pœnas luit. 125
Gerardi Ducis in re Chriſtiana propugnanda ſtrenuitas. 309
Germanicarum originum theſaurus. 366
Germanici belli initium moti à Batauis duce Claud. Ciuili. 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Germaniæ vtriuſque locorum aliquot propriæ appellationes. 3
Germanorum auxilia Cæſari ad victoriam magnum momentum. 12
Germanorum virtute bella Gallica potiſſimum confecta à Cæſare. 12
Germanorũ præliũ cõtra Bellouaios. 13
Germanorum equitatus Nilum nando tranſmittit. 14
Germanici in Germaniam expeditio. 17
Germanis Pharſaliæ pugnæ victoria potiſſimum debita. 13
Gerolphi & Gardolphi Friſiæ Comitum legatio ad Craſſum Imp. 336
Gerolphus Friſiæ Comes Walgeri Comitis & Diederici parens. 572
Gerolphus pro patria cadens. 160
Godefridi regis ac Normannorum in Batua cædes. 339
Godefridi regis liberorũ cum Harioldo de regni ſucceſſione lis. 108
Godefridus Normãnorum Rex 73. eius victoriæ. 74
Godefridus rex Chriſtianis ſacris initiatur. 327
Godefridus Gibber expulſis Roberti copiis Hollandiam ſui iuris facit. 495
Godefridus Gibber obſidionis Alcmar. moræ impatiens auxilium Epiſcopum Traiectenſem poſtulat 496. vrbi Delphẽſi locũ deſignat 497. Delphos muro cingit. ibid. Antuerpiæ nouo modo ex inſidiis interficitur. ibid. variæ de mortis authore ſententiæ. ibid.
Gothi ex Scythia in Britanniã nauibus tranſgreſſi Ro. Principum accitu. 62
Gothi iidem cum Vandalis. 62
Grandinis ſpecies admirabilis. 325
Gudures Normannorum rex cum patruo ſuo Horico concurrit. 133
Guillibrodus primus Vltraiectinæ Eccleſiæ præſul & Egmundani templi inaugurator. 379

H.

HAGNO Diederici auunculus. 177
Hamburgi caſtelli vaſtatio. 122
Hannoniæ Comitatus Natalis Hollandico poſterior. 201
Hannones Hollandique cum Henrico copias iungunt 500. Hannones Menapiſcum ac Duatum repetitum eunt ibid. à Roberto oppreſſi. ibid.
Haraldus virtute Saxonum in Regnum reſtituitur. 84
Harioldus ab Godefridi Regis liberis regno pulſus Imperatori fit ſupplex. 82
Haſtingus Gallus dux Normannorũ. 311
Heiloæ nominis ethymologia. 380
Heimingi Regis obitus. 80
Heim quid patrio ſermone ſignificet. 86, 388
Heimradiorum interpretatio. 86
Henricus Auceps veteris Imperij gloriæ reſtituitur. 365
Henrici imperatoris prudens conſilium. 393
Henrici nominis originatio. 398
Henricus dux ab Auguſto contra Normannos miſſus cadit. 342
Henricus Dux Normannos coercet. 329
Heriſpeus Rex Britonum 151. à ſuis trucidatur. 151
Hiero Presbyter Martirj palmam adeptus. 159
Hildegardæ proſapia quæſita. 408
Hiſtoriæ noſtræ propoſitum. 153
Hóllandia cõmuni Auſtraſiæ ſiue Franciæ Orientalis nomine antiquitus comprehenſa. 87
Hollandia Friſiæ nomine cenſa antiquitus. 48
Hollandiæ Comitatus à Flandrico ſecundus. 201
Hollandiæ Comitatus magnitudo. 217
Hollandia & Zelandia Normannorum colonia in ius ac nomen eorum tranſeunt. 67
Hollandiæ veteris ſitus ac facies inexplicabilis. 155
Hollandi aggerum muniendorum cauſſà in Flandris diluuie laborantib. in auxilium aduocati. 263

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Hollandia olim Danorum ac Normannorum colonia. 331
Hollandi nominis etymon. 240
Hollandi Principes nudo Comitum nomine contenti erant. 240
Hordeonius per ſeditionem à ſuis interficitur. 24
Horicus Normanus proditionis inſimulatus falſo. 122 ad Ludouicũ Regem cõfugit cuſtodia elapſus 122. Doreſtadum occupat 123. Lothario reconciliatur 123. fiduciarius cliens eiuſdem fit 123 cum nepote ſuo concurrit. 133
Hugo Abbas fratri ſuccedit. 312
Hugo Godefridi Regis affinis moritur. 340
Hungarorum noti motus 363 eorundem cruenta pugna cum Ludouico Auguſto 363. in Friſiam vſque penetrant 364. Cameracum obſident. 364
Hungerus Epiſcopus Traiectenſis fuga clam dilabitur. 158

I.

IMPERATORES Romani quando primum Auguſti dicti. 212
Inſcriptio vetus. 27
Iſelmondanam arcem Diedericus aggreditur. 481
Iſelmondana arx ſolo æquatur ferro ac igni deuaſtata. 483
Inſubres in Longobardorum nomen tranſeunt. 332
Inundationum cauſſæ. 98
Iuliani Imp. prudens conſilium. 39
Iuliani mors. 43
Iuliani ſtrategema. 40
Iulianus in Gallia, Auguſtus à militibus ſalutatur. 43
Iulij Cæſaris bellum cum Germanis. 10
Iuditha Auguſta in ſacrarum virginum clauſtra relegata. 109

K.

KINHEIMVM in Comitatum tributum. 219

L.

LANGVOR corporum cum ventris profluuio ingens, ſub Florent. eius nom. II. 500
Latrocinij honeſta ratio. 41
Leuij Galli verſipelle conſilium. 34
Limitis præfecti qui. 215
Lothariani regni termini. 194
Lotharij Aug. erga Chriſtianos hoſpitalitas. 158
Lotharius Imp. ad paganiſmum conuerſus. 118
Ludouici Aug. erga reges externos benignitas. 83
Ludouici filij ſummam rerum ad ſe trahunt 109. eorundẽ triumuiratus. 109
Ludouici Germaniarũ regis laudatio. 313
Ludouici in ſeditionis auctores animaduerſio. 120
Ludouici Pij Aug. vigilantia. 85. 101
Ludouici Regis diploma 226 quis is fuerit. 230
Ludouici II Regis ductu Normannorum 5000 ad Scaldim cæſa. 320
Ludouici Regis moderatio. 152
Ludouicus Imperator & Danorum Reges pacem ineunt. 81
Ludouicus Imp. in Cænobium detruſus, 109 eiuſdem miſerabilis epiſtola 110 eiuſdem ſollicitudo pro Prouincialibus 113 eiuſdem obitus 116 liberorum eius de regno controuerſia 116, armis terminata ad Fontoniacum. 116
Ludouicus Lothario patri in imperio ſuccedit. 140
Ludouicus Pius Saxonibus in patriam redeũdi poteſtatem facit 87 elogium de eo ac iudicium. 101
Ludouicus rex in regnum Caroli cum exercitu proficiſcitur. 144
Ludouicus rex, Normannorum furori obuiam it 321 cum Craſſo Cæſare pacem init. 326
Ludouicus rex, Stellingarum factionem comprimit. 119
Lupicinus armorum magiſter. 42

M.

MANDIKA viculus Flandriæ. 268
Marchionum incuria taxata. 110
Martelli altera in Friſios expeditio. 99
Martelli de Chilperico & Raganfredo victoria. 95
Martelli rerum geſtarum ſynopſis. 100
Martellus in Friſios impetum facit. 95
Mattiaci priſci vbi collocandi. 5
Maximianus Francos ad deditionem compellit. 36
Medemelacæ à fluuio nomen impoſitum. 286
Medemelacæ noua de Regia Radbodi ſede mota controuerſia. 287
Menapia Hiberniæ. 33
Moguntini Epiſcopi cædes. 347
Montanus ad Ciuilē pro pace miſſus. 24
Moſalandia in Comitatum tributū. 219
Moſawalia. 4
Municipum noſtrorum hallucinationes in patria hiſtoria. 155

N.

NANNII hallucinatio detecta. 280
Neuſtriæ nomē à Normannis mutatum. 245
Nix cruenta. 168
Nomina in Rix & Ricus quid denotent. 385
Nordouico vnde nomen. 271
Normanniæ Ducum ſtemma. 362
Normanni ducis ad manipulares ſuos oratio. 317
Normanni in Galliam ac Britanniam erumpunt. 67
Normanni maritimo imperio limites prolatant. 72
Normanni victoria inclementer vſi. 74
Normanni vicum Aquitanicum vaſtant. 107 ruptores fœderum 110. Gallias iterum ſollicitant 112. Batauodurum, Andwerpiam, & Witham ciuitates diripiunt 112 Friſij eorum tributarij facti 113, 115. Walchria iiſdem vectigalis facta 115. Friſios denuo infeſtant 116. Coloniam obſident 116. Hamburgū exſcindunt 116, in Franciæ mediterranea graſſantur 121. eorundem de Carolo rege victoria 121 à Friſiis ſuperati: 221. Doreſtatum tertium exſcindunt 122. Rheni fl. portubus prohibiti 123, in Franciam Orientalem impetum faciunt 124 rurſum Friſiam incurſant 125, ac deinde Galliam 125 Britones in ſocietatem aſſumunt 125. Nannetes improuiſo inuadunt 126, cum magna oppidanorum ſtrage 126. Andegauēſium & Turonenſis oppidi eadem fortuna 126. Pariſienſes ab iiſdem obſeſſi ibid. Lotharingiā vaſtant 127. Friſios iterum ſubiugant 127. Domum redeunt 132 diſſident inter ſe 134. eorundem in Gallias reuerſio 139. Friſiæ quietem denuo exagitant 157. Batauadurum vaſtant 157. Vltraiectum obſident 157, captam diripiunt 158 Kinheimariam & Nordouicum vaſtant 159. Chriſtianos perſequuntur 169. Nouiomachum capiunt ibid. Epiſcopum trucidant 169. Nomenoij Britonum Regis in Chriſtianos violentia 150. eiuſdem interitus. 150
Normannorum depopulationes 320. Lotharingiam infeſtant 329 Duiſburgum occupant 329. Ad Chriſtianam fidem traducti 332, Neuſtriæ conceſſione ab Imp. Craſſo placantur 342. Pariſiorum vrbem obſident 344. Senonum ciuitatem obſident 344. Trecarum ciuitatem vaſtant ibid. Lutetiam Pariſiorum tertiū obſident. 345
Normannorum excurſio 309 Andegauum ciuitatem capiunt. 314
Normannorū graſſaturæ in Batauia. 244
Normannorum in Britanniam irruptiones. 102
Normannorū in Flandriæ littus exſcenſio. 107
Normannorum latrocinia. 51
Normannorum violentia. 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Normannorum præfracta obſtinatio in rebus afflictiſſimis 102. eorundem rerũ geſtarũ in Britãnia enumeratio. 103
Nortdika vetuſtum in Walachria inſula Monaſterium. 267

O.

OTTONIANÆ foſſæ accurata deſcriptio. 273
Ottonis Ducis in re Chriſtiana propugnanda ſtrenuitas. 309

P.

PAGANORVM in Chriſtianis exagitandis obſtinatio. 309
Paulinus Pompeius abſoluit aggerem à Druſo inchoatum. 16
Pax inter Hollandos Friſioſque. 484
Petilij Cerialis felix temeritas. 25
Petronella vidua Florentij 11. liberis Tutorio nomine præficitur 500. Comitatum ſtrenue adminiſtrat. ibid.
Pliniana Batauicæ Chronographiæ ratio. 275
Poſtumus auxiliatib. Francis adſcitis Rheni limites muniuit. 29
Poſtumus interficitur. 30
Probi præclaræ victoriæ de Germanis. 30
Probi res belli geſtæ contra Logionas, Francos, & Vandalos. 31
Probi res geſtæ circa Rhenum. 30
Probi ſtrategema. 32
Probus captiuos Barbarorum in Britanniam tranſmittit. 31
Probus interficitur. 33
Prodigia anni DCCCLX. 168
Prouinciales ac Socij in prædam dati Barbaris. 57

Q.

QVADI deditionem faciunt. 42
Quadi in ordinem rediguntur. 42
Quadorum latrocinia. 41
Quados Iulianus aggreditur. 40

R.

RABBODI Regis impietas 93 eius victoria de Martello 94 eiuſdem mors. 95
Rabbodus Friſiæ princeps 92, eius vigilantia. 93
Rabbodus non regio ſed ducali tantum titulo inſignitus. 99
Rainulphus Dux in hoſtium inſidias delapſus occumbit. 311
Reineri Snoij abſurda hallucinatio. 451
Rhamis filia Vecomyri in triumphum ducta à Germanico. 9
Rheni flum. nomenclaturæ ex locorum ſitu variatæ. 276
Rheni in Lecam deriuatio. 269
Rhenoburgi Abbatia inſtituta. 398
Rhenus in Lecam deductus. 166
Richardus Regiarum copiarum ductor. 360
Rif noſtratibus quid ſignificet. 98
Ripuarij vbi. 346
Robertus Marchio in hoſtium inſidias delapſus occumbit 311. eiuſdem encomium. 311
Rodulphus à Chriſtianis cæſus vnà cum 800 Normannorum. 317
Rodulphus Normannorum ductor in Orientales Francos arma cõuertit. 316
Rollo Normannorum ductor Regiæ neptis nuptias pactus Neuſtriam accipit in dotem. 245
Rollo Normannorum dux collapſas res Paganorum reſtituit 354, cum Anglorum rege fœdus init 355, Walachria vi potitur 355. in Friſiam vadit perſecuturus Radbodem 357. Friſios vincit 358. Reinerum Ducem perſequitur 358. in Neuſtriam appellit 359. Rothomagum deditione accipit. 459. Pariſios obſidet 359. in Gallias reuertitur 359. Lutetiam denuo oppugnat 360, ad Chriſtianam fidem conuertitur. 361
Romanæ potentiæ declinatio. 239
Romani caſtella Rheno imponunt. 30
Ro. exercitui fame laboranti cælitus miſſus imber frumentum detulit. 31
Ro. Imperij interiores ruinarum cauſſæ. 241

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Romani Imperij perpetua felicitas. 257
Romani verborum in externarum gentium Idiomatib. nouatores liberrimi. 276
Romani vincuntur à Germanis. 45

S.

SALII in fidem Ro. ſe tradunt. 40
Salij in Rom. Legionum ordines adſcripti. 42
Saraceni in Italia. 363
Saxhemo pago vnde nomen. 86
Saxones aggerum ſtruendorũ rationem olim tenuiſſe. 264
Saxones à Normannis in amicitiã recepti. 72
Saxones funduntur. 148
Saxones Quados ad Batauiam occupandam emittunt. 39
Saxones tumultuantur. 119
Saxonibus ius Hæreditarium reſtitutum. 88
Saxonis Grammatici fabuloſitas. 71
Saxonum inter Germanos exiſtimatio præcipua. 39
Sclaui cum Hungaris in Germania. 363
Sclaui Saxonum affines. 119
Sclauorum progenies Sorabi, Windi ſiue Heneti. 365
Scoti Britannia iuſſi decedere. 57
Scoti & Picti cum Noruagienſibus & Danis inſulam Romanis præſidiis vacuam inuadunt. 60
Scoti extorres in patriam reuocantur à Pictis. 58
Scoti in diuerſa terrarum diſperſi. 58
Scotorum agri Pictis ac Britonibus attributi. 58
Scotorum cum Pictis tacita aduerſus Romanos coniuratio. 59
Scotorum in auitas poſſeſſiones reſtitutio. 59
Scotorum in Britanniam primus aduentus. 61
Scotorum origo. 62
Septemtrionalium populorum compluriũ contra Imp. Ro. expeditiones. 64
Septentrionalium populorum virtus. 52
Seuerianus fortiter præliando cadit. 44
Siciliæ acceptio inter Romanos & Gothos Britanniæ conceſſione penſata. 64
Sidij Gebæ fortitudo. 19
Sigefridus Rex Godefridi necis vindex 341 Chriſtianos inquietat. 341
Sincfalæ fluuij redintegrata nomenclatura ex legib. Friſionum 289. eiuſdem ſitus. 290
Slaui ad Chriſti fidem conuerſi. 84
Sluſa Lamminſvliet olim vocata. 264
Sorabi in Francos iniurij 124. eos Ludouicus rex vlciſcitur. 124
Suetonij Paulini de Britannis victoria. 21
Stauera deditionem facere, Hollandique victoris imperium pati cogitur. 484

T.

TENCHTERI à Sueuis pulſi. 10
Texeliæ inſulæ Comitatus. 219
Theobaldus pro patria cadens. 160
Theodebertus Theoderici Mediomatricum Regis filius. 54
Theoudeſinda Rabbodi filia Grimoaldo nupta. 93
Theodoſius Herculorum ac Batauorum auxiliis ſubnixus Londinum Britannis eripit. 48
Theudericus quid apud Iunium ſignificet. 386
Thietboldus Eques pugnando cadit. 248
Thilia fluuius hodie Dilia. 348
Tragoræ vanitas. 77
Tranſrhenanæ gẽtis Reguli nouem ſupplices facti Imperatori Rom. 30
Tranſrhenanarum gentium frequentes in ripam Gallicam irruptiones. 240
Treueri victi. 25
Treuirenſis Eccleſiæ vaſtitas. 401
Treuiri Galliarum à Normannis exſcinduntur. 323
Treuirorum & Lingonum ad Ciuilem defectio. 25

VALEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

V.

VALENTINIANI contra Germanos bellum. 45
Vandali ac Burgundi à Probo in Britanniam ablegati. 64
Variana clades. 16
Varnum fluuium Warmundæ municipio nomen præbuiſſe. 299
Vbonis Emmij Elogium. 75. 484
Vecomyrus Batauorum rex. 9
Vercingetorigis ſtrages. 12
Vocula Claſſici opera occiditur. 25
Vſipetes à Sueuis pulſi. 10

W.

WALACHRIÆ in Zelandia inſulæ antiquitas. 54
Walgarius Gerolphi filius Diederici Comitis frater. 232
Walgerus Theiſterbantiæ Princeps tres filios reliquit. 235
Waſda nemus Comiti datum à Ludouico Germanorum rege 225. vbi ſitum fuerit. 228
Weſtfriſij vincuntur. 398
Wiltorum gens. 247
Wilt patrio ſermone quid ſignificet. 247
Wiltraiectum pro Vltraiecto. 247, 335

Z.

ZVYDVICO vnde nomen. 271
Zuthardeshaga quæ. 222

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

167

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14

4¼ +

Sterck
6 - 35
n° 417

4¼ +

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
199 E 14